Vnd müssen nichts weniger die B. zu N. in illis casibus, da J. F. G. der Botmessigkeit vber die Graffen zu W. vnd jhre Vnterthanen/ ausserhalb beruhrten fellen/ sich vnternommen/ in Posseß/ vnd besitz der angemaßten Botmessigkeit gelassen werden/ biß sie mit ordentlichen Rechten darauß entsetzet. Certi enim iuris est, quòd quilibet possessor, etiam iniustus in suâ possessione debeat relinqui, nec ex eâ expelli, causæ cognitione non præcedente. *l. 1. §. quia &c. & ibi gl. de vi, & vi armata. l. 2. & ibi gl. vti possidetis. l. 1. & ibi Bartol. C. si propter publ. pensitationem. l. fin. & ibi Baldus. C. si per vim, vel alio modo. l. meminerit quis. & ibi Baldus C. vnde vi. l. fin. C. de bonis vacantib. lib. 10.*

Vnd eine Possessio/oder besitz/ wird auch durch einen einzelen actum introducieret/ vnnd eingeführet. Ex vnico enim actu acquiritur possessio, vel quasi, *vt notatur in c. cùm Ecclesia Sutrina, & in c. cùm olim. de causa poss. & proprietat. cum alys citatis per Grauet. consil. 124. n. 9. & cons. 320. colum. antepen. versic. septimò principaliter, vbi inter cæteros citat Decium in quampluribus consilijs. Idem Decius in l. nemo alieno nomine. §. temporales. de Regul. Iuris. Roman. cons. 311. propè finem. Corneus cons. 47. in præsenti. num. 4. lib. 3. Balbus de præscriptio. fol. 47. num. 74. Corrasius in tractatu de sacerdotio, sub rubrica, de quasi possessione conferendi. c. 5. num. 3. Cephalus consil. 170. num. 52. Menoch. de arbitrar. iudicum quæstio. casu 160. Grammatic. consil. 101. Paris de Puteo, de redintegratio. feudor. c. 264. num. 2. Cravetta. in relectio. c. possessor. in initio relectionis, secundæ partis. num. 6. de regul. Iuris in 6. nobis folio 340.* Atq; ita ad propositam facti speciem respondendum esse nos Decanus, Ordinarius, & reliqui Dd. facultatis Iuridicæ in illustri Iuliâ Academiâ, quæ est Helmstadij, arbitramur, aliorum rectius sentientium iudicio saluo &c.

Vnd vnsers erachtens könte wieder die B. zu N. super turbatâ possessione geklaget/ vnnd J. F. G. dahin gebracht werden/ daß sie sich der bißanhero geübeten actuum Iurisdictionalium müsten enthalten/ vnnd die klage könte kürtzlich in hanc formam begrieffen werden.

Præmissis vsitatis præmittendis saget anwaldt wahr sein/vor erst/dz seiner gnedigen Principalen voreltern/ die Graffen zu W. vor 200. vnd mehr Jahren Graffen des Reichs gewesen/ vnd aller Privilegien/frey/ vnnd Gerechtigkeit/ so Graffen des Reichs zustehen/genossen.

Item wahr/daß folgends Anwalts gnedige Principalen voreltern im Jahr 1431. jhre Graffschafft W. den B. zu N. zu Lehen auffgetragen/ vnnd von den B. zu N. dieselbige Lehen alßbald wiederumb empfangen.

Item wahr/ daß die B. zu N. folgendts im Jahre 1495. vnnd den folgenden Jahren mit der/jhnen von Anwaldts gnedigen Principalen auffgetragenen Graffschafft/ von den Römischen Keysern/ vnd Königen belehenet sein worden.

Item wahr/ daß die von Anwaldts Gnedigen Principalin voreltern geschehene aufftragung der Graffschafft W. auch die Keyserliche/ vnnd Königliche darauff erfolgete belehenung sich nicht weiter/ dann allein auff die Lehenschafft erstrecken.

Item wahr/daß Anwaldes gnediger Principalen voreltern/ so wol nach geschehener aufftragung der Graffschafft W. als zuvor/ Graffen des Reichs geblieben.

Dann wahr/ daß Anwalds gnedige Principaln in der Reichsmatricul befunden werden/ vnd daraus nitmals seind eximieret worden.

Item wahr/ daß die B. zu N. wol etwan nach geschehener aufftragung der Graffschafft W. sich vnterstanden/ Anwalds gnedige Principalen aus der Reichs Matricull zu eximieren/ aber solches nicht erhalten/ noch zu wege bringen haben können.

Item wahr/ daß Anwalds gnedige Principaln Voreltern/ vnd Eltern von den Römischen Keysern/ vnd Königen zu den Reichstagen/ als Graffen des Reichs vorschrieben.

Item wahr/ daß Anwaldts gnediger Principaln vorelltern/vnd Eltern jhren eigen anschlag in den bewilligten Reichßsteuren / vnnd anlagen haben/denselben auch zu jeder zeit vor sich allein/ als Graffen des Reichs abgetragen.

Item wahr/daß die B. zu N. gantz gute wissenschafft gehabt/daß Anwaldts gnediger Principalen Voreltern/vnd Eltern zu den Reichßtagen voeschrieben/vnd jhren eigenen anschlag gehabt/vnd denselben vor sich auch alleine abgetragen.

Wahr/daß die B. zu N. solches im aller geringsten nicht gefochten.

Vnd diß kan weiter außgeführet/ vnnd dann darauff geschlossen werden/ daß aus dem allen erscheine / daß Anwaldts Peincipalln vor / vnnd nach geschehener aufftragung der Graffschaffe W. Graffen des Reichß gewesen/ vnd noch sein: Vnd dann ferner gesetzet werden.

Item wahr/ daß die B. zu N. diesem allem zuwiederen sich vnterstanden / Anwaldts gnedigen Principalen Eltern in jhrem wolhergebrachtem stande / daß sie Graffen des Reichs sein/zu conturbiren/molestiren/ vnd zubeeintrechtigen.

Dann wahr / daß die B. zu N. einer vormeinten Landeßfürstlichen Obrigkeit/ vnnd botmessigkeit vber Anwaldts gnedigen Principalen Eltern / vnnd jhre Vnterthanen in der Graffschafft W. sich vnternommen/Vnd je lenger je mehr mit gebieten/ vnd vorbieten/ mit Poenall/ vnd zwangbrieffen / vnd in andere wege zu Vnterthanen / nicht anders / als wenn Anwaldts gnedige Principalen der B. zu N. vollige subditi vnd Vnterthanen weren/sich vnterstehen.

Wahr/ daß Anwaldts gnedige Principalen durch articulierte der B. zu N. thätliches vornehmen/ in Posseß / vnnd besitz jhrer wolhergebrachten frey/vnd gerechtigkeit/daß sie Graffen des Reichs sein / mercklich turbiret / molestiret/ vorunruhiget/vnd beeintrechtiget werden.

Dem allem nach bittet Anwaldt im Rechten zuerkennen/ vnd außzusprechen/ daß den B. zu N. mit nichten geziemet/ noch gebühret/ seine Anwaldts gnedige Principalln voreltern / vnnd Eltern/ vnd jtzo seine Principalen dergestalt in jhrer wolhergebrachten frey: vnnd Gerechtigkeit/wie geschehen/zu turbiren/molestiren / vnnd zuvorunruhigen/ sondern daß die Herrn B. nun in dem allem vnrecht / vnnd zuviel gethan/davon abzustehen / vnnd sich hinfüro dergleichen turbationibus, molestationibus, vnd vorunruhigung zueussern/ vnnd zuenthalten/ Auch derentwegen cautionem sufficientem sampt erstattung der vorursacheten Gerichtskosten / zu Praestieren / vnd zubestellen/ schuldig / vnnd pflichtig sein.etc.

Auff beruhrte masse/ jedoch außführlicher/ könte die klage begriffen werden.

Wolten die Graffen zu W. nicht klagen/ könten sie *ex l. diffamari* den Herrn B. zum kläger machen.

Vnnd hiermit wollen wir in dem nahmen Gottes geschlossen haben etc.

Dechant/ Senior/ vnd andere Doctores der Facultet zu Helmstede.

CONSILIVM DVODECIMVM.

A. P. & consortes, Vnnd nunmehr dero Erben an einem / contra die Graffen zu M. in Actis benant am andern theill.

Inuiti ad consulendum in iustâ causâ cogi possumus, *gl. in l. 2. C. de proxim. sacro. scrinio. lib. 12. & ibi Bartol. Idem Bartolus in l. de tutela. C. de in integrum restitutio. minor. Felin. in c. si pro debilitate. de offic. & potest. delegat.*

Duo ad consultandum proponuntur.

Erstlich/ ob allem vorbringen nach / der zwischen den Graffen an einem / vnd A. P. vnnd Consorten/am andern/ getroffener Contract nicht vielmehr vor einen Kauff / auff einen wiederkauff / sonderlich nach dem Jahre 1572. dann vor ein Pfandt zuachten/Vnd das am. 22 Octobris/ Anno 80.

no 80. zu Eißleben eröffnete Vrtheil / leuterungs weise zureformieren/daß G. von A. vnd dessen Consorten bey solchem Kauff/biß zu ordentlichem/vnd volligen wiederkauff geschützet werden / vnnd keines weges schüldig sey / von den eingenommenen Früchten Rechnung zuthun/ oder dieselbige (wenn gleich auch kein bestendiger wiederkauff erkandt werden solte/ vnnd die fructus die jährige Zinse von Jahren zu Jahren hetten vbersteigen können) in sorten zu computieren?

Vors ander/ ob nicht die / vber die 40000 Goltgülden / vor Graffe P. E. ausgeleget vnd abgerechnete Posten dem Original pretio mit zugewachsen / vnd ob G. von A. dieselbige in anderer Instantz gnungsam vnd gebührlich Liquidieret habe/ also / das sie zugleich in die widerkauffliche summen mit eingerechnet werden müssen/vnd sollen/Vnnd dahero vom Hauß F. abzustehen nicht schüldig/ es seien jme dann alle diese Posten/ Jn massen dieselbige in der letzten Liquidation begriffen/ zugleich mit abgetragen?

Primæ Quæstionis resolutio.

VEtus est quæstio, quæ ad consultandum proponitur, an contractus inter Comites de M. & A. P. & Consortes, anno Domini 1561. initus, pro contractu emtionis, & venditionis, an verò pro contractu pignoris, atque adeò vtrum pro contractu vsurario, an verò licito habendus sit? quam quæstionem esse antiquam, scripsit Socinus *cons. 248. quem refert, & sequitur Roland. à Valle consil. 58. in 4. volum.* Et hæc disputatio valdè est vtilis, & frequens, *Menoch. lib. 2. de arbitra. iud. quæstio. casu 217. & de præsumtio. lib. 3. præsumtio. 122.* difficilis tamen, propter dissentientes Dd. opiniones, & difficultatem auget, quòd vsurarum crimen in eo arguitur, vt propter subsistens animæ periculum cautius ambulandum sit, diligentioriq; indagine negotium examinandum, & maturius consulendum, *Argum. c. vbi periculum. de electio. in 6. c. quiescamus, distinct. 42. c. fin. quæstio. 11. l. 1. §. sed si quis. de Carbon. edicto. c. addictos. C. de appellat. gl. in l. fin. in verb. iudicijs. C. de probatio. Socinus Sen. consil. 12. in princ. volum. 1.*

Quoniam verò causas decidentem, & iudicantem ante sententiam cuncta rimari, & ordinem rerum plenâ inquisitione discutere oportet. *c. iudicantem 3. quæstio. 5. c. super quæstionum. §. intentionis, de offic. deleg. c. cùm causam. de testibus. l. iudices. C. de iudicijs. Castrens. cons. 295. Grammat. decis. 34. num. 2.* Disputando autem reperitur, & eruitur veritas, &c. Argumenta, & rationes, quæ in vtramque partem adferri possunt, ex casu nobis transmisso, apostillatione ei adiunctâ, & actis, atq; actitatis collegimus, & deliberatione superhabitâ accuratè perpendimus, & examinauimus.

Principiò, cùm forma cuiq; rei esse suum, suumq; nomen dare dicatur. *l. si is, qui. l. fin. ad l. Falcid. l. Iulianus. §. sed si quis, & ibi Bartol. ad exhibend. Mynsing. respon. 50. num. 7. & sequenti, Gail. 1. obser. 124. num. 2.* Et in specie cùm talis contractus celebratus esse existimetur, qualis in suâ formâ esse apparet, *per tradita à Tyraqu. de retractu conuenti. in summ. 125.* & partes eius substantiales denotant. *Bald. in c. 1. num. 1. & 2. de feudo dato in vicem, &c. & in l. rogasti. §. si tibi, si certum petatur. Alexand. cons. 3. num. 4. & sequenti, 1. volum. Grauet. cons. 20. num. 1. volum. 1.* A quo autem substantialia contractus alicuius remouentur, ipse etiam contractus remotus esse videatur. *Salicet. in auth. Sacrament. puberum. num. 10. C. si aduers. vendit. Fuerhard. in loco à defectu formæ,* Contractus controuersus magis pignoris, quàm emtionis, & venditionis primâ fronte, *vt loquitur Celsus in l. quingenta, de probat.* videri possit.

Nam omnis emtionis, & venditionis natura, atq; forma tribus hisce, merce, quæ venditur, pretio, quod pro mercede datur, & consensu, quo vtrumque illud conciliatur, in Iure definita est, *Couarruu. variar. resolutio. lib. 2. c. 2. in princ. Fabianus de Monte. de emtio. & vendit. quæstio. primâ.*

Et hæc tria coniunctim probari debere, docet Romanus *in l. Titia. num. 16. versic. in aduerte, soluto matrimo. quem sequitur Socinus Senior cons. 208. n. 1. vol. 2.*

At verò consensus hîc aliquis quamuis sit, siquidem contractus est; nulla tamen est merx, quæ vendita sit, aut vendi potuerit in hoc contractu, & ex consequenti nec pretium.

Etsi enim annuus census emtus, atque adeò is in hoc contractu merx esse dici posset,

est tamen census ille annuus in pecuniâ numeratâ constitutus, contra cuius naturam est, vt ipsa merx esse possit, siquidem pretio res æstimari solet. *l. plerumq́; de Iure dot.* Pecuniæ autem numeratæ æstimatio vlla esse non potest, sed ipsa cæteræ res omnes æstimantur. *l. 1. §. item pretium. de contrah. emtio. l. 1. de rerum permutat.* Nec dici potest, mercem in hoc contractu esse, Castrum F. cum suis pertinentijs; quoniam diserta verba vtriusq; instrumenti super hoc contractu facti reclamant, in quibus ità legitur, Daß wir ein tausent / in altero ein tausent / zwey hundert vollwichtige Reinische Goldgülden Jährlicher nutzung / vnnd Renten von / vnd auß vnserm Hauß / vnd Ambt F. auch allen desselben nutzungen / etc. eines rechten bestendigen / auffrichtigen Kauffs verkaufft haben / Verkeuffen jhnen solche Jährliche Rentte hiermit etc. Et cùm verba ei non conueniant, neque dispositio conuenire, queat, *Bartolus & Baldus. l. non ignorat. C. qui accusare non possunt.*

At cùm merx hîc nulla appareat, quæ vendita sit, aut vendi potuerit, pretij etiam ratio aliqua iniri nequit. Precium enim mercis correlatiuum est, siquidem est æstimatio, quæ non nisi respectu, & contemplatione rei, quæ ex eo merx dicitur, fit, & correlatiuorum ea est natura, vt cessante vno, cesset etiam alterum. *Euerhar. in loco à correlatiuis. num. 4.*

E contrario dispositio, eiusque verba pignoris contractui magis conuenire videntur. Sunt enim hæc vtriusque instrumenti formalia verba, Vnnd vor angezeigte Heuptsumma / Jährliche Rentten / vnd nutzungen haben wir obgemelte Graffen vor vns / vnd vnsere Erben etc. vnser Hauß / vnd Ambt F. mit aller seiner zugehörung / etc. verunterpfändet vnnd eingethan / verunterpfänden / einsetzen / vnd einantworten jhnen etc. Et paulò post, vnd darauff haben wir jhnen alßbald vnser Hauß / vnnd Ambt F. mit aller zugehörung / zu behuff / vnd bezahlung jhrer vorschriebenen Renten / vnnd vergewisserung obgemelter jhrer Hauptsummen der 20000. vollwichtigen Reinischen Goldtgülden / in eine wirckliche inhabende Possession / vnnd gewehr / vor ein außdrücklich / wahr / recht vnderpfandt eingethan / vnnd ingewiset. Quæ verba pignus tantùm, non venditionem important. *VVesenbecius consil. 8. num. 21. in 1. volum. quibus accedit Menochius de præsumptio. lib. 3. præsumpt. 22. num. 47. vbi dicit &c.*

Deinde vt maximè verba eiusmodi in Instrumento isto vtroque non reperiantur, ex pactis tamen, atque clausulis appositis forma, & qualitas contractus dijudicanda esset. *l. si vno, locati. l. si insulam. de præs. ver. & Panormit. in c. illa vos. num. 2. & sequent. de pignor. Socin. Senior consil. 9. num. 1. Natta consil. 496. num. 13. versic. non enim obstat. Decianus consil. 35. num. 44. 1. volum. Iason in præud. feudor. num. 11. & in l. 1. num. 45. C. de Iure emphyteut. vbi dicit,* cùm se contractus, habere, referreq; potest ad plura, dignoscitur eius species, & verificatur ex qualitatibus adiectis, tanquam signis, & ex effectibus. *Bursa. consil. 330. num. 57. lib. 3. vbi ait,* vbi sumus in dubio, quis contractus existat, & quo nomine nuncupetur, conuentiones, & pacta principaliter, attendi, quæ formam contractuum ostendunt, & secundum quæ absolutè iudicantur, idq; ex communi sententiâ, de qua per Bellerum *cons. 21. n. 5. Clarus in verbo Emphyteusis, quæstio. 1. versic. & aduerte. Roland. à Valle. consil. 96. in 1. volum.*

Pacta autem huic contractui apposita, vt ex Instrumentis apparet, eiusmodi sunt, ex quibus contractus potius pignoris, quàm emtionis, & venditionis arguitur.

Primùm enim constat ex Instrumento contractus, castrum F. cum suis pertinentijs, P. & Consortibus concessum esse, in assecurationem, & vt verba habent, zu behuff / vnnd bezahlung jhrer vorschriebenen Renten / vnd vergewissung jhrer Heuptsummen / quam naturam esse pignoris, est textus *in §. fin. Instit. Quibus modis re contrahit. obligatio, ibi, quæ magis et in tuto sit creditum. & in §. furti autem. Institut. de Obligat. quæ ex delict. ibi, quia expedit ei, pignori potius incumbere, & facit l. plus cautionis, de regulis Iuris. l. habere. §. fin. de verborum signification.*

Secundò constat ex Instrument. contractus specialiter cum A. & C. P. initi, quòd non tantùm dominis Comitibus ius luendi, sed etiam ipsis P. reseruatum sit, vt tanquam Creditores possunt, quandocunque libuerit, sortem suam repetere à Comitibus, his verbis: Wir / die Graffen / auch die Glaubigere haben vns die macht / vnnd den willen vor vns / vnnd vnsere mitbeschriebene vorbehalten / wenn vns gelegen sein wird / vielberührte 1200. Goldtgülden Jährlicher Rentte von A. vnnd C. P. vnd jhren mitbeschriebenen / mit 20000. Goldgülden einzulösen / vnnd wenn wir solches zuthun bedacht / sollen / vnnd wollen wir Graffen / vnnd Glaubigere / vnnd jhre mitbenante / einer dem andern ein halb Jahr zuuor etc. quam clausulam pignori tantùm conuenire, vbi permittitur creditori, repetere pecuniam, cuius nomine res pignori data est, respondit VVesenbecius. *d. consil. 8. num. 23.* Non etiam

congruit

congruit retrouenditioni, in quâ emtor abalienat precium, & nummos facere debet venditoris. *l. 1. verbo, nummos faciat accipientis. de rerum permutat. l. si seruos. de Action. emti.* nec repetendi potestatem habet, *Molinaeus de vsuris, quaest. 11. num. 17.*

Tertiò contractui celebrato cum C. de S. & A. de T hoc pactum insertum est, Wir die Graffen sollen/vnd wollen auch vnser Hauß/ vnnd Ambt F. das Forwerck P. auch andere Forwerck/vnd Schäffereyen/sampt den Mühlen/vnnd Teichen/in allen wesentlichen Gebewen/vnd was die notturfft erfodert/vnnd dem Ambt nutzunge bringen mag/auff vnserer gleubigern angeben/auff vnsern vnkosten zubawen/vnnd zu besseren vorpflichtet sein. Et alteri illi celebrato cum A. P. & consortibus eiusmodi, Wo es auch keme/daß das Hauß/vnd Ambt F. auch das Forwerck/vnnd alle Vnterthanen/so oben angezeiget/mit Krieg/Brandt/oder Raub beschweret würden/sol vnsern gleubigern zu keinem schaden zu jhrer bezahlung reichen/vnd vns obgenanten Graffen an der bezahlung zu keinem besten kommen. At emtione, & venditione perfectâ, & re traditâ, non venditor, sed emtor de casu fortuito tenetur omneque periculum ad ipsum pertinet. *§. cùm autem. Instit. de empt. l. 1. l. necessario. de pericu. & commo.* Pignoris verò illa est natura, vt ipsum pereat suo domino, *hoc est*, ei, qui rem in pignus dedit, *l. pignus. de pignor. Actio. C. §. fin. Instit. Quibus modis re contrahitur oblig. l. si inter colonum. §. quicquid. de pigno.*

Quartò in eodem vtroque Instrumento super contractu hoc inito, hinc inde Comites de castro F. dicunt, Vnser Hauß/vnd Ambt F. etc. Quae verba, sicut & meum, & tuum, significant dominium castri illius penes Comites remansisse. *l. solum. §. meum. de rei vindicat. l. quibus. §. argento. de auro, & arg. leg. l. sicuti. §. distant, si seru. vendi.* Maximè cùm vox illa Vnser posita sit indefinitè, & absolutè, per ea, quae tradit Socinus Iun. *in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 15. de acqu. pos. post Iason. in l. si domus. §. si fundum. num. 3. de legat. 3.* At contra naturam emtionis est, vt rei venditae, à domino traditae dominium non transferatur, siquidem vendens fuerit dominus. *§. per traditionem. §. vendita. Instit. de rerum diuisio. l. 4. C. de probatio.* Etiamsi pactum de retrouendendo adiectum fuerit. *l. 2. vbi. Dd. C. de pactis inter emto. Tyraquell. de retractu conuenti. §. 2. gl. 1. num. 34. & §. 5. gl. 1. num. 2. Molyn. de vsur. quaest. 35. num. 268.* Adeò vt si in venditione conueniat, ne dominium transferatur, contractus nullus sit. *Aluar. in l. 2. in princip. in verbo speciem. de rebus creditis.* Pignoris autem natura, vel, *vt VVesenbecius consi. 2. loquitur*, proprium argumentum est, quòd non transferatur dominium in Creditorem. *l. sciendum. qui satisdare cogantur.* Sed per pignus ratione pecuniae, cuius nomine pignus nexum est, ius aliquod detinendi reale conceditur. *l. qui pignoris. de acquir. possess. l. pignoris. C. de pignor.* ideòq; res oppignorata in dominio, & bonis debitoris remanere dicitur. *d. l. pignus. l. rescriptum. de distractio. pign. Iason in §. item Seruiana. num. 89. Instit. de Action.*

Quintò accedit clausula hypothecationis, siue oppignorationis castri F. Verunterpfenden/einsetzen etc. quae verba in re propria, qualis ex traditione praeuio titulo emtionis fieri solet, verificari nequeunt, quandoquidem res propria non potest sibi ipsi esse obligata, siue oppignorata, *l. si rem alienam 2. de pignor. Actio. l. neq; pignus. de regul. Iuris. & vtrobiq; Dd.*

Sextò confirmantur praedicta per vocem Gleubiger/multoties in vtroq; Instrumento repetitam, quae propriè significat creditorem, qui fidem alterius secutus est. *l. 1. in fine. si certum petatur. l. creditores. de verbor. signif.* & ad emtorem non pertinet, neq; vspiam in Instrumento reperitur vox Keuffer/sicut nec vox Kauffsumma/sed eius loco Heuptsumma/ità vt contrahentes studiosè vocem Keuffer/ & Kauffsumma euitare, atq; adeò pignus contrahere voluisse videantur.

Septimò clausula euictionis, Instrumentis emtionis, & venditionis addi solita, nusquam hic reperitur, atq; adeò euictionem promissam esse non praesumitur. *l. non dubitatur. C. de euictio.* vt ità consequenti remoto, censeatur etiam antecedens. *l. emtio venditio remota esse. Eberhard. in loco à destructione consequ. ad destruction. antecedentis.* Facit, quòd dolus praesumatur, si quid fiat viâ inusitatâ, omissò eo, quod fieri consueuit, *gl. & Bartol. in l. si quis sub conditione, de conditio. instit.* quia dolus potius, quàm ignorantia eius, quod fieri consueuit, praesumitur. *Menoch. de arbitr. quaest. casu 194. num. 17. & sequenti.*

Octauò, in Instrumento confirmatorio huius contractus, Archiepiscopus M. hunc contractum pro contractu pignoraticio habuisse, atq; eum, vt pignoratitium confirmare voluisse videtur, ibi, Vnd was sie mehr daran außgelegt hetten/oder noch außlegen würden/quae verba ad emtionem non videntur accommodari posse, sed ad contractum potius, quamuis alium, ex quo dominium non transferatur, *argum. eorum, quae tradit VVesenb. d. consi. 2. num. 10.*

Hisce accedit, quod etiamsi in ambiguis hîc essemus, ex communi tamen Iuris interpretatione non intelligerentur Comites,

dominium transtulisse, atq; adeò nec vendidisse, nisi probetur. *l. Cynus. in l. incendium. si certum petatur. Decius in l. semper in obscuris. num. 7. de regul. Iuris.* Ex quâ etiam interpretatione illud est, vt creditor non dominij, sed crediti potius Iure possidere præsumatur. *Cynus in d. l. incendium. Bartolus l. fin. C. de Iure domin. impetr.*

Præterea in dubio contractum semper interpretamur de eo, qui debitori minus noceat, atq; onerosus sit. *l. sed si pupillus. §. sed si ipso. de Instit. Actio. l. 3. §. magistrum autem. de exercitor. Actio. l. Labeo. de contrah. emtio. l. cum quaritur. de rebus dubijs. l. stipulatio ista. §. in stipulation. de verborum obligation.* Ac nullum dubium est, pignoratitium contractum esse minus onerosum, idq; multis confirmauit VVesenbec. *d. consil. 2. num. 20. & 21. & d. concl. 5. num. 26.* Ac imputent sibi, cur, cùm possent, non clarius dixerint contractui legem, & patiantur verborum Instrumenti interpretationem contra se fieri, qui in eo se fundant. *l. veteribus. de pactis. l. quicquid astringenda, vbi Bartolus de verborum obligation. l. si in emtione. de contrah. emtio. Alexand. cons. 128. col. fi. 6. volum. Cephal. cons. 734 num. 13. lib. 5. Roland. à Valle cons. 76. num. 4. 3. volum. Menoch. de præsumtio. lib. 3. præsumtio. 34. num. 20.*

His consequens est dicere, contractum hunc pignoratitium esse potius, quam emtionis, aut certè, vt respectu initij sui, causam potius habeat mutui, quàm emti, *iuxta l. precij causa. C. de rescind. vendit. Bartolus l. 2. in princ. col. 2. versic. & in tantum., de rebus credit. Afflict. decis. 72. num. 8.*

Nec videtur obstare, quòd clausulæ, & verba nonnulla in Instrumentis reperiuntur, quæ contractum emtionis, & venditionis arguant, quia clausulæ huiusmodi ex notariorum consuetudine plerumq; apponuntur, atq; adeò, quòd contrahentes earum virtutem intelligant, *Tyraq. in præsumt. l. si vnquam. num. 126. C. de reuo. donat.*

Quod si vrgeatur, contractum hunc esse emtionis, & venditionis, multa ex circumstantijs totius negocij colligi possunt, ex quibus contractum illum simulatum, atq; adeò vsurarium esse arguatur. Etsi enim vsura in mutuo duntaxat committi videatur. *per c. consuluit. de vsuris. Abbas in Rubr. de vsuris. & in c. 1. num. 73. de restit. in integr.* non minus tamen in cæteris contractibus, & potissimum emtionis, & venditionis committi potest, in quibus mutuum sit implicitum. *c. illo vos. de pignor. Panormit. c. fin. num. 6. de vsuris, & alij, quos recenset Cachera. decis. 95. num. 36. Frider. de Senis cons. 303. col. 2.* vbi distinguit inter duas vsuræ species, directam, quæ fit in mutuo, & alteram, quæ dicitur vsura indirecta, & per accidens, quando sub velamine contractus liciti, puta emtionis, vsura committitur, *de qua in c. ad nostram. de emtio.* Hic est illud, quod dicitur, quòd vsurarij palliare soleant contractus suos, ne detegantur vsurarij, *textus est Clement. 1. de vsuris, & dicit Iohan. Andr. in d. c. ad nostram,* quòd Vsurarij omisso nomine mutui, quod detegit vsuram, vtantur nomine emtionis, & venditionis vt vsurarios honestent contractus, idemq; repetit idem Iohan. Andr. *in c. ex literis de usur. & c. 2. eod. in 6. Alexand. consil. 54. num. 3. vol. 6.* Ideoque plus valere debet veritas, quam quod simulatè concipitur, *vt in Rubr. & tot. tit. plus valere. C.*

Indubitatum autem est contractus simulati, siue vsurarij argumentum, si factus sit sub pacto de retrouendendo, & cum eo precij modicitas concurrat. *gl. in c. contract. & c. ad nostram. de emtio. Grauet. cons. 136. num. 4.*

Et quamuis nonnulli scripserint, ad hoc, vt contractus censeatur esse simulatus, siue vsurarius, tria concurrere debere. *Roland. à Valle cons. 40. num. 14. in 2. volum.* eamque communem esse *dicunt Castr. consil. 330. Ruin. cons. 66. num. 9. volum. 4. Capolla in tract. de simulat. contr. præsumt. 6.* Et magis communem esse *asserunt Alexander consil. 109. col. fin. in 4. volum.* quæ in Practicâ ita seruatur, *Cagnol. in l. 2. lectu. 2. num. 52. C. de pactis inter emt.* secundum quam etiam iudicauit Senatus Pedæmontanus, *Cacheran. decisio. 42.* Priorem tamen illam sententiam communem esse, *affirmant Panormit. in d. c. ad nostram, & de magis communi attestantur in thes. commun. opinio. Francisci. Vicum. in verbo vendere, versic. contract. Emanuel Zores in verbo venditionis contractus num. 20. Natta cons. 198. num. 8. in 1. volum. Afflict. in c. 1. num. 108. de feudo dato in vicem &c. vbi dicit, quod Papiense collegium secundum hanc opinionem consuluerit. Idemq; refert Grammat. decisio. Neapol. 76. num. 36. & ab hac opinione non esse recedendum, scribit Grossus in commun. opinio. quæst. 8. in fin. quem refert, & sequitur Mascardus de probatio. 1. volum. concl. 447. num. 5.*

Secundum eandem sententiam de facto se obtinuisse dicit Albericus *in d. l. in emptio. C. plus autem, quod agitur.* In regno verò Neapolitano eandem practicari, & seruari *affirmant Afflictus decis. 65. & 339. Grammat. decisio. Neapolitan. 29.* Secundum eandem in Galliâ iudicari refert Stephan. Bertra. *consil. 219. consil. 235. & consil. 287. volum. 2. & consil. 111. vol. 3.*

volum. 3. quod in specie de Parla. Parisiensi ità memoriæ prodidit Chassa. *in consuet. Burg. sub titulo der rentes venduer à rechab. rub. 5. §. 1. num. 22. vers. sed quicquid sit.* Eandem in iudicando amplecti consilium Taurinense, asserit Grauet. *consil. 156. num. 4.* & consilium Mediolanense, *vt testatur Thomas Ferrat. cautela 17.* atq; hanc opinionem Florentiæ vigere, adeò vt transierit in rem iudicatam, scriptum reliquit Ioh. Baptista Lup. *ad l. 2. num. 23. C. de pactis inter empt. quem citat Mascardus d. conclu. 447. num. 2.* Pro hac etiam sententiâ in Camerâ Imperiali decisum, & iudicatum esse, *testatur Mynsing. centur. 3. obseruatio. 63. Fichard. in additio. ad Villob. tit. C. verbo contractus ex modicitate.*

Etsi verò, quando contra communem Dd. opinionem iudicatum fuit, communem potius, quàm rem iudicatam attendendam esse censeat Neuizan. *lib. 5. syluæ nuptial. ampl. 4. num. 62.* quoniam in iudicando, & consulendo veritatem ante oculos habere debemus, non verò moueri exemplis. *l. nemo C. de sentent. interlo. cum simil. ib. adductis per Neuizan. d. lib. 5. ampli. 4. num. 62.* Tamen præterquam, quòd plures hanc sententiam veriorem, & magis communem affirmant, nihilominus sequenda esset, etiamsi esset contraria magis communis, quoniam sententiæ in Camerâ Imperiali latæ communissimæ etiam præualere debet; quandoquidem Camera Imperatorem ipsum repræsentat, & Principis est consistorium, *per notata à Geilio 2. obseruat. 42. num. 3. Myns. centur. 4. obseruat. 5.* Ideoq; à Camerâ decisa vim habeant legis, argumento eorum, quæ traduntur de decisio. Neapol. quod illa communi opinioni, si ei sit contraria, præferatur. *Afflictus decisio. 96. num. 11. & decis. 169. num. 9. quemadmodum de Rota Romanâ idem tradiderunt Ioh. de Imola in c. olim. num. 13. versic. non obstat etiam.*

Cùm autem Cameræ Imperialis decisiones ad omnia loca Romano Imperio subiecta pertineant, necesse est, vt supra dicta decisio etiam in Comitatu M. obtineat.

Verùm enimuerò in propositâ facti specie pactum de retrouendendo ex literâ vtriusq; Instrumenti super contractu controuerso celebrati satis liquidò apparet, vt probari non sit necesse.

Quod autem ad precij modicitatem attinet, ea ex reditibus annuis probari potest, *vt notatur per gl. & Dd. in c. causam, quæ, de testibus. Bartol. & alij in l. 2. C. de rescindendâ vendit. & in l. precia rerum, ad l. Falcid. Bald. in Rubr. C. de vsuris.* vbi dicit, quòd si vendidi tibi fundum cum hoc, quòd post certum tempus deberes mihi illum retrouendere, contractus redditur suspectus, si concurrat immoderata quantitas redituum, *quem sequitur Roland. consil. 40. num. 18.*

At verò reditus annui, nimirum 6000. aureorum, interdum etiam plurium esse possunt, qui, computatis quinq; in centum, *secundum gl. in authent. perpetua, verbo iusta. C. de sacros. Eccles. Capolla de simulat. contract. præsumt. 3. Tyraquell. de retractu conuent. §. 1. gl. 6. num. 19. Afflictus decisio. 284. in fine.* æstimationem rei facerent centum, & viginti millium aureorum, à quâ summâ longissimè abest precium 40000. aureorum, Comitibus solutorum: cùm tamen, vt precium modicum esse dicatur, sufficiat læsionem fieri in parte tertiâ, *hoc est*, in proposito casu in 40000 aureis, qui sunt tertia pars de centum, & viginti millibus aureis. *Abbas c. 1. de in integr. restit. Dd. in l. societatem. §. arbitrorum. pro socio. Imola, & alij in c. quinta vallis, de Iureiurando.* Aut secundum alios, vt minus sit dimidiâ iusti precij, *per text. in c. ad nostram. Cagnol. in l. 2. num. 14. versic. hinc dexit Roman. consil. 304. col. 1.*

Præstat & aliud in hoc casu contractus simulatè initi argumentum conuentio, quâ ante lapsum certi temporis, triennij nimirum in vno, & anni in altero Instrumento, dominis Comitibus redimere non licuit, quod efficax esse, docet Tyraquell. *de vtroq. consang. in præfat. num. 30.* & consulendo affirmant *Baldus consil. 114. vol. 3. Grauet. cons. 156. Menochius de præsumtio. 122. num. 69.*

Accedit, quòd tempore initi contractus, Comites pecuniâ indiguerunt, cùm ære alieno essent grauati, vt post paucos annos à tempore contractus innotuit, vnde coniecturam contractus ficti, & fœnerati sumi, *consuluerunt Panormit. cons. 133. col. fin. 2. vol. Grauet. d. consil. 156. num. 13. Roland. à Valle d. consil. 40. num. 34. Capoll. de simul. contract. præsumtio. 13.*

Ex tenore vtriusq; Instrumenti quoq; apparet, Comites ità hunc contractum iniuisse, vt possessionem castri sibi retinuerint, ex quo colligi contractum simulatum, & vsurarium, apparet ex traditis *à Bartol. & alijs in l. sicuti. §. Superuacuum, Quibus modis pignus soluitur. Alexand. consil. 57. volum. 5. Ruinus consil. 64. num. 2. consil. 170. num. 4. volum. 4. Grauet. d. consil. 156. num. 10. Roland. à Valle. consil. 40. num. 31.*

Et hanc præsumtionem Iuris esse, docet Menoch. *d. præsumtio. 122. num. 88.*

Adhæc vt maximè contractus emtionis, & venditionis inter contrahentes initus esset, negari tamen non potest, quin simul contractus pignoris sit initus, atq; adeò ei consequens est, vt, si contractus sint correspectiui. Illa enim correspectiua esse præsumuntur, & iudicantur, quæ in continenti celebrantur, vnum scilicet post aliud, & statim immediatè. *Grauet. cons. 298. num. 13. Menoch. cons. 1. num. 145. lib. 1. & de præsumtio. lib. 3. præsumtio. 12. num. 87.* At verò ex huiusmodi correspectiuitate contractum simulationis argui, *tradit Cagnolus in l. lecta. num. 110. de reb. credit. Tyraquel. de retract. consang. §. 1. gl. 18. num. 70. Menoch. de præsumtion. lib. 3. præsumt. 124. num. 19. Roland. a Valle cons. 40. num. 32.* Atqui sunt hi contractus correspectiui, ità inter se connexi, vt, vno cessante, cesset etiam alter. *l. etiam. §. ex causa. de minor. Alex. cons. 3. col. 3. volum 3.*

Quòd si etiam ex clausulis, & pactis insolitis, & contra naturam venditionis oppositis contractus simulatus præsumitur, *per ea, quæ tradit Capolla de simulat. contract. præsumtio. 9. Bald. & Alberic. in l. penult. C. de euictio. Decius in l. qui dubitationis. num. 4. de regul. Iuris. Tyraquell. de retractu conuent. in præfat. num. 21.* Clausulæ in vtroq; Instrumento descriptæ hunc contractum simulatum esse conuincere videntur.

Eiusmodi pactum est, quod denunciari debet ante tempus redimendi, quod mentem infectam cupiditate vsuræ arguere, scribunt omnes *in d. c. ad nostram.*

Eiusmodi etiam pactum est de damnis, quæ sola Comitum esse debent, nulla emtorum. *Capolla de simulat. contract. præsumptio. 6. Johann. Baptista Lupus in d. l. 2. parte 2. §. 1. num. 45. C. de pactis inter. &c. Alexand. cons. 54. num. 2. vol. 6. Menoch. d. præsumtio. 122. num. 57.*

Tertio magis pacta in hoc contractu interposita simulationem inducunt, quòd pleraq; omnia in commodum, & fauorem emtorum, nulla in fauorem venditorum sunt, *Capoll. de simulat. contract. præsumt. 6. & præsumt. 14. n. 135. Baldus cons. 311. num. 9. volum. 4.*

Quin & sollicitudo, quam circa contractus huius confirmationem contrahentes habuerunt, nimia, quæ ex pluribus cautelis apparet, clausulis, & pactionibus contractum hunc simulatum, & vsurarium ostendit, *per doctrinam Castrens. in d. l. si quis sub conditione. num. 2. Decius in l. quæ dubitationis. num. 4. Cronus consil. 186. num. 26. 2. volum.*

Et hanc suspicionem in proposito auget impetratio confirmationis Imperatoriæ, quâ emptores sese opus non habere intellexissent, nisi hunc contractum pro non licito, atq; invalido habuissent. Siquidem id, quod per se validum est, confirmatione nullâ opus habet. *Decianus cons. 65. num. 18. vol. 3. cons. 92. num. 17.* Et quamuis clausula abundans non noceat, id tamen fallit in suspectis de fraude, *vt in l. testamentum. vol. 3. C. de testament. Baldus notat.*

Postremò contractum, de quo dubitatur, vsurarius sit, nec ne, censendum potius vsurarium, quoniam sic consulatur animæ, cùm alias, si præsumatur non vsurarius, consulatur tantum bonis, responderunt Alciatus, *respon. 3. num. 16. Bursatus cons. 399. num. 30. lib. 4.* præsertim verò etiam, quod contractus, quò est mutuo propinquior, eò facilius præsumitur vsurarius. *Dd. in c. consuluit. in d. c. ad nostram. Colerus de process. execu. parte 1. c. 10. num. 98. vbi allegat Iohann. de Imola, dicentem, &c.*

Hisce omnibus accedit, quòd contractus hic incidere videtur in legem commissoriam, quod colligitur ex his verbis, Vnd da auff benante Zeit die oben geschriebene 1000. (1200. in altero Instrumento) Goldgülden Jährlicher Rente S. vnd H (in altero P.) vnd jhren mitbeschriebenen nicht erleget / oder bezahlet / oder so wir mit erlegung der Heuptsummen zur zeit der widerlöse seumig würden / oder sonsten an vnterhalt des Heuptmans / oder andern Stücken / Puncten / vnd Articuln / darzu vns diese gegenwertiger Brieff vorpflichtet / mangel vorfellet / dann sollen gedachte vnsere Gleubiger / vnnd jhre mitbeschriebene / fug / recht / vnnd macht haben / dieselbe ihrer vnser Hauß / vnd Ampt F. mit aller seiner nützung / vnnd zubehörung gantz Ampt vor die bestimmete 20000. Goldgülden Jährlicher vorschriebener Renten selbst einzunehmen / vnnd vor einen starcken auffgerichteten wiederkauff zu haben / vnnd zubehalten / biß so lange / etc.

Pactum enim, vt, nisi certo die pecunia soluatur, res oppignorata in commissum cadat, addicaturq; creditori, pactum est legis Commissoriæ, quod in pignoribus improbatum est. *l. fin. de pact. pign.* cùm id oneris egenibus multò grauius, ac periculosius accidat, quàm vllâ vsura, *vt dicit VVesenbec. in parat. de pignor. in fin. in ff.*

Et hoc in tantum procedit, vt neq; simplex pactum, de habendo rem debitoris pignoratam insolutum pro credito valeat. *Bald. in l. creditores. num. 13. & ibi Salycet. num. 24. C. de pignor.* neq; etiam valeat, si à debitore creditori data fuerit autoritas ingrediendi bona ad renutam illorum. *Panorm. in c. significante. de pignor. Tyraquel. de retractu ad fin. num. 140.*

Semper enim verum est eiusmodi pactum redolere pactum legis commissoriæ, quod in pignoribus reprobatur, *Bartol. in l. quamuis. n. 1. de solut. Tyraq. in loco modò citato.*

Illud

Illud verò etiam in contractu inter Comites, & P. celebrato peculiare est, quod de 20000. aureorum quotannis solui debent 1200. aurei, quod est contra ordinationem Imperij, ex quâ non amplius, quam mille solui debebant, vt constat aus Reformation guter Policey/ factâ Augustæ Anno 1530. sub titulo von wucherlichen contracten/ repetita Anno 1548. sub eodem titulo, & reuocata postmodum Francofurti Anno 1577. tit. 17.

Quia igitur Iuris est, quod simulatio contractus, & contractus vsurarij probentur ex præsumtionibus, & coniecturis, *Bartol. in l. ei qui. in fine C. de distract. pignor. & prolatur in c. de causis, de officio delegati. & in c. 2. de renunciat. in 6. Granet cons. 73. num. 7. Menoch. de arbitr. quæst. casu 217.* & coniecturæ ad probandum contractum, in fraudem vsurarum factum, sufficiant. *Ioh. Andr. in c. ex literis. de iureiur. in c. 2. eod. 116. Alex. consil. 24. col. 2. vers. ad quod respondendum. vol. 2. & consil. 54. vol. 6.* quibus in locis asserunt, etiam leues coniecturas sufficere, idq; propterea, quod difficilis probationis sint contractus, in perniciem vsurarum concepti, propter fraudes, & calliditates excogitatas, quibus fœneratores vti solent, vt dicit Zasius *in l. si quis ex argentarijs. §. prætor ait. de edendo.* At verò cum dictis coniecturis, & præsumtionibus concurrant etiam verba Instrumenti, de contractu controuerso amplius dubitandum non videtur, eum esse simulatum, atq; adeò vsurarium. At falsus actus non est actus. *l. vbi autem. l. cùm igitur, de in diem addictio. l. eleganter. §. qui reprobos. de pign. Actione.*

Et in specie de contractu simulato, quòd cadauer sit sine animâ, & corpus sine spiritu, neq; contractus appellari possit, *dicit Bald. in l. 1. C. plus valere, &c. & in l. ei, qui. C. de distract. pignor.* Ideò dicit Bartol. *in l. nemo potest, de legat. 1.* quòd contractus simulatus, cùm deficiat in substantialibus, contractus non sit. *Facit, quod scribit Baldus in l. ab Anastasio vol. 4.*

Atq; de contractu vsurario idem dicitur, quòd nullus sit *per text. in c. 2. & in c. consuluit, de vsuris. Molin. de vsuris. n. 184. Tyraquel. in tracta. de consti. parte 3. limita. 3. n. 16. 25. & 28.*

Nec videtur hic contractus per confirmationem Archiepiscopi M. aut eam, quæ posteà subsecuta est, Imperatoris confirmationem conualidari potuisse; quoniam eius, quod nullum est, non potest esse confirmatio: Non entis non sunt qualitates, &c.

Maxime cùm vtraq; confirmatio sit facta in formâ communi, cuiusmodi confirmationem nihil Iuris tribuere, *docet Bartol. in l. priuilegia. col. 1. C. de sacros. Eccles. Rol. à Valle cons. 5. n. 5. vol. 1.* Et Imperatoria sit impetrata Anno 90. hoc liquidationis processu pendente, additâ etiam clausulâ, *Saluo Iure alterius*, per quam confirmatio modificatur, vt excepta sint Iura quorumcunq;, quibus per confirmationem præiudicari potuit, *vt notatur in l. si debitor. §. si in venditione. quibus modis pignus soluitur. Decius cons. 445. num. 61. in fine & cons. 656. num. 6.* quæ clausula etsi addita non esset, esset tamen subintelligenda. *Bald. l. 1. de constitu. Princi. & in l. monumenta. C. de legatis. Decianus responso 24. num. 15. vol. 1. VVesenb. cons. 6. num. 164.* Nec quicquam releuare videtur in confirmatione Imperatoriâ adiecta clausula, EX CERTA SCIENTIA, quoniam hæc clausula nullam vim habet, quando ignoratur petita, & verisimile est, principem eorum, quæ in facto consistunt, notitiam non habuisse. *Bald. l. fin. C. sentent. rescindi non posse. Alexand. cons. 122. vol. 4. Menoch. cons. 202. num. 149. & sequenti.* Imò neq; si Princeps attestaretur, se de tali facto notitiam habuisse, ei credendum esset, *iuxta Clement. 1. de proba.* quia illa Clementina non procedit, vbi agitur de præiudicio tertij. *Panormit. in d. Clementina & in c. cum a nobis, de testibus. Castrens. cons. 46. n. 4. vol. 2.*

Tanto verò minus clausula ista Comitibus, & alijs præiudicare potest, quoniam Imperatorem de causâ cognouisse nullibi apparet, in cuiusmodi casu, quando causæ cognitio non interuenit, clausulam EX CERTA SCIENTIA, nihil operari, *tradit Specul. titulo de legat. §. nunc ostendendum, vers. 18. Roland. à Valle cons. 7. num. 107. volum. 3.*

Non etiam obstare videtur Comitibus renunciatio omnium exceptionum, quam fecerunt. Præterquam enim, quòd renunciatio illa facta est omninò in genere, neq; vlla expressa est exceptio specialis, cui generalis renunciatio posteà subiecta sit, renuntiatione partium expressâ, simulationem non tolli, *in specie tradit Odofredus in l. fin. C. de pact. pignor. Alberic. in l. 1. C. eodem.* Imò eiusmodi renunciationem nullam esse, & inefficacem, *docet Bartol. in l. nemo potest. col. 2. de legat. 1. vbi latè Iason.*

Et in genere traditum est, quod vt statutum, ità pactum, tollens omnes exceptiones intelligatur de friuolis &c. Promissio deniq; Comitum bey Gräfflichen ehren/ trewen/ vnnd glauben non videtur in hoc casu operari, vt contractus simulatus, & vsurarius ex eo talis esse desinat. Contractus enim illicitus iuramento firmari non potest. *Ioh. Andr. in additio. ad Speculatorem de renunciat. §. 1. versic. & quia hic.*

Imò quando in contractibus suspectis adhibetur iuramentum, eo ipso contractus redditur magis suspectus *Dd. in c. illo vos. ad fin. & in d. c. ad nostram. Tyraquell. de retractu conuent. in præfat. num. 16. Roland. à Valle cons. 60. num. 78. volum. 4.* quoniam iuramentum censetur eius

naturæ

naturæ esse, cuius est contractus. *l. fin. C. de non numer. pecun. Cephal. consil. 210. num. 86. lib. 2.* Pro regulâ enim traditum est, quòd, si contractus principalis non tenet, nec cæteræ clausulæ tenebunt. *l. fin. de constit. pecun. quem text. pro singulari notat Baldus in l. si absentis. in fin. C. si certum petatur. Iason in l. non dubium. C. de ll. & specialius Bartolus in d. l. nemo potest. col. 2. dicit, quòd renunciationes, & clausulæ appositæ in contractu simulato iudicentur nullæ, & inefficaces.* Et contractu principali sublato tollitur etiam iuramentum. *Socin. Senior cons. 159. col 7. vers. confirmantur prædicta, vbi ait,* quod, quo errore quis ductus fuit ad itâ contrahendum, eodem errore ductus fuit ad opponendum illam clausulam, EX CERTA SCIENTIA, *Anto. Gabriel. de clausulis. concl. 1. num. 53.*

Prædictis consequens est, vt cùm contractus hic nullus esse videatur, nullus etiam eius possit esse effectus. *l. non dubium. C. de ll. Socin. cons. 115. num. 15. vol. 4.* Et in specie, quòd per simulatos contractus, vtpote nullos, non transferatur dominium, neq; possessio, etiam per constituti clausulam, aut precarium, *docet Bartol. in l. emtor. de aquâ, & aquâ plun. Alexand. & Iason in l. 1. §. si vu. & in l. quòd meo. de acquir. poss.* Atq; hoc multò specialius de emtione inualidâ, quòd emtor ex illâ non acquirat, *affirmat gl. & alij. in l. multùm interest. C. si quis alteri, vel sibi. Bartol. & Baldus in l. eleganter. de do'o.*

Quare Comites de M. vt ante contractum, itâ post habuerunt, & retinuerunt dominium castri F. quod vtrumq;, Instrumentum indicat, & ideò P. & consortes dominium non acquisiuerunt, cum duo eiusdem rei domini, & possessores in solidum esse non possint. *l. quod contra. §. vns duo. de regul Iuris.*

Ex quibus intelligitur fructus, & obuentiones castri ad Comites, & non ad P. pertinuisse, atq; etiamnum pertinere ex istâ Iuris regulâ, quòd fructus rei ad illos pertineant, ad quos pertinet dominium. *l. fructus. l. in fundo. l. ex diuerso. de rei vindica. l. si dominium. C. de pign.*

Vnde infertur, teneri successores P. castrum ipsum, & ipsius pertinentias, vnà cum fructibus perceptis, & percipiendis, Comitibus restituere, ab eo tempore, quo castrum illud in possessionem suam acceperunt, eò, quòd sine titulo, & bona fide id possedisse videntur, per regulam, quòd malæ fidei possessor fructus suos non faciat, sed tàm percipiendos, quàm perceptos rei domino restituere teneatur. *§. etsi hereditas. Instit. de offic. Iudic. l. fructus. l. si naui. C. de rei vindicat.*

Quòd si verò contractus pignoratitius est, etiamsi debitoris mala fides nulla argui possit, obuentiones tamen, & fructus omnes percepti, & percipiendi ex re pignoratâ computandi sunt in sortem, id est, solutionem eius, quod debetur, & reliqui, qui supersunt, debent restitui debitori, vnà cum re pignorata, idq; Iure Ciuili, & Canonico. De Iure Ciuili *in l. 1. & 2 C. de pignor. Act. l. 1. C. de distract. pignor. l. Titia. de solutio. l. is, cui. §. quæri poterit, vt in possess. legat. Natta consil. 536. in 3. volum. Menochius consil. 201. num. 101. lib. 3.*

Idq; vsq; adeò verum est, vt, si fructus tales sint, qui recipiant functionem cum debito, quia consistunt in pecuniâ, vt sunt pensiones, simulac percepti sunt, aut percipi potuerunt, debitum extenuent. *Bald. in l. 1. C. de pignor. Actio. l. quamuis. C. in quibus causis pignus tacitè contrah.* Alij autem fructus naturales rei pignoratæ, quàm diu extant, tacitè fiut obligati pro debito, eisq; pignus augeatur. *d. l. quamuis, Bartol. Alexand. Iason in l. diuortio. §. ob donationes. soluto matrimon. vbi Iason ait, cum ea doctrinâ omnes transire.*

Quod in tantum procedit, vt, etiamsi creditor à Iudice in possessionem missus esset, is teneatur, fructus in sortem compilare, adeò vt ipso Iure extenuent capitale sortis. *Alex. in l. à Diuo Pio, §. si pignora, de re iudic. Afflictus decis. 358. num. 4. Colerus in tract. de pro. parte. 3. c. 12. num. 99.* Hinc est, vt pactum, quòd fructus non computentur in sortem, dicatur esse contra naturam pignoris, ideòq; non valere: *d. c. illo vos. Decianus cons. 35. num. 43. volum. 2.*

Ratio huius computationis In sortem omnis posita est in vsurarum prohibitione, quæ omni Iuri est consentanea. Quòd si igitur P. atq; ipsorum successores castrum F. cum suis pertinentijs in possessione habuerunt, illudq; administrarunt, quod præsupponitur in facto, consequens est, vt administrationis suæ rationem reddere teneantur.

Cùm enim dictum sit, fructus in sortem computandos, & reliquum restituendum esse, rationes prius reddi necesse est, vt, quid, & quantum reliquum sit, appareat. Nam qui vult consequens, censetur voluisse antecedens, & sine quo non poterat ad illud consequens peruenire. *Decianus cons. 79. num. 46. & 47. volum. 2.*

Deinde Iuris est indubitati, quòd quilibet administrator teneatur, administrationis suæ rationem reddere, cum reliquorum præstatione, &c.

Hanc Iuris dispositionem locum sibi vindicare etiam in personis coniunctis, nedum extraneis, multis exemplis demonstrari potest. Frater enim fratri administrationis rationes reddere tenetur. *Roland. à Valle cons. 49. num. 10. vol. 1. Decianus cons. 79. vol. 2.* Pater, qui

bona

bona filij aduentitia administrauit, administrationis istius rationes reddere debet. *Bald. in l. suppositi a. nota. 1. C. de dolo. & in l. licet. C. ad l. Falcid.* Eadem ratione socius socio de administratis rationes reddere cogitur. *Schurff. cons. 65. num. 5. cent. 1.* & heres coheredi. *gl. in §. quædam, de edendo.* Et in genere hoc obtinet in quocunq; administratore, qui vel propriâ autoritate, vel officio sibi iniuncto bona aliena, siue communia administrauit. *Marsil. singul. 493. Socinus cons. 2. col. 1. vol. 1. & cons. 73. n. 12. vol. 3.*

Quod autem non contra administrantem ipsum duntaxat, sed ipsius etiam heredes de administratis ab ipso agi possit, *est text. in l. 3. §. hæc Actio, de negoc. gestis. l. tutelæ, l. omnes tutores. C. arbitr. tut. Roman. cons. 413. num. 2. Decian. cons. 53. num. 24. vol. 2.*

Et tantò magis administrationis ratio reddenda, quòd ex actis constat, Comites affirmare, eam rationum redditionem iampridem P. per decretum impositam, à quo non appellarunt, sed in rem iudicatam transire passi sunt, quæ pro veritate habetur.

Ex his nihil aliud concludendum videtur, quàm contractum controuersum, si non pro simulato, & vsurario, saltem pro pignoratitio, non emtionis, & venditionis habendum, & de fructibus, atq; obuentionibus ex castro F. perceptis, atq; percipiendis rationes reddendas, eosq; in sortem computandos, & reliquos Comitibus restituendos, aut certè creditores de illis contentandos esse.

Cùm enim creditores, & cæteri M. de damno vitando, heredes autem P. de lucro captando certare videantur, videtur vtiq; illorû potior, quàm horum habenda esse ratio. *Ceph. cons. 329. n. 43. lib. 3.* Et semper præualet causa eius, qui agit de damno vitando etiam inter duos priuilegiatos. *Bartol. in authent. quas actiones. n. C. de sacros. Eccles. Decius in l. non debet actori. §. in re obscura. de regul. Iuris.*

Duplicem verò esse in hoc contractu mercem, prout & ipse duplex est, ex [illegible]

ctus [illegible]

... [illegible]. In emtione enim priori, quæ quoad primùm suum sortita est effectum, merx est census annuus, non castrum F. In posteriori emtione, quæ suum de quo effectum sumum sortita est, posteaquam tempus solutioni 40... o. aureorum dictum lapsum, nec solutio facta fuit, merx fuit ipsum castrum, quam ob conditionis existentiam iam inde ab initio simpliciter & purè contractam esse, censendum est, quasi iam tùm in anno 1561. cùm prior ille contractus factus est, etiam posterior hic factus esset, ita vt hic posterior priorem illum absorpserit; siquidem, vt suprà ex legibus, earumq; interpretibus comprobatum est, conditionem non minus in contractibus etiam retrotrahi ad tempus contractus facti, atq; ratihabitionem, quod de ratihabitione ità affirmatur *in l. fin. C. de compens. Cyn. Bartol. & alij in l. si pecuniam, C. de negot. gest. Bartol. in l. 1. §. sed et si cum quis, ff. de vi, & vi arm. & in l. Pomponius, in princ. ff. de negot. gestis.*

Quod verò dicebatur, verba vtriusq; Instrumenti accommodari posse etiam ad pignoris, id non negamus, sed vt omnia conueniant pignori, & quòd magis contractui pignoratitio, quàm contractui emtionis, & venditionis conueniant, id verò est, quod negamus. Ostensum enim est inter decidendi rationes, contractum hunc pro alio, quàm pro contractu emtionis, & venditionis haberi nec posse, nec debere, præsertim, quòd in eiusmodi dubio contractus potior, qui potentior est, sicuti contractus emtionis, & venditionis ad contractum pignoratitium collatus sine dubio fortior, & potentior est, accipi debeat, & verba omnia sint eiusmodi, vt ad contractum emtionis, & venditionis accommodari possint.

Nam verba **verunterpfänden / einsetzen / &** similia non minus in contractu emtionis venditionis, præsertim eo, qui sub pacto de retrouendendo factus est, vsurpari possunt, quàm in contractu pignoratitio, per ea, quæ respondit VVesenb. *cons. 2. num. 91.* vbi dicit, Non omnes artificialiter distinguere verba, & species contractuum sciunt, quia proferuntur à contrahentibus, qui istas æquipollentias ignorant, *vt dicit Bartol. in l. si necessarias. §. annua, num. 4. ff. de pignorat. Action. bonus text. in l. si cui. ff. de seruitut. ad idem Bald. in l. . num. 3. C. de fructib. & litium expensis.* præcipuè in hoc argumento, vbi magna est vtriusq; contractus, pignoris, & retrouendictionis similitudo, sic vt nedum imperiti, verùm etiam periti promiscuis nominibus eos appellent, *Mudæus de pact. pignor. n. 50.*

Atq; inde idem VVesenbecius iam dicto loco his verbis infert. Quare ex circumstantijs perpendendum, de vtro sit actum, & secundùm id verba accipienda, *Tyraq. de retract. proximit. §. 30. num. 9. & sequ. ac per totum de retrouenditione, & quæ ibidem apud VVesenbec. latius sequuntur.*

Ad idem faciunt notata à Mynsingero de differentijs aliquot singularibus inter contractum pignoratitium, & pactum de retrouendendo, *centur. 6. obser. 70.* sed non similiter in contractu pignoratitio simpliciter vsurpari solent illa verba, **Auff einen wiederkauff / Item / auff einen starcken widerkauff / &** eius generis alia.

Et ratio differentiæ manifesta est, quòd vbi retrouenditionis mentio fit, necesse sit præsupponi emtionem, cuius respectu retrouentio fieri possit, at non si contractus contractus pignoratitius sit, contiuò idem fuerit contractus emtionis, & venditionis, è contrario verò, si contractus emtionis, & venditionis sit cum pacto de retrouendendo, res ità vendita censeatur quodammodo venditori esse hypothecata, ob ius redimendi ipsi reseruatum, quoniam etsi dominium ipsius rei ab eo per traditionem recesserit, recessit tamen non irreuocabiliter, & ius illud reseruatum rem ipsam quodammodo afficit.

Hinc est, vt Laici, siue imperiti ob hoc Ius redimendi, rem, sub pacto venditam, dicant oppignoratam esse, quod ius facit, vt emtor imperitus, & Laicus rem, sub eo pacto venditam, non Iure proprio, sed ad effectum duntaxat percipiendorum fructuum, sicut fit in Antichrisi, possidere, dominium autem rei apud venditorem remansisse videatur, prout in spe etiam apud venditorem, remansisse, re ipsâ autem ad emtorem transijsse, dici potest, vt ità vterq; & emtor, & venditor eius sit dominus, sed diuerso respectu. Atq; de hoc loquendi vsu, apud Laicos præter VVesenb. *in d. consil. 2. num. 91. versic. præcipuè in hoc argumento*, attestatur nobilissimus ille Germaniæ ICtus, Vdalric. Zasius *in l. de quibus, num. 59. ff. de legib. vbi dicit*, quod tamen de errore, dixi, fallit, si in facti substantiâ sit erratum, vt, quia contractus venditionis, putaretur contractus pignoris, id quod iam apud plærosq; laicos vsu receptum est, vt, cùm castra venduntur cum pacto redimendi, licet ipsi putent, ipsum contractum haberi pro pignore, quæ consuetudo nunquam procedit, quia in radice, substantiâ, & medullâ errant. Idem quasi in terminis repetit, & attestatur idem Zasius *consil. 12. num. 10. circa fin. lib. 1.* his verbis: Declaratum habere volo, quod

quòd contractus, de quibus hæc quæstio vertitur, non possunt dici pignorationes, licet fortè ex communi vsu loquendi ità nominentur, vulgò ein Pfandschafft. Is tamen vsus loquendi est laicorum, qui inter nomen venditionis, vbi immobilia cum pacto retrouendendi venduntur, & inter nomen pignorationis non faciunt differentiam, alterum sumentes pro altero, ex inaduertentiâ, *vt eleganter docuit Socin. cons. 15. col. 13. versic. idem videtur*, propter hoc tamen non est vera oppignoratio, sed venditionis contractus remanet. Cui attestationi vtpote Doctoris excellentissimi, & rerum practicarum in Germaniâ scientissimi, atq; experientissimi credendum esse, ità vt vel sola ad probandum hunc communem loquendi vsum sufficiat, ex eo constat, quod dicitur, Doctori, de consuetudine attestanti, fidem habendam, eiq; acquiescendum esse, *iuxta ea, quæ tradit Bartol. in d. l. de quibus, quæst. 4. cum similibus*, & comprobata sunt in Camerâ Imperiali, vt iudicando inde recedendum non sit, *prout refert Mynsing. centur. 5. obser. 96. n. 4. eodemq; pertinens obseruata ab Andr. Geil. 1. obser. pract. 36.*

Quamuis hic communis loquendi vsus tam sit in Germaniâ vbiuis locorum notorius, vt allegare eum sufficiat, probare necesse non sit, *per text. in c. super eo, de testib. cogend. & ibid. gl. in verb. non requirant, & tradita a Mynsing. centur. 6. obseruat. 3. n. 4. Andr. Geil. 2. obseru. pract. 31. in fine, & obser. 46 n. 21.*

Verùm non in Germaniâ tantùm, sed in Italiâ etiam alijsq; locis ex communi loquendi vsu pignorationes sæpè esse, & dici contractus, qui nihil sunt minus, sed potius emtiones, & venditiones, scribit â Zasio relatus Iureconsult. eximius Socin. Sen. *cons. 15. n. 39. vers. secundò probatur, vol. 1. vbi dicit*, ex communi vsu loquendi, & vulgari opinione eiusmodi contractus de retrouendendo dicitur sæpenumerò contractus pignoratitius, *vt traditur in c. illo vos. de pignor.* Vulgares enim non faciunt magnum discrimen inter hos contractus, & per vulgarem locutionem, atq; intellectum verba accipientur impropriè.

Eodem pertinet, quod scribit Albertus Crantius, idem & Iurecons. & Historicus in suâ Daniâ *lib. 8. cap. 35.* Pignus, *inquiens*, vocant & pignoratitium contractum: Ego ex intentione contrahentium veram arbitror emtionem, cum pacto tamen redemtionis, quod fas, & Iura sinunt, alioqui in sortem computareretur, si pignus esset, quicquid eo nomine prouenirer, mens autem contrahentium ea fuit, vt fructibus acceptis vtarur pro suis, sorte manente integrâ, quod est pactum emtionis, vulgatus error multos decepit.

In tantum verò hic communis apud vulgus loquendi vsus inualuit, vt periti etiam, imo ICti eum secuti fuerint, prout factum est in recessu Imperij Romani de anno 48. Augustæ facto, *in §.* Wiewol auch in der Regierungs handlung bedacht, *& in §.* Aber der Grafen von Tübingen halben. Et in statutis ciuitatis Friburgensis in Brisgoia, *lib. 2. tit. 4. sub rubr.* Wie die nechsst Sippfreunde / vnnd ligend güter / etc. in quibus statutis condendis se maximè sudasse dicit Zasius *in §. fuerat, n. 33. Instit. de Action. & in l. properandum. §. sin autem alterutra. n. 19. C. de iudic.*

Cùm itaq; ex communi vsu loquendi contractus sæpe dicatur pignoratio, qui tamen est contractus emtionis, & venditionis, & rarum non sit, vt verbum vnum, & idem sensum habere possit, proprium, & improprium, *argum. c. ab excommunicato, & in c. Capitulum S. Crucis. de rescript. gl. in l. 2. ff. de offic. Proconsf. & legat. Ruin. cons. 54. n. 11. vol. 2.* Et verbum ambiguum, in vnâ parte positum, declaretur ex verbo alio claro, in parte aliâ apposito, *Bartol. in l. Centurio. num. 27. ff. de vulg. & pup. Paris. cons. 73. num. 45. vol. 2.* Verbum autem emtionis, & venditionis clarum, oppignorationis verò, vt ex hactenus dictis apparet, ambiguum sit, vtrumq; verò hic reperiatur, hoc potius ex illo, quàm illud ex hoc interpretandum fuerit.

Verba etenim contrahentium â vulgo intellectum capiunt, *vt dicit Cephal. cons. 257. num. 15. lib. 2.* & secundum communem loquendi vsum interpretanda sunt, *per text. in l. liberorum. §. quod tamen Cassius. ff. de legat. 3. l. cum de laniones. §. asinam. ff. de fund. instruct. leg. Bartol. in l. Labeo. ff. de supellect. legata. Decianus cons. 7. n. 54. volum. 1. Menoch. cons. 259. num. 25. lib. 3.* & intelligenda sunt, prout intelligunt Idiotæ, *ait Baldus in c. 1. in princ. de success. feud. quem allegat, & sequitur Franc. Bursat. consil. 423. num. 5. lib. 4.*

Idq. in præsenti hoc casu tantò magis locum habet, quòd contractus emtionis, & venditionis fortior sit, atq; potentior, quàm est contractus pignoratitius, vt suprà demonstratum est, & Iure cautum sit, quòd verba accipienda sint in potentiori significatu. *l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectig. petat. l. filiusfam. §. penult. ff. de donat. l. 1. §. Biduum. ff. Quand. appell. sit. l. 1. §. si te rogauero, & seq. ff. depos. l. non solùm. §. fin. ff. de vsucapio. l. si te, ff. de hered. instituend. l. quicquid venditor. ff. de Action. emti. c. penult. de senten. excomm. c. si pater, de testamen. in 6. Stichard. in l. 1. n. 13. C. Qui admitti. Menoch. de præsumtion. lib. 1. quæst. 37. num. 17. Castrens. cons. 179. col. 5. vol. 1. Socin. Sen. cons. 25. col. 3.*

col. 3. vers. non obstat vltimum, vol. 3. Roland. à Valle, cons. 37. n. 7. vol. 3.

Et sanè, nisi verba ista verunterpfenden / & einsetzen / Pfandt / & similia ad contractum emtionis, & venditionis reducamus, hoc absurdum inde sequetur, vt non tantum, quod est infirmius, absorbeat potentius, sed etiam vt omnes ferè eiusmodi contractus emtionis, qui eo modo in Germaniâ fieri solent, facilimè eludantur, & contra contrahentium intentionem, atq; mentem torqueantur, cuiusmodi interpretationem, per quam absurdum admitteretur, non esse faciendam, *textus est in l. nam absurdum, iuncta l. proximè præced. ff. de bonis libert. l. obseruare. §. fin. ff. de offic. procons. & leg. l. 1. §. vnde quaeritur. ff. de publican. l. si quis ex argentarijs. §. fin. ff. de eden. l. Offilius, vbi gl. ff. de legat. 3. Decius in c. cùm inter, notab. 7. De exception. Menoch. cons. 231. num. 19. lib. 3. Bursat. cons. 264. num. 24. lib. 3.* adeò vt ad euitandam absurditatem verba etiam impropriandа esse, responderint *Aretinus cons. 66. col. 1. & Alex. cons. 52. vol. 1. & cons. 85. vol. 4.*

Atq; hac interpretatione, cùm contrarietas etiam illa euitetur, quod contractus vnus, & idem non potest esse pignoratitius, & emtionis, de eâ minus dubitandum est, quoniam interpretatio illa facienda est, quâ contrarietas euitetur, *c. Inter dilectos, de fide Instrumen. Bartol. in. l. final. §. idem quæsijt ff. de cond. indeb. Dec. in l. vbi repugnantia. ff. de regul. Iuris. & cons. 517. num. 4. Alciat. de præsumt. reg. 2. præsumt. 31. Paris. cons. 102. num. 19. volum. 1. Socin. Iun. cons. 285. num. 16. vol. 1. Menoch. cons. 244. num. 8. lib. 3.*

Ad hæc vt maximè hic contractus redoleat pignorationem, esset tamen illud accipiendum de emtione primâ, cui contractus hic pignoratitius additus esset, qui, cùm finem suum lapsu temporis definiti acceperit, oppignorationem etiam illam, vt accessorium simul cum illo finem accepisse, dicendum est.

Euanescente enim dispositione principali, accessiones etiam eius simul euanescunt, & vim suam amittunt, *per l. cum principalis. ff. de regul. Iuris c. Accessorium. Eod. in 6. l. fin. ff. de const. pecun.* Protinus autem, vbi tempus lapsum & contractus prior abolitus est, conditione posterioris contractus existente, iam non [illegible] s, sed vt rem suam emtam inde [illegible] con[illegible]act[illegible]s A. P. & consortes quam [illegible] ex pacto contractui addito, si voluissent, [illegible] F [illegible] occupare potuissent, quod tamen, [illegible] vsq; 1572. facere distulerint, est, [illegible] d Domini Comites eo [illegible] omine ipsis gratias a[illegible] hunc contractum nunc impugnent.

Non obstant pacta, ex quibus [illegible]cendum videbatur, contractum hunc pignoratitium esse. Ad primum [illegible] quod attinet, etsi castrum F. in assecurationem A. P. & consortibus concessum sit, est tamen id intelligendum de contractu priori, non posteriori. Deinde vt maximè de contractu posteriori eadem verba, quæ assecurationem inducerent, vsurpata essent, essent tamen illa ad venditionem accommodanda, vt ipsa seruiant rebus, non res verbis, per ea, quæ præter suprà deducta consuluit VVesenbec. *d. cons. 2. num. 91. vers. Itaq; verbum luendi.*

Alterum pactum [illegible] ad priorem contractum pertinet, vt ex tenore vtriusq; Instrumenti apparet, at priori illi contra[illegible] oppignorationem accessisse, extra c[illegible]uersiam est. Clausula autem restringi debet ad contractum priorem, illam proximè præcedentem, non ad posteriorem. *Dd. in l. si idem. §. fin. ff. de Iurisd. omn. Iud. Iason in l. 1. num. 8. C. de liber. præter.* cùm ex separatis non fiat illatio. *l. fin. ff. de calumniat. l. Papinianus exuli ff. de minorib.* & clausula, ad vnum finem apposita, [illegible] debeat trahi ad alium, *Zabarel. in Clementinâ 1. §. Ad hoc. oppos. 3. de præbend. Granet. consil. 13. num. 10.*

Idem respondendum est de pacto tertio, quoniam Iuri consentaneum est, vt, cùm Domini Comites in M. stante co[illegible] priori, domini castri F. manserint, & reditus [illegible] inde perceperint, ipsi periculum etiam sustineant. Aequum enim est, vt, qui sentit commodum, idem etiam sentiat incommodum. *l. secundum naturam, ff. de regul. Iur. l. fin. [illegible] furt. l. vn. §. pro secundo. C. de caduc. toll. cum si[illegible].*

Nec putandum est, clausulam hanc, etsi Iuri consentanea sit, in hoc contractu superuacaneam esse, eò quod dubitari posteà potuisset, si fortè, quo casu incommodum aliquod accidisset castro F. an non A. P. & consortes pro ratâ incommodum sustinere cogerentur, sicut pro rata reditus ex eo castro percipiebant.

Præterea non est inconueniens, etiamsi simpliciter, & [illegible] castrum F esset venditum, si dicamus, pactum [illegible] fieri, vt periculum pertineret ad vend[illegible] in hoc casu, quoniam quæstio est non de venditione, ex quâ dominium transfertur [illegible]reuocabiliter, sed de venditione sub pacto de retrouendendo, in quâ dominium [illegible] quidem transfertur, sed reuocabiliter. Atq; ita venditorē suscipere in se periculum [illegible], dum [illegible] illi casus [illegible], vel [illegible] [illegible] est, & posteà ad [illegible] clausula generalis. [illegible] *D.d. [illegible] scium, ff. si quis caution. Salycet. in l. 1. C. de. om[illegible]*

& ita in terminis respondentem Paris. cons. 75. n. 31. vol. 4. sequitur Tiber. Decian. d. consil. 2. num. 144. volum. 1.

Circa pactum, suprà ab initio dictum, quartùm idem respondemus, quòd rectè Domini Comites castrum illud suum esse dixerint, respectu nimirum eius temporis, quo contractus celebratus est, & deinde respectu eius temporis, intra quod prior contractus subsistit, & tertiò respectu etiam eius temporis, quo contractus posterior effectum sumsit, atq; etiamnum, non tamen simpliciter, sed limitatè, nimirum, propter spem dominij recuperandi. Ità enim rectè res vestra esse dicitur, propter Ius, quod quis ad rem habet, *argumen. l. rectè dicimus. ff. de V. S. cum similib.*

Quintùm etiam ad priorem contractum pertinet, quòd si verò etiam ad posteriorem extenderetur, esset ea verborum interpretatio facienda, de qua paulò antè satis copiosè à nobis dictum est.

Quod sextò ad dictionem Glaubigere attinet, certum est, de Iure vocem creditorum accipi de ijs, quibus ex quacunq; Actione, vel persecutione debetur. *l. creditores. & seq. ff. de reg. Iur.* adeò vt non actio tantùm personalis, sed realis etiam sit, & definiatur ius persequendi in iudicio, quod sibi debetur, *in princ. Instit. de Action. l. nihil aliud, ff. de Obligat. & Act.* quam definitionem etsi gl. *in d. princ. in verbo debetur.* ità exponat, vt dicat, eam ad Actionem in personam propriè pertinere, non etiam propriè ad Actionem in rem, & gl. sequantur ibidem *Mynsing. num. 19. & Hottoman. num. 17. Idem Hottom. lib. 3. obseru. c. 17. & Cuiac. in parat. ff. de Obligat. & Actio. & lib. 1. obseruat. c. 12. in fine,* verior tamen est sententia existimantium, quòd etiam propriè accipitur de Actione in rem, atq; adeò non minus ex Actione reali, quàm ex personali Actione quis possit esse debitor, & alius creditor. Ità sensit *Dyn. in rubr. Instit. de Actio. n. 22. Benincas. in princ. Instit. Eod. num. 460. & ibid. Vsill. num. 37. & 38. Gomez. n. 71. Coras. n. finali & lib. 6. Miscell. c. 5. n. 8. Corsetus lib. 2. indagat. Iur. c. 1.*

Certum autem etiam est, contractum hic esse initum, ex quo dubium non est, creditorem vnum, alium debitorem constitui: neq; dubium est, A. P. & consortes ob pecuniam numeratam creditores esse, vtpote qui dominorum in M. qui pecuniam illam intra certum tempus reddere promiserunt, fidem secuti sint, *per text. l. 1. ff. de reb. credit. si certum petat.* Et quoniam eo tempore, quo contractus celebratur, contractus posterior adhuc in suspenso fuit, atq; adeo dominium castri F. nondum translatum, mirum non est, A. P. & consortes creditores nominari, de quibus propter tempus nondum lapsum dubium erat, an vnquam castri F. domini futuri essent. Ex initio autem sui contractus & verba in eo existumanda sunt, *text. in l. si procuratorem. ff. mandati. l. 1. §. si seruus depositi ff. depositi, cum similibus.*

Et verò vt maximè etiam, post lapsum temporis definiti, atq; adeò, postea quam Iure dominij possidere cœperunt castrum F. A. P. & consortes, creditores dicerentur, nihil tamen inde absurdi sequeretur; Quoniam quod suprà dictum est de vocabulo, verpfenden/einsetzen/ Pfandschafft/etc. idem hoc loco de vocabulo Creditoris dici potest, nimirum ex vsu communi loquendi emtores sub pacto de retrouendendo nominari solere creditores, cùm tamen rei, sibi sub pacto illo venditæ, reuerà facti sint domini, vt sicut ibi interpretatio fiebat de emtione, & venditione, ita hic interpretatio fiat de dominis, vt vtrobiq; termini habiles sint, & talia sint subiecta, qualia à suis prædicatis esse permittuntur, *gl. fin. in c. dudum. de decim. Capoll. in tract. de seruit. rust. sub cap. de aqua ductu. num. 14.* Seu cuiusmodi ea esse prædicata demonstrant. *l. 1. §. 1. ff depos. Isern. in c. 1. §. 1. de natur. feud.*

Nec quicquam ad rem facit, quod octauo loco mouebatur, de clausula euictionis omissâ. Cùm enim venditor ex naturâ contractus de euictione teneatur. *l. emtorem. §. Ergo autem, iuncta gl. in verbo omnes. C. de Action. emti. l. si prædium, C. de euictio.* eadem tenebitur, etiamsi eam non promiserit. *l. non dubitatur, vbi Bald. C. de euiction. l. ex emto. §. 1. ff. de Actio. emti. l. 1. in princ. ff. de rerum permutat. l. 2. l. quod si nolit. §. quia assidua. ff. de euictionibus, cum concordantibus, de quibus Castr. cons. 207. in princ. volum. 1.* & aliàs in genere traditum est, clausulam, apponi solitam, pro appositâ haberi, *per text. l. fin. §. fin. C. de fideicomm. Ruin. cons. 74. num. 1. vol. 1. Neuizan. cons. 28. in princ.* quod & à etiam de hypothecâ, apponi solitâ, neq; tamen expressè appositâ, *tradit Tyraquel. de retract. conuentio. §. 3. gl. 1. num. 6. vers. Et hæc omnia. Cephal. consil. 658. n. 7. lib. 5.*

Non enim obstat, quod in confirmatione domini Archiepiscopi M. dicitur, das man das sie mehr außgelegt hetten oder noch außlegen würden/ quoniam et verba æq; ad numerationem ex præcedenti titulo emtionis, & venditionis, atq; ex alio factam accommodari possunt, & vero etiam accommodari debere ipse contractus, super quo confirmatio ista est interposita, euidenter arguit.

Quoniam verò ex suprà firmatis constat, non versari nos in terminis ambiguis, sed claris, cùm & verba diserta, & mens contrahentium, & effectus contractus, omnesq; aliæ ipsius

ipsius circumstantiæ ostendant, contractum hunc esse contractum emtionis, & venditionis, præsumtiones, & coniecturæ istæ, quibus dicebatur, quòd in ambiguis non intelligatur, dominium translatum esse, & quòd contractus interpretandus sit de eo, qui debitori minus noceat, atque onerosus sit, in hoc casu locum habere non possunt, per ea, quæ suprà dicta sunt, quòd, cùm verba clara sunt, coniecturæ cessent, præsertim cùm de contractu ex instrumento satis liquidò constet, *quo argumento vtitur Tiber. Decia. cons. 5. num. 117. volum. 1.*

Vnde etiam est, quòd A. P. ipsiusque consortes sibi imputare non possint, aut debeant quicquam, siquidem pro se contractum habent satis clarum, sed si quid cuipiam imputandum est, id imputandum est dominis Comitibus in M. vtpote, qui se in contractu pignoratitio fundare nituntur, quòd cum non disertius, & expressius proposuerint, & in Instrumentum redigi fecerint præsertim quòd contra venditorem potius, quales in hoc casu sunt Comites in M. quàm contra emtorem, regulariter interpretatio facienda sit, *per text. d. l. veteribus. l. Labeo scribit. ff. de contrah. emtio. c. contra eum. de regul. Iur. in 6. Baldus cons. 340. col. 2. versic. sed imò. vol. 3. & consil. 413. versic. hoc si intelligas, vol. 5. Iason cons. 39. col. 2. vol. 1.* & præterea in nostro casu A. P. heredes, & possessores sint, & Rei, vt vel ex hoc solo, etiamsi verba contractus tàm clara pro se non haberent, interpretatio pro ipsis contra dominos Comites in M. facienda esset.

Nec possunt clausulæ Instrumenti contractus, emtionem, & venditionem inducentes, atque importantes, ex eo annullari, quasi appositæ sint ex consuetudine Notarij, quia verba Instrumentorum non censentur ex stylo, vel arbitrio Notariorum, sed ex iussu, expressoque mandato, & simplici voluntate partium apposita esse, maximè si accidentalia, & substantialia contractus respiciant, prout in casu proposito, *Bartolus in l. si quis filiabus. ff. de testam. tutela. Bald. in l. Mater. num. 6. C. de rei vindic. & in l. 2. num. 55. C. de rescindenda vendit. Curt. Iun. in repetit. l. admonendi. num. 134. & ibid. Iason n. 145. ff. de Iureiur. Menoch. de præsumtio. reg. 3. præsumtio. 13. num. 1. Socin. Sen. cons. 159. col. 4. vol. 2. Roman. consil. 179. n. 6. Curtius Senior cons. 44. n. 75. Neuizan. cons. 28. n. 14. & seq. Alexand. cons. 9. n. 9. vol. 1. Dec. cons. 490. n. 1[illegible] & [illegible] 3. num. 3. Ruin. cons. 159. n. 17. vol. 3. Gratus con[illegible] l. 2. Paris. cons. 10. num. 11. vol. 3. De[illegible] co[illegible] 91. num. 3. vol. 3. atq; hanc communem esse Dd. sententiam respondit Menoch. cons. 37. num. 130. lib. 1.*

Neque obstant, quæ de simulatione contractus, & de vsuris in medium afferebantur. Cùm enim nec dolus præsumatur, *vt tradunt Grammat. voto 10. n. 20. Grauet. cons. 379. n. 1. Menoch. cons. 35. n. 26. quò pertinet textus in l. quæsites. §. qui dolo. ff. de probatio. l. meritò. ff. pro socio. c. dudum. de præsum. c. 1. de renunciat. in 6. & latissimè Mascardus de probat. concl. 531. per discursum. vol. 1.* propterea quod delictum est. *l. item exigit. ff. de dolo malo. l. ex contractibus. ff. de obligat. & Actio.* & delictum non præsumatur. *l. fin. C. de probat. gl. in c. Illud, distinct. 40. Roland. à Valle cons. 11. n. 27. vol. 3. Menoch. cons. 102. num. 6. lib. 1. VVesenbec. cons. 12. n. 73.*

Nec præsumatur error. *Corn. cons. 17. col. fin. vol. 4. Menoch. cons. 89. num. 121. lib. 1. vbi allegat etiam Iasonem, & Grauettam, additq; omnes hoc dicere in l. post diuisionem. C. de Iur. & facti ignorant. & plures cumulat Mascard. de probatio. concl. 636. per totam. vol. 2.*

Nec præsumatur læsio. *l. nam & postea. §. si minor. ff. de Iureiur. l. 3. §. si minor. ff. de minor. l. 1. C. si aduers. vendit. pignor. Mascard. de probat. concl. 1061. num. 3. vol. 2.*

Et in genere quæ facti sunt, non præsumantur, *vulg. l. in bello. §. facta. ff. de capt. & postlim. reuers. l. si emancipati. C. de collation. l. 2. C. de donat. inter vir. & vxor. Cacheran. decis. Pedem. 108. num. 9. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 62. n. 26. Geil. 2. obseruat. practic. 13. num. 3. & omnium plenissimè Mascard. de probatio. concl. 732. per discursum. volum. 2.*

Simulatio autem, & vsuræ sine dolo, errore, & læsione non sint, quin etiam ipsæ in facto sint positæ, consequens his est, vt ipsæ non præsumantur.

Et in specie, quòd contractus simulatio nunquam præsumatur, nisi clarè probetur, *docet Baldus in l. quamuis. C. si quis alt. vel sibi, & notatur in l. cum precibus, C. de probation. Baldus cons. 18. col. fin. vol. 2. Cuman. consil. 41. Fulgos. cons. 198.*

Idque adeò verum est, vt non sufficiat probare contractum simulatum in genere, sed necesse sit ei, qui contractum simulatum dicit, exprimere speciem, & causam simulationis, *Baldus in l. Ab Anastasio, in fine, C. de mandat. Castrens. in l. Iurisgentium. §. dolo, & ibid. Alexand. ff. de pact. Dec. in d. l. Imaginaria. n. 6. ff. de regul. Iuris & cons. 36. num. 6. versic. secundò respondetur, & consil. 648. n. 6. Bartolus cons. 65. Ancharan. consil. 226. col. 1. Alexand. consil. 112. col. 1. volum. 3. & cons. 28. col. 3. volum. 5. Socin. consil. 264. col. 3. volum. 2. Natta consil. 537. num. 33. Bero consil. 147. num. 31. volum. 2. Riminald. Iun. consil. 83. num. 19. vol. 1. Decian. cons. 59. n. 4. volum. 7. Mascard. de probatio. conclus. 488. num. 1. & sequ. volum. 1.*

Neque etiam sufficit probare simulationem, nisi simul probetur, tractatam fuisse per partes ab initio, quod ipse contractus simulatus foret. Ità sensit *Bartolus in l. post contractum. col. 2. ff. de donat. & cons. 65. num. 2. volum. 1. Baldus in l. 1. quæst. 10. versic. illud tamen mente tenendum. C. si seruus extran. & probatur per l. 4. §. si ab ignoto. ff. de manumiss. Alex. cons. 29. col. 7. versic. præterea ad hoc, volum. 7. Dec. consil. 543. num. 18. Riminald. Iun. d. consil. 83. n. 19.*

In specie etiam, quòd contractus non præsumatur vsurarius, siue in fraudem vsurarum conceptus, docendo tradidit *Baldus in l. rogasti. §. si tibi. in fine. ff. de reb. credit. si certum petas. per l. si ea pactione. C. de vsur. & in l. si tibi decem. in princ. ff. de pactis Ancharan. aurear. quæstio. lib. 2. quæst. 33. num. 9. & consulendo sequuntur idem Baldus cons. 487. vol. 3. & cons. 200. vol. 6. Iason cons. 153. col. 5. versic. 8. vol. 4. Gozadin. consil. 55. num. 13. Socinus Sen. cons. 248, in fine. Roma. consil. 113. num. 1. Paris. cons. 54. num. 6. volum. 1. Decianus consil. 105. num. 1. volum. 2.* Sicuti nec fraudulentus præsumitur. *l. sed si unquam. §. sed si constante. ff. qui, & à quibus manum. Castrens. consil. 388. col. 2. volum. 1. & consil. 261. volum. 2. Barbat. consil. 76. volum. 3. & consil. 82. volum. 4. Riminald. Iun. cons. 218. num. 20. volum. 2.*

Hinc dixit Baldus *in d. l. quamuis,* quòd is, qui opponit de vsura, manifestè eam probare teneatur, Idemq; responderunt *Deci. cons. 491. n. 4. Socin. Sen. cons. 83. num. 2. vol. 3. Paris. cons. 60. num. 6, vol. 1.*

Atq; in casu proposito simulatio, & fraus vsuraria, quæ ex parte dominorum comitum in M. prætenditur, ab ipsis tantò magis probanda fuerat, quòd A. P. & consortes pro se habeant Instrumentum publicum, de quo dicitur, quòd non tantùm pro se habeat præsumtionem Veritatis, legalitatis, ac solennitatis, sed excludat etiam omnem fictionis, simulationis, & fœnoris speciem, *Baldus in d. l. cum precibus, & in d. l. rogasti. §. si tibi. Iason in §. Item verborum. num. 4. Instit. de inutil. stipulatio. Alciatus de præsumtio. reg. 3. præsumt. 13. num. 9. Barbat. consil. 63. col. 3. vol. 4. Socinus consil. 80. col. 3. vol. 3. Natta cons. 635. num. 9. Roland. à Valle consil. 40. num. 1. volum. 2. Grauetta consil. 48. num. 8. Riminald. Iun. d. consil. 83. num. 27. Antonius Gabriel. cons. 168. num. 125. & cons. 152. num. 3.*

Præsertim cùm Instrumentum vtrumq; super contractu controuerso factum, productum sit ab A. P. de quo aliud dici non potest, quàm quòd fuerit vir probus, honestus, bonæ famæ, & fide dignus, vt tantò fortius excludatur vsurariæ prauitatis, aut simulationis suspicio, *per notata à Marsil. in l. 1. §. ad quæstio. num. 10. in fine. ff. de quæstion. Tyraqu. in tract. de pœn. causa 51. num. 125.*

Et quamuis nullum Instrumentum, desuper confectum, aut productum esset, tamen, cùm vtrinq; constet, contractum aliquem esse celebratum, neq; dubium sit, quin vsura, & simulatio sit delictum, interpretatio contractus facienda esset eiusmodi, per quam delictum excluderetur, *Decianus cons. 93. num. 129. vol. 2.* ità vt omnis potius admitteretur interpretatio, & præsumtio, quàm delictum, *Marsil. cons. 132. num. 4. Grammat. cons. 25. num. 20. & seq. & decisio. Neapol. 18. num. 5. Cephal. cons. 397. num. 98. lib. 3. Grauetta cons. 247. in fine.* Ad quod facit illud, quod dicitur, actum reducendum esse ad intellectum Iuris, *Aretinus in l. 2. num. 11. ff. de verborum obligation. Iason cons. 215. col. 6. volum. 2.* eumq;, qui licitè, siue in bonam partem interpretari potest, & illicitè, siue in partem malam, intelligendum esse, non in malam, sed in bonam partem. *gl. in l. item apud Labeonem. §. si communem, verb. Iure dominij. ff. de iniur. Roland. à Valle consil. 40. num. 5. volum. 2.* & vbicunq; actus se habet ad permissum, & prohibitum, cum in dubio trahendum potius ad permissum. *gl. in l. 2. verb. probaretur. C. de petit. heredit. Tyraquell. de retract. consang. §. 30. gl. 2. num. 24. Celer. de process. execut. parte 3. c. 12. num. 57.* & cùm actus ad delictum ordinatus est, id potius, quod minus est, præsumendum esse, *Baldus in l. quicunque. C. de seruis fugit. Aretin. cons. 80. Bursat. cons. 271. n. 5. lib. 3.*

Et in specie interpretationem contractus ità faciendam esse, vt excludatur vsura, responderunt nouissimè *Cephal. cons. 237. num. 25. lib. 2. Decianus cons. 35. num. 44. vol. 2. Roland. à Valle cons. 95. num. 10. vol. 4. Bursat. cons. 135. num. 12. lib. 1. & cons. 214. num. 14. lib. 3.*

Hisce accedit & illud, quòd sicuti præsumtio solitæ fœnerationis arguit contractum vsurarium, *per ea, quæ latè deducit Capolla in tract. de simulato contractu. præsumt. 83.* ità multò magis præsumtio bonæ vitæ suadebit contrarium, vt contrariorum eadem sit disciplina. *l. 1. ff. de his, qui sui, vel alieni Iuris sunt, cum similibus,* atq; ità in specie hoc ponderat *Iason cons. 153. col. 4. vers. 8. vol. 4. & Grauett. cons. 145. in fine. Decian. cons. 2. n. 84. vol. 2. Bursat. cons. 144. num. 6. lib. 2.*

Quilibet autem bonus, & sine delicto esse præsumitur, *per text. in d. l. meritò. & in c. Estote. de regul. Iur. c. 1. de scrutinio in ord. faciend.*

c. sanct-

& fan. imm 1. q. 7. Innocent. & Panormit. in dudum. de electio. Dd. in c. cum dilecti, de accusat. Baldus in l. penult. C. de quaestio. Cuman. consil. 125. Fulgos. consil. 173. Grat. consil. 41. num. 14. vol. 2. Granet. consil. 60. num. 7. Baldus cons. . 29. vol. 1. per l. cùm pater. §. rogo. ff. de legatis 2. & c. decet. de accusat. quæ bonitatis præsumtio est à naturâ. *secundum gl in fine C. Quod metus causa. & ità tenet Iacobus de Beluiso in l. omnimodo. C. de inoffic. testam. Angel. in l. sciendum. in fine. ff. de verborum obligation. Hyppol. in l. 1. num. 67. C. Ad l. Cornel. de Sicarijs. Alciatus de præsumt. reg. 3. præsumt. 2. in princ. Socin. Iun. consil. 83. n. 4. volum. 2. Roland. à Valle consil. 96. num. 10. vol. 1.* Atque hoc ità in specie, & in terminis vsurarum notant Canonistæ *in c. fin. de scrutinan. ord. fac. & in c. fin. de præsumtion.*

Hæc bonitatis vitæ, & famæ integræ præsumtio tantò fortior est in proposito casu, quòd A. & C. P. C. a S. & A. de H. viri fuerunt nobiles, & pro nobilibus, qui maximè virtutibus studere, alijsque bono exemplo præire debent, maximè etiam præsumuntur. *gl. in c. illud. distinct. 40. notat Angel. in l. si à bona fides ff. de rei vindicatio. Iohan. Andr. in c. constitutis. el. 2. col. penult. de Appellat. Corsetus in repetit. c. grandi, de supp. neglig. prælat. Ioan. Lupus in repet. rubr. ff. de donat. int. vir. & uxor. num. 16. Tyraqu. in tract. de nobilit. c. 20. num. 20. & 41. Roman. singul. 726. incip. Sit hoc Iure cautum. Alciat. de præsumt. reg. 1. præsumt. 48. Socin. Iun. cons. 39. num. 26. vol. 2. Decia. cons. 15. num. 22. volum. 1.*

Et in specie, quòd quando contrahentes fuerunt viri nobiles, vitæ probatæ, atque optimæ opinionis, cuiusmodi fuisse paulò ante dictos Nobiles in confesso est, ità vt aduersarij id negare non audeant, omnis prauitatis vsurariæ suspicio, & cæteræ præsumtiones, ex quibus contractus, vt fictus, simulatus, & vsurarius argui potest, tolluntur, *docent Bartolus in l. fin. §. penult. ff. de re milit. Baldus in l. fin. C. de probat. Iason cons. 153. versic. octauo. volum. 4. Socin. Sen. cons. 248. num. 1. versic. non omittendum. volum. 2. Socinus Iun. consil. 83. num. 5. volum. 2. Granetta consil. 1[illegible]. num. 24. Alciat. Resp. 45. Roland. à Valle [illegible] l. 96. num. 21. volum. 2. & consil. 58. num. 21. vol. 4. Riminald Iun. consil. 218. num. 22. vol. 2. Bursat. d. consil. 144. n. 17. & nouissimè Mascard. d. concl. 447. num. 19.*

Porrò a[illegible]m etiam, & mentem fœnerandi ab hoc contractu abfuisse quàm longissimè, ex eo satis colligitur, quòd contrahentes contractum hunc non clàm, sed palàm inierunt, eundemque a domino Archiepiscopo confirmari voluerunt, quod repugnat vsui fœneratorum, qui clam, & occulte contractus suos celebrare solent. *Bald. consil. 478. dub. 4. & consil. 357. vol. 4. Castrens. consil. 285. volum. 1. Alexand. consil. 46. num. 3. vol. 3. Decius consil. 491. num. 4. Corneus cons. 23. n. 4. volum. 3. Granetta consil. 73. num. 7. & cons. 153. num. 8.* Et in genere traditum est, quòd actus, qui palàm conficiuntur, excusationem ab omni dolo, & suspicione præstent. *l. cùm ipse tutor. C. de contrah. emt. l. palàm. ff. de ritu nupt. Dd. in l. nemo. C. de sacros. Ecclesijs. Panormit. consil. 69. col. 2. versic. primò probo. volum. 2. Cæpol. in tract. de simul. contr. præsumt. 20. num. 67.*

Quòd si verò contractus hic illicitus fuisset, dominus Archiepiscopus M. nunquam sibi persuadere passus fuisset, vt ei suum consensum adderet, neque Imperatoria Maiestas, vt eum confirmaret, siquidem nunquam præsumitur, Principi, aliquid placere, nisi quod iustum, & verum est. *Baldus in l. 1. num. 1. ff. de constit. Princip. & ibidem Iason n. 3. Decius cons. 151. num. 1. Geil. 2. obseruat. pract. 58. num. 9. cum similibus.*

Porrò non tantùm illa Iuris est præsumtio, quòd contractus non sit illicitus, fictus, simulatus, & vsurarius, sed præsumitur etiam illud è contrario, omnem contractum esse legitimum, licitum, atque iustum. *Bald. in d. l. rogasti. §. si tibi, in fine, Bartolus consil. 65. col. 2. versic. sed ad hoc, volum. 2. Castrens. consil. 261. vol. 2. Crot. consil. 241. num. 6. Granet. cons. 156. num. 1. Roland. à Valle cons. 96. num. 14. vol. 2. & cons. 18. num. 3. vol. 4. Mascard. de probatio. conclu. 438. vol. 1.*

Actus enim factus præsumitur, prout ius disponit, *Cephal consil. 25. num. 24. lib. 1.* & ità accipitur, vt intelligatur factus esse secundum dispositionem Iuris communis, *Baldus in l. si duo. ff. de acquir. vel omitt. heredit. cum alijs adductis per Granettam consil. 91. num. 8.*

Et in specie quòd contrahentes censeantur contrahere secundum leges, vt prout licitum est, *Baldus Castr. & Dd. in d. l. si duo. & in l. heredes mei. §. cùm ità. ff. ad SCtum. Trebellian. Canon. in c. ad audientiam. de præsumtio. Baldus in l. 1. num. 24. C. de seru. fugit. Alciat. de præsumt. reg. 2. præsumtio. 1. num. 2. Socinus consil. 19. num. 6. volum. 1. Corn. consil. 90. in princip. volum. 3. Roman. consil. 510. num. 28. Coler. de process. execut. parte 1. c. 3. num. 169. & seqq. vbi dicit,* quòd forensis contrahens in loco aliquo, vbi est particularia

ticularis consuetudo contra, vel præter Ius commune, contractum suum legibus illius loci subijcere, & quasi secundum illius loci consuetudinem iudicare velle præsumitur, quantumuis hoc in literâ Instrumenti non contineatur.

Et verò debet in dubio interpretatio semper fieri, vt actus valeat potius, quam pereat, *c. Abbate, de verb. signif. l. 3. ff. de minor. l. 3. ff. de testam. milit. l. si quando. ff. de legat. 1. l. Quoties. ff. de rebus dubijs. l. quoties. ff. de verborum obligation. l. quoties. ff. de regul. Iur. Decius in l. si donatione num. 11. & sequ. C. de collat. Alciat. de præsum. ite. reg. 3. præsumt. 34. Cephal. consil. 408. num. 63. lib. 3. Bursat. consil. 441. num. 24. & cons. 324. num. 21. & sequ. lib. 4. Roland. à Valle cons. 65. num. 16. volum. 1.*

Quod in tantum procedit, vt verba etiam contractus impropriandа sint, vt actus sustineatur, *gl. in d. l. si vno. Bartolus in l. si tibi, ff. de reb. cred. si cert. petat. Socinus Iuni. consil. 28. num. 20. volum. 1. Alciatus de præsumt. 34. num. 9.*

Multò igitur magis, si verba etiam ipsa actui conueniant, *Iason in l. quoties. num. 3. ff. de V. O. Decius in l. In contrahenda. n. 13. ff. de regul. Iur. Alciatus d. præsumt. 34. n. 3.*

Et interpretamur verba non solùm, vt actus valeat, sed etiam vt valeat validiori, ac fortiori modo. *gl. in l. 1. ff de iudic. Gabriel. in rubr. de verborum obligation. num. 60. & in l. 1. §. si quis ita. col. 7. ff. eodem. Alexand. in l. si seruus plurium. §. fin. num. 4. ff. de legat. 1. Menoch. de præsumt. lib. 3. præsumt. 29. num. 45. Cephal. conf. 342. n. 81. lib. 3.*

Tanti verò hæc præsumtio momenti est, vt omnibus præsumtionibus alijs sit firmior, *vt ait Decius in d. l. in contrahendâ. n. 7.* illisque præferatur tanquam regina. *Dec. in c. Quoniam Abbas n. 10. de offic. deleg. Cephal. consil. 091. num. 10. lib. 5.* Et ex præsumtionibus contrarijs illa præualeat, quæ actum valere facit, *Decius in d. l. Quoniam Abbas. num. 14. & sequ. & in d. l. si donatione. num. 12. Alciatus d. præsumt. 34.*

Et in specie, quòd pactum de retrouendendo licitum sit Iure Ciuili, constat ex textu, & Dd. *in l. 2. C. de pactis inter emtor. & vendit.* nec improbatum Iure Canonico apparet ex notatis à glos. & Dd. *in d. c. ad nostram. de emt. & vend. & d. c. conquestus. de vsur. Hostiens. & Iohan. Andr. in d. c. significante.* Quinimò idem in foro conscientiæ subsistere, *probat [illegible] de Rosa. in d. l. 2. Cæpol. de simul. contract. præsumt. 12. Tyraquel. de retract. conuent. in princ. num. 3.* Idque consulendo tradiderunt *Decius consil. 307. & cons. 543. num. 1. & cons. 592. & cons. 648. num. 3. & cons. 680. num. 9. Neuizan. cons. 88. num. 5. Corneus cons. 23. in princ. vol. 3. Bero. cons. 212. num. 6. vol. 3. Natta cons. 198. num. 2. Crot. cons. 141. num. 2. Socinus Iun. cons. 27. num. 5. volum. 4. Cephal. cons. 259. num. 30. lib. 2. Decianus d. consil. 3. num. 130. volum. 1. Roland. à Valle d. cons. 58. num. 9. & 10. volum. 4. vbi dicit,* quod asserenti contrarium incumbit onus probandi, se habere legem, vel canonem aliter dicentem, sed nullibi reperitur.

Ex hactenus dictis liquidò apparet, contractum controuersum non esse fictum, simulatum, aut fœneratitium, atque est probatio eius tantò fortior, quod cum aliàs præsumtiones, & coniecturæ illæ dicuntur esse potentiores, & validiores, quæ sunt negatiuæ, quàm quæ affirmatiuæ sunt, *vt docet Baldus in l. filium. lectur. 1. num. 7. ff. Qui sui, vel alieni Iuris sunt. Paris. cons. 29. n. 83. vol. 2. Menoch. de præsumtio. lib. 1. quæst. 29. n. 13.* quò facit, quod dicimus, causam negatiuam esse potentiorem affirmatiuâ, *vt scribit Alciat. in repetit. l. 2. in princ. n. 39. ff. de verbor. obligat. Iason. in l. si Rufinus. col. 1. ff. de testament. milita. Tyraquel. in l. Boues. §. hoc sermone. limit. 7. n. 6. ff. de verbor. signif. & post hos omnes Menoch. lib. 2. de arbitr. iudic. quæstion. casu 472. in fine.* in casu proposito cum præsumtionibus negatiuis concurrunt etiam præsumtiones affirmatiuæ. Duo enim vincula fortius ligant, quàm vnum. *Authent. cessante. C. de suis, & legit. hered. l. Itàq. C. commun. de success. §. sed hodiè. Instit. de adoptio. l. re coniunctis. ff. de legat. 3. Vasqu. de successio. par. 2. lib. 2. num. 39. in præfatione.*

Sed sunt etiam pro hac decisione, si præsumtionibus certandum est, & plures, & fortiores, & maiores, & specialiores, quàm sint illæ, quæ afferebantur ad comprobandam simulationem contractus, & prauitatem vsurariam.

Præsumtio autem præsumtionem tollit. *l. Diuus. ff. de in integr. restitut. l. non solùm. ff. de ritu nupt. c. transmissa, qui filij sint legitim. gl. in c. ex literis. verb. ad plenum. de restitution. in integr. Menoch. de arbitr. Iudic. quæst. lib. 1 quæst. 76. num. 19. Grauet. cons. 230. num. 2. & cons. 258. num. 21. Gail. 2. obseru. pract. 97. num. 18. qui plures allegat.*

Et quòd præsumtiones plures vincant pauciores, *notatur in Auth. de consangu. & vterin. fratr. & in c. 1. de treuga & pace. Bald. in d. l. filium, n. 2. Idem Bald. & Salycet. in l. Mater. C. de calumniator. Alciatus d. reg. 3. præsumt. 37. num. 9. & sequent.*

Roman.

Roman. consil. 156. n. 4. Decius consil. 470. n. 10. Curt. Iun cons. 35. num. 6. Socin. Iun. cons. 59. num. 10. vol. 2. Grauet. cons. 145. num. 11. Gratus resp. 55. num. 39. volum. 1. Bursat. consil. 19. num. 27. lib. 1. & hanc vulgarem esse regulam dicit idem Bursat. cons. 272. n. 7. lib. 3.

Et quòd præsumtiones debiliores tollantur a potentioribus, & fortioribus, *est text. in c. literas. de præsumt. gl. in d. c. transmissa, gl. in c. Michael. de fil. presbyt. Bartolus in d. l. transactionem. de transaction. Dec. in c. quoniam. n. 8. de offic. deleg. Iason in l. Iam hoc Iure, col. 2. circa finem. ff. de vulg. & pupill. substit. Ripa in d. l. admonendi. n. 211. & in l. .. num. 11. ff. de vulg. & pup. subst. Alciat. de præsumtio. reg. 1. præsumt. 9. num. 16. Dd. in l. si qui adulterij. C. ad l. Iuliam. de adulter. & in l. sine possideris. C. de probation. Ferrar. Cautel. 41. num. 4. Baldus consil. 302. vol. 2. Fulgos. consil. 172. & cons. 103. num. 7. volum. 1. Grauet. d. consil. 145. num. 11. Grat. resp. 54. num. 40. vol. 4. Bursat. cons. 15. n. 22. lib. 1. & cons. 340. num. 34. lib. 3.*

Et quòd præsumtiones minores cedant maioribus, respondit Alciatus *respons. 269. num. 2. Curtius Iun. consil. 35. num. 6. & cons. 163. num. 22.*

Et quòd præsumtiones speciales tollant generales, *tradit Bartolus in l. cùm de indebito. ff. de probation. Baldus in d. l. sine possideris. col. 1. in fine.* præsertim si plures speciales concurrant, *per l. non solum. §. de vno. & ibi Bartol. ff. de ritu nuptiar. Cæpol. consil. crimin. 3. num. 8. in fine.*

Tantò verò probationes illæ, quæ sunt pro contractu, hoc controuerso fortiores in proposito redduntur, quòd domini Comites in M. in hac controuersia effectu ipso sunt Actores, & heredes P. sunt rei, *per ea, quæ scribit Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. quæst. casu 472. n. 35. & de præsumtio. lib. 1. quæst. 29. n. 11. vbi allegat Curtium Iuniorem cons. 90. n. 2. Alciat. de præsumtio. [illegible] 2 præsumt. 21. in fine. Blanc. in prax. criminal. in verbis sic præmissis. num. 5.*

Ad hæc vt maximè præsumtiones aliquæ contra hunc contractum afferri possent, illæ tamen, si ex suprà deductis non eneruantur, redduntur saltem dubiæ, quòd heredibus P. vtpote reis ad obtinendum in causâ sufficeret. *per c. inter dilectos. in fine. de fide instrum. [illegible] cùm sunt. de regul. Iuris in 6. Baldus cons. 39. [illegible] 2. Ancharan. consil. 267. Ioseph. Ludouic. decis. Perus. 72. num. 18.* & ratio est, quoniam in dubio partes Rei sunt fauorabiliores, & pro ipso iudicandum, *l. fauorabiliores. ff. de regul. Iur. late Menoch. de præsumtio. lib. 2. præsumt. 90.* idque non tantùm concurrente probationum paritate, *vt notat Baldus in l. qui accusare, circa finem. C. de edendo. Roman. cons. 156. in princ. Alexand. consil. 136. col. fin. vol. 2.* Verum etiam si probationes Actoris in aliquo excederent probationes Rei, *vt tradunt Canon. in c. ex literis. de probatio. per gl. notab. in c. Clerici. distinct. 81. Panormit. in c. in nostra. de testibus. & in c. cùm P. de accusat. & in c. ad nostram. de probatio. Felin. in c. quoniam. de testibus, vbi dicit,* licet testes contra reum sint aliquantulum digniores testibus Rei, quòd tamen pro reo iudicandum sit. Idem consulendo amplectitur *Roman. d. consil. 156. Deci. cons. 410. num. 4. & consil. 448. n. 16. & cons. 471. in fine. & cons. 564. n. 2. & cons. 109 num. 1. & 5. Tiber. Decian. cons. 56. in fine. vol. 1. Bursat. cons. 86. n. 1. lib. 3.*

Facit, quòd probatio dubia probantem non releuat. *l. non hoc. C. vnde legit. l. neq; natales. C. de probation. Canon. in c. præsentia, eod.* quia probatio, non concludens, non dicitur, probatio, *vt notat Bald. in l. matrem. C. de probatio.* & quando quis grauatur onere probandi, intelligitur de plenâ, & certâ probatione, non de semiplenâ, aut coniecturis. *c. 1. de elect. in 6. vbi Archidiac. & in c. ordinarij. §. quòd si fortè. vers. nullom. de offic. ordina. vbi etiam dicit,* quòd nulla probatio, & insufficiens æquiparetur, *idemque notat gl. & Bald. in l. 1. C. de fide Instrum. Bartol. in l. etsi Instrumenta. C. de fide instrum. & Iure hast. fisc. lib. 10. Dd. in l. si fideiussor. ff. qui satisdare cogant. cum similibus.*

Hinc infertur, cùm probationes dominorum Comitum in M. nullæ sint, heredes P. & consortes ex vulgatâ regulâ, quòd, Actore non probante, Reus absoluendus sit, absoluendos esse, *per d. l. qui accusare. l. 2. C. de probation. l. Actor. C. eod. c. 1. vt Ecclesiast. benefic. c. fin. de Iureiur.* Imò etsi Rei probationem aliquam in se recepissent, nec tamen quod probare intendebant, probassent, propter hoc condemnari non deberent, sed retinerent prærogatiuam Rei, vt absoluendi essent, ex quo domini Actores non probassent, *iuxta gl. in l. Circa. ff. de probat. Salycet. in l. 2. C. eod. Dec. cons. 517. num. 7.*

Verùm enimuerò posito, probari posse, imò probatum etiam esse, contractum hunc controuersum esse simulatum, & speciem habere contractus vsurarij, esset tamen ex sequentibus causis probatio ista in proposito irreleuans, atq; adeò non admittenda, secundum vulgatum illud, Ad probandum admitti non debere, quod probatum non releuet. *d. l. neq; natales. l. ad probationem. C. de probatio. gl. in c. cùm contingat. de offic. deleg. c. quia verisimile. de præsumtio. c. dilecti filij, de Exceptionibus.*

Cùm enim suprà demonstratum sit, notoriam esse hanc totius ferè Germaniæ, cumprimis verò illius regionis, in quâ contractus

 nunc

nunc controuersus celebratus est, consuetudinem, quòd contractus emtionis, & venditionis sub pacto de retrouendendo eo modo, quo hic factus est, iniri, & fieri soleant, hic etiam contractus pro licito habendus est. Traditum namq; est, ex consuetudine contractum iudicari licitum. *Bartol. in l. qui sit fugitiuus. §. item apud Labeonem. ff. de adil. edicto, vbi disertè ait*, quòd, si quis facit aliquem contractum, qui communiter ab omnibus habetur pro licito, licet in veritate sit illicitus, ex hoc propterea non dicetur, vsuram committere, ad quod optimus est textus *in l. quid ergo? §. 1. ibi, cum iuris trientibus, vel vs, quæ in regione obseruantur. ff. de contr. & vtil. Act. tutel. & in l. tutor. qui repertorium. §. sed si neganti, ibi, secundum mores prouinciæ præstabis vsuras. ff. de administr. tutor. & in l. apud Iulianum. §. in vsurarum, ff. de legat. 1. & in l. tan fine, ibi, vsurarum modus ex more regionis. ff. de vsur. & in l. & in contrario, ibi, eas tamen, quæ in regione frequentantur. ff. eod. facit textus in l. certi condictio. §. si nummos. ff. de rebus credit. si certum petatur. & in l. Athletas, ibi, & generaliter ità omnes opinantur. ff. de his, qui notantur infamia. Roland. à Valle consil. 75. n. 43. vol. 1. vbi dicit*, quòd si quis facit actum aliquem, qui æstimatur communiter licitus, contrarium tamen est in veritate, quia sapit vsurariam prauitatem quod ex hoc ille actus non dicatur illicitus, id namq; repetijt *consil. 96. n. 26. vol. 2. eodem q. [illegible] sunt notata à Decian. l. 1. n. 17. versic. sed [illegible] conclusio. C. de edend. Strach. in tractat. de mercatur. 1. part. 1. num. 17. vbi dicens*, vsuram appellari non posse, quæ communiter reputatur licita.

Quæ consuetudo tanto maioris ponderis est, quòd videmus passim à bonis viris, conscientiæ bonæ, atq; integræ, & laudatissimæ opinionis eiusmodi contractus fieri, cuiusmodi hic est, vt eò magis omnis vsurarum suspicio tollatur. *Oldrad. consil. 207. Baldus in l. 1. col. 7. versic. Ad hoc facit. C. de his, qua pæn. nom.* vbi in terminis annuorum redituum dicit, quod contractus aliàs suspectus censeri non debeat fœneratitius, si in regione communiter tales contractus frequentantur, & inter bonos seruantur, idem probatur *per text. notab. in c. nisi essent. in princ. & ibi Panormit. De præbend. Ias. in l. 1. col. antepenult. quæst. 4. C. de summ. trinit. [illegible]raquel. de retract. conuent. ad finem. n. 27. Dec. consil. 170. vers. & dato, quòd alta opinio. [illegible] consil. 75. num. 30. vol. 4. Grauet. d. consil. 143. num. 12.*

Atq; hæc procedunt non tantùm, quò ad excusandum à pœnâ impositâ vsurarijs, de quâ excusatione tradit *Bartol. in l. quod si fugitiuus. §. apud Labeon. ff. de adilit. edicto. Tiraquel. de pæn. causa 42. n. 8. Strach. d. parte 1. n. [illegible] Grauet. d. consil. 145. num. 12. Socinus Iun. consil. 27. num. 4. volum. 4. Grat. consil. 49. num. 1. volum. 2.* neque de Iure ciuili duntaxat, ad declarandam quantitatem vsurarum, sed consuetudo operatur, vt de Iure etiam Canonico contractus ex frequenti regionis consuetudine habeatur pro licito, *vt probatur per c. 1. & 2. de emtio. & vendit.* & pulere Oldrad. *d. consil. 207.* dicit, Corroborat contractum ipsum, & ab omni specie illiciti alienum reddit ipsius regni consuetudo, secundum quam talis contractus continuè celebratur, & dixit Baldus *in l. qui per diuersas, col. 1. C. de manda. versic. contractus aliqui*. quòd consuetudo potest contractum probare, vel reprobare. Idemque sequitur Cœpol. *consil. crim. 13. versic. & intelligo.* atque eadem ratione ad defendendum contractum à suspicione vsuræ vtitur Iason *consil. 113. col. 4. versic. septimò facit, vol. 4. & Bertrand. consil. 3. col. 2. in fine, vol. 2.*

Vt verò maximè in foro fortasse conscientiæ consuetudo loci nullam instam excusationis causam præbeat, vt voluisse videtur Grauetta *d. consil. 145. num. 17. in fin. Roland. à Valle consil. 96. num. 31. vol. 2.* animaduertendum tamen est, versari nos in proposito casu, non in foro conscientiæ, sed in foro fori, vt loquuntur, siue seculari, in quo inter omnes conuenit, quòd contractus, qui ex consuetudine à viris bonis, & integris celebrari solet, non sit habendus pro illicito, simulato, seu fœneratitio. Ita docet Bartolus *in d. l. Quod si fugitiuum. §. Apud Labeonem. Oldrad. d. consil. 207. in fine. Caldetin. consil. 4. Ioan. de Anun. consil. 72. col. penult. Socin. Sen. consil. 83 num. 21. vol. 2. Dec. in l. [illegible] n. [illegible] C. de edend. & consil. 170. col. penult. versic. imò non obstat, qui in terminis respondet de pacto de retrouendendo. Gozadin. consil. 63. n. 18. Grat. consil. 11. n. 7. vol. 2. Parisi. consil. [illegible] n. 30. vol. 4. Neuizan. consil. 88. n. [illegible] Cephal. consil. 237. in fine lib. 2. Roland. à Valle consil. 75. n. 42. vol. 2. & consil. 38. n. 19. vol. 4. Bursat. consil. 117. num. 6. lib. [illegible] Decian. consil. 2. n. 80. vol. 1.*

At Iuris est expediti, quòd actus, qui alias oppositionem aliquam pateretur, si à consuetudine approbatus sit, ità pro valido habendus sit, vt ne reprobari quidem, aut reuocari vllo modo possit, *per gl. fin. in l. quæ debebat. ff. de manumiss. testam. Alberic. in l. 1 col. penult. vers. sed circa hanc materiam. C. de summa Trinit. Dec. in c. ex tenore. num. 8. de [illegible]scrip. Alexand. consil. 107. col. 7. vol. 2. Tiber. Decian. [illegible] num. 13. & seq. vol. 2.*

Deinde ponderamus ad hoc, vt excipit à simulatione, & contractus vsurarij opinione, neque etiam à Dominis Comitibus, quòd ex instrumento animaduertimus, ipsos renunciasse omni-

se omnibus omninò exceptionibus, priuilegi[illegible]dultis,& eiusmodi [illegible]ijs,quo casu com[illegible]s & vera est Dd. sen entia, quòd, vbi q[illegible]is innuit in Instru[illegible]to, omnia, & sing[illegible] eo cont[illegible]ta.e[illegible] vera, & ea velle at[illegible]e, & obs[illegible]uare, & [illegible]n nullo contraueni[illegible], n[illegible]n possit opponere exceptionem simulationis. Ita responderunt *Rol. à Valle conf. 93. n. 28. vol. 1. Curt. Iun. conf. 134. col. 3. Gozadin. consi. 69. col. 3. Iason in l. nemo potest, col. 9. in princip. ff. de leg. 1.*

[illegible]t quamuis suprà inter dubit[illegible]ndi [illegible]tion[illegible] nonnulli allati sint, qui existimant, renunciationem exceptionis simulationis non valere, restri[illegible]gunt tam[illegible]n Dd. ijdem hanc limitationem, vt ea vera non sit, quando contractus, siue dispositio. cui dicta renunciatio accessit, est ipso Iure aliqua, saltem apparenter, & ni[illegible] in contrarium appareat euidenter. *per ea, quæ latè tradit Mascar. d. conclus. 447. num. 24. 25. & 26.* [illegible] *addit* [illegible] nonnulli in eâ sint opinione, q[illegible]d per renunciationem istam contractus magis suspectus reddatur, id tamen ve[illegible] esse, quando in contractu fuerunt apposita hæc v[illegible]a, VENDIDIT VERE, ET NON IN FRAVDEM VSVRARVM.

Pr[illegible]sertim quod contractum hunc domini Comites eo ipso iterasse intelliguntur, quòd cum à domino Archiepiscopo M. petieru[illegible]t, & A.P. in possessione antea nunquam m[illegible]lestarunt. Qui enim bis eundem actum facit, videtur, nihil contra eum opponi posse, q[illegible] vbi secund[illegible] teruenit consideratio, ibi plena præsumitur adesse deliberatio, vt dicit Baldus *in tract. S. [illegible] mat. in tit. C. si quis al. q. sexta. prolusion. vers. præterea post hæc, & vers. Vrbanum namq;, quem refert Dec. conf. 15. num. 2. in fine, & conf. 588. num. 12. Felin. in c. nonnulli, n. 24. de rescript. & in c. si cautio. n. 39. & seq. de fide Instrum. faciunt notata in l. Balista. ff. Ad Senatusconf. Trebell. Ruin. consil. 196. num. 5. volum. 1. Nicol. Enerh. in loco leg. A. vi geminationis.* Nam geminatio actus omnem subornationem actus elidit. *l. damnosa. vbi Iason. C. de precibus Imper. offer. Gozadin. conf. 70. num. 3. Cephal. conf. 90. num. 31. lib. 1.* sicuti ratificatio geminata ad contractum confirmandum plurimùm valet. *Alexand. in l. cùm scimus. num.* [illegible] *de agricol. & cens. lib. 11. Granet. conf. 114.* [illegible] *Cephal. consil. 51. num. 18. Afflict. decis. 285. num. 1.* Ità di[illegible]imus iteratam, multiplicatam [illegible] contractus approbationem tollere rem[illegible]. *l.* [illegible]*. C. de rescind. vendit. per ea, quæ respondet* [illegible]*str. conf. 386. col. 2. vol. 2. Panormitan. conf.* [illegible] *penult. vol. 1. Dec. conf. 181. col. 2. Rube. conf.* [illegible]*4. col.* [illegible] *Decian. d. conf. 2. num. 153. & sequent. Roman. consil. 304. num. 2. vbi ait, iteratum consensum venditoris purgare omnem suspicionem, simulationis, & fraudis contractus, & Ro*[illegible]*man. secutus est Bursat. consil. 149. num. 64. li*[illegible]*. 2 idemq; sentit Bero consil. 154. num. 14. & 15. volum. 1.*

Hæc omnia confirmantur ex eo, quod promissio illa omnis, quæ à dominis Comitibus facta est, siue sit de principali, siue de accessorijs facta, aut certè perinde haberi debet, atq; si sub Iuramento facta esset, siquidem se illa omnia seruaturos esse, Domini Comites promiserunt bey jhren Gräfflichen ehren/ trewen/ vnd glauben/ im Wort der Warheit kräfftiglich etc. quæ fidei interpositio Iuramento comparatur, quod communiter ità Dd. placuisse, multis ad hoc allegatis, comprobant *Andr. Gesl. 2. obseruatio. pract. 59. Mynsin. centur. 1. obseruat. 17. & centur. 4. obs. 20. idemq; scribit Sichard. in l. fin. num. 13. C. de edicto D. Adria. tollendo, & in thesau. commun. opinion. Fichard. & Villalob. in verb. fides, & Laurent. Kirchoff in verbis, Iuramentum, & fidei præstatio, eamq; clausulam idem operari, quod Iuramentum, respondet Paris. consil. 110. num. 6. & 40. volum. 4. Mantuan. consil. 70. num. 7. volum. 2. Natta consil. 479. num. 11. & consil. 480. num. 2. & 13. vol. 3. Bursat. conf. 306. n. 12. lib. 3. Mich. Graß. commun. opin. lib. 1. quæstion. 4. in fine. c. 3. Menoch. consil. 98. num 120. lib. 3.*

At quando dilucidè in Instrumento, & contractu iuratum fuerit, omnia, & singula in Instrumento contenta obseruare, quod t[illegible]nc contractus non probetur simulatus, & quod ipsi contraueniri nequeat, aut allegari simulatio aliqua, *scripsit Ioann. de Imol. in d. c. ad nostram de emtio. & vendit. Bald. in l. fin. C. de non numer. pecun. Capol. de simulat. contra. præsumt. 7. num. 46. & præsum. 10. num. 84. A*[illegible]*ct. in c. 1. num. 157. versic. tertiò fallit, de feud. dato in vic. legis commiss. vbi dicit, ità communiter sentire Dd. in d. l. nemo potest. Idem respondit Alexan. consil. 36. num. 3. volum. 2. Neuizan. consil. 24. num. 4. Roland. à Valle consil. 47. num. 3. volum. 1. Socin. Sen. consil. 82. n. 2. volum. 3. vbi de communi attestatur.*

Et in genere Canones tradunt, iuramentum omne seruandum esse, quod absq; dispendio salutis æternæ seruari potest. E[illegible] modi illud esse, de quo in præsentia agitur, nullum est dubium, *c. cùm contingat, de iureiur. c. licet mulieres. Eod. in 6. c. quamuis de pact. in 6. Authent. sacramenta puberum. C. si aduers. vendit. Butr. Felin. & cæteri in c. cùm si* [illegible] *nerale, de foro compet. Aretin. in l. qui superstites. ff. de acquir. vel omitt. hered. latè Antonius Gabriel. comm. concl. lib. 2. de Iureiur. concl. 6.* & indistinctè, siue quis maior sit, siue minor, siue læsus, siue non læsus, Iuramento contraueniri non potest, *Castrens. in d. Auth. sacramenta puberum. n. 5. & 9.*

VVesenbec. conf. 23. n. 50. & seqn. Gesl. 1. obs. pract. 22. n. 1. idq; verum est, etiamsi contractus de Iure Ciuili esset nullus, vtpote quem Iuramentum facit valere, *d. c. cum contingat, & in d. c. quamuis, vbi Didacus Couarr. Dec. cons. 202. num. 2. & 3. & plures allegat Gabriel. d. tit. de Iureiur. concl. 8. & 9.*

Cumq; hæc clausula Iuramenti in fine Instrumenti sit posita, ad omnia omninò capita contractus illius, eo Instrumento compræhensa referri debet, *per l. talis scriptura, in fine, ff. de legat. 1. l. 3. § penult. ff. de liber. & postum. cum similibus,* maximè quod additum sit vocabulum, Alles/ quo qui vtitur, is nihil excludere dicitur. *l. si pluribus. ff. de legat. 1. l. Iulianus, ff. de legat. 3. l. omnes. C. sine censu, vel reliq. l. A procuratore. C. de mand. c. solita, de maiorit. & obedient. Grammat. decis. Neapolit. 4. n. 2. Cacheran. decisio. Pedemont. 90. n. 5. & 6.*

Ad hæc videmus clausulam illam, *omni meliore modo,* & vt verba formalia sonant, In der aller bestendigsten form / als zu Rechte am krefftigsten geschehen sol / kan / oder mag / adiectam esse, quæ & ipsa cum Iuramento pari passu ambulare dicitur, *Bartol. in l. si quis, in princ. n. 15. ff. de legat. 3. quem refert, & sequitur Bursatus cons. 307. n. 144. lib. 3.*

Enixam verò etiam volumtatem Dominorum Comitum in M. & quòd contractui huic contrauenire nolint, ostendunt geminationes, & iterationes illæ, prægnantibus verbis factæ, In der allerbestendigsten form / als zu Rechte am krefftigsten geschehen sol / kan / vnnd mag / Item / auff einen starcken widerkauff / & similes, de quibus passim ex Instrumento constat.

Geminationes enim verborum constantem, & firmam voluntatem demonstrant, *vt præter supra allegatos respondit Dec. cons. 10. n. 5. Bursat. cons. 396. n. 2. lib. 4.* multò magis triplicationes *§. hoc DEO, Auth. Quomodo oportet Episc. & ibi Angel. Barbat. cons. 16. vol. 2. Sebast. Medic. in reg. Geminatio operatur, parte 1. n. 88. 115. & 122. vbi cæteros aggregat.*

Quare videant, qui dominis Comitibus, vt sese huic contractui opponant, suadent, ne suadeant ipsis, quod in Iure pro turpi habetur, atq; adeò à Iudice admittendum non est. *l. cùm profitearis. C. de reuocand. donatio. l. si creditoribus. C. de seruo pignor. dato manumis. l. filio C. de ijs, quæ in fraudem creditorum. c. inter dilectos. de donat. Bartol. quem sequuntur & alij, in d. l. per diuersas, Alex. cons. 38. col. 1. vol. 2.*

Nam vt illa omnia in præsenti casu nos deficiant, meminisse tamen oportuerat Dominos Comites, nihil tàm naturali æquitati conuenire, quàm vt pacta seruentur. *l. 1. ff. de pactis. l. 2. ff. de constit. pecun. l. quod semel. vbi gl. & Bartol. ff. de decret. ab ordin. faciend. l. Item eorum qui, ff. quod cuiusq. Vniuersit. nomine. Bartolus in l. omnes populi. ff. de Iustit. & Iure Alex. cons. 101. vol. 1. & consil. 215. col. 2. & 3. vol. 2. Dec. cons. 119. n. 3. Granet. cons. 89. n. 2.*

Quod cùm inter omnes homines æquum sit, tùm verò multò est æquius inter personas illustres, *Decia. cons. 44. n. 34. vol. 1. vbi dicit,* pactata in conuentionib⁹, & pactis, præsertim inter viros illustres, & Iuramento firmata ad vnguem seruanda sunt, nec sub fide tàm illustrium virorum damnum patiantur; præsertim, cùm contractus hic Instrumento roboratus sit, de cuiusmodi Comitum contractu Instrumento roborato dicitur, quod pro lege sit, *text. est in l. penult. C. de donat. inter vir. & vxor. Castrens. in l. 1. verb. per Epistol. ff. de constitutio. Princip. Ias. in l. Ciuitas, n. 7. ff. si certum petatur.*

Idq; tantò fortius in præsenti casu redditur quòd A. P. & consortes, si possessionem castri F. nacti non essent, impediti fortasse à dominis Comitibus, aduersus ipsos Actionem habuissent, ad possessionem istam consequendam ex hoc contractu; siquidem Iure proditum est, vt ex pactis, in continenti appositis, agi possit ad id, vt impleatur, & fiat, quod conuentum, & promissum est. *l. 2. C. de pact. inter emtor. & venditor. Canonist. in c. 1. de pactis in 6. Legista in l. lecta. ff. de reb. credit. si certum petat. & in l. Iuris gent. §. quinimò, ff. de pactis. Angel. cons. 199.*

Imo etsi pactum fuisset nudum, actionem tamen ad id videbantur habituri esse. quandoquidem etsi Iure quidem Ciuili ex pacto nudo Actio non detur. *d. §. quinimò. l. lege. C. de pact. vt pro regulá tradit Socinus reg. 14. & Dueni. reg. 11.* de Iure tamen Canonico secus est, quo ex pacto etiam nudo actionem dari, tradunt Canonistæ *in d. c. 1. & c. 3. de pactis.* Legistæ *in d. l. Iurisgentium. §. igitur nuda. VVesenbec. cons. 31. num. 11. eamq; communem esse Dd. opinionem, dicit Alciat. in rubr. ff. de verbor. oblig. n. 9. & ibid. Gabriel. n. 16. Idem Alciat. in d. c. cùm contingat. num. 173. Fortunius Garz. in c. 1. n. 10. & sequenti, de pactis. VVesenbec. cons. 38. n. 20. Corn. cons. 2. vol. 1. Villalob. in thesauro commun. opinion. lit. A. num. 14.* & non in Ecclesiastico tantum, sed etiam in seculari foro receptam esse, *a[...]rit Ias. in d. l. Iurisgentium. §. sed cum nulla. n. 6. versic. 2. extende. Ioseph. Lud. decis. Perus. 9. n. 26. & veram esse, atq; sequendam scribit VVesenbec. in parat. ff. de pactis, n. 8. versic. Etsi autem hoc &c.*

Atqui cum in ijs terminis nunc versemur, in quibus heredes P. sunt in possessione, vt Actione nullâ opus habeant, & cui Actionem damus, ei multò magis demus exceptionem, siue replicationem, nullum est dubium,

bium, quin omnis defensio heredibus P multo facilius detur. *l. Inuitus. §. cui damnus. ff. de reg. iur.* quia facilius conceditur exceptio, quàm Actio. *per d. §. igitur nuda. l. 1. §. is autem. ff. de superfic. c. qui ad agendum. de procuratoribus in 6. Dec. cons. 475. num. 4. & cons. 614. num. 8. Iason consil. 172. col. 2. versic. si ergo isti. vol. 4. Ruin. consil. 18. n. 20. versic. quamuis. vol. 1. Paris. consil. 23. n. 90. vol. 1. Bur. at. con. 16. num. 36 Tiber. Decian. consil. 63. n. 18. vol. 2. & cons. 46. n. 11. vol. 1.* Atq; ei etiam datur exceptio cui alias agere denegatum est, *per text. in l. purè, in princ. ff. de doli except. cum multis similibus, adductis per Socin. cons. 99. col. 1. in fine, vol. 1. & cons. 90. n. 3. in fine. vol. 4. Curt. Iun. in l. petens. n. 14. C. de pactis. Duen. reg. 36. limit. 7. n. 7.*

Hisce omnibus ità stantibus, cùm ex illis plus quàm manifestum sit, præsumtiones, quæ contra hunc contractum pro dominis Comitibus in M. vrgere videbantur, satis eneruatas esse, & vt maximè veræ sint, probariq; possint, ex circumstantijs tamen suprà deductis constet, ipsas irreleuantes esse, opus non esset, sigillatim præsumtiones, & rationes dubitandi contra heredes P. a principio huius consultationis nostræ positas, pluribus refutare: Veruntamen vt de Iustitiâ causæ huius ex parte heredum P. constet tanto manifestius, eodem ordine, quo à nobis sunt propositæ, illas paucis perstringemus.

Et principiò, quod ad argumentum illud de pacto de retrouendendo, cum quo concurrat precij modicitas, attinet, iam antè ostensum est, pacto de retrouendendo in se, & sui natura esse licitum. Modicitatis autem precij ex parte dominorum Comitum in M. allegatæ, ratio habenda non est, cùm heredes P. eam negauerint, Domini autem Comites eam probare ne conati quidem fuerint. Neq; enim sufficit, multa allegare, nisi etiam ea, quæ allegantur, probentur, *gl. in l. 1. ff. Si quadr. pauper. fec. dic. l. 2. ff. de seru. Hyppolit. cons. 37. n. 2. vol. 1. Mynsing. respon. 1. n. 39.* adeò vt ne sufficiat quidem probare in genere, nisi simul probetur in specie, *vt ait Old. cons. 237. in princ. n. 3. Brun. cons. 66. n. 4. Grauet. cons. 96. n. 4. Menoch. cons. 54. nu. 37. lib. 1. Dec. consil. 431. n. 16.*

Et in terminis, quòd allegata precij modicitas, si ab alterâ parte negetur, probanda sit, *docens Bartol. in l. denunciasse. §. quid tamen. col. 1. ff. ad l. Iul. de adulter. Ioan. Andr. & alij in c. 1 de homicid. in 6. Panorm. in d. c. ad nostram, col. fin. versic. puto tamen, & consules responderunt Dec. cons. 16 col. 2. Socin. Iun. cons. 181. n. 15. vol. 3. Roland. à Valle cons. 58. n. 11. vol. 4.*

Quinimo modicitatis illius ratio ineunda, & probanda est, ex eo, quanti res erat eo tempore, quo contractus inibatur. *l. si voluntatem. C. de rescind. vendit. l. 2. vbi notat Ioan. de Platea, notab. 5. C. de præd. & omnib. naucul. lib. 11. Ripa de peste, parte vlt. num. 257. Dec. consil. 305. num. 2.*

Et verò ex circumstantijs totius negocij tantum nobis colligere videmur, quòd prætensa illa modicitas, cuiusmodi hîc requiritur, ad arguendum contractum simulatum, vel vsuraticium esse, ne possit quidem probari. Animaduertimus enim, castrum F. cum suis pertinentijs in diuisione hereditariâ, quæ fuit inter dominos Comites in M. anno 1573. hereditariò obuenisse 764[illegible]6. aureis, domino Comiti, P. E. in M. quod ab heredibus P. affirmari, non etiam à Dominis Comitibus negari, sed tacitè concedi videmus. In confesso verò etiam est, quòd 4[illegible]000. aureorum in anno 1561. atq; ità annis duodecim ante diuisionem illam Dominis Comitibus exoluta fuerint, quo anno sine dubio tanti castrum illud non fuit, quanti in anno 1573. cùm experientia doceat, superioribus temporibus bona tanti æstimari non fuisse solita, quanti successu temporis æstimata sunt, atq; etiamnum æstimentur, præsertim cùm eo etiam tempore, quo A. P. emtionem hanc demùm ratam esse voluit, tantû præter 40000. illa aureorum creditoribus M. exoluisset, vt summa omnis precij ad octoginta fermè millia florenorum excreuerit, vt apud resolutionem quæstionis sequentis demonstrabitur.

Itaq; Iudex, in cuius arbitrio esse dicitur, censere, quænam precij sit modicitas. *Tyraq. in repetit. d. l. si vnquam. verb. omnia num. 31. Menoch. lib. 2. de arbitr. Iud. quæstio. casu 217. num. 4. & seq. Bartol. cons. 36. num. 4. volum. 2. Barbat. cons. 51. col. 2. vol. 1.* nunquam in præsenti casu arbitraretur, precium hoc, quod ad octoginta ferè millia excurrit, esse modicum; imò etsi vltra quadraginta millia exoluta non essent, loco precij, non tamen posset dici hoc precium modicum, collatum ad castrum F. quod 76436. aureis duntaxat æstimatû fuit

Oportet autem, vt precium dicatur esse modicum, vt non attingat dimidium iusti precij, *vt notatur in l. 2. C. de rescind. vendit. Ancharan. in c. Accessorium. de regul. iur in 6. & in [illegible] col. 5. versic. ego autem consului. de constitut. Gozadin in l. 2. n. 155. C. de pactis inter emtor. & vendit. & ibidem Cagnol. n. 14. Dec. cons. 150. & 151 & cons. 203. & 206. Castr. cons. 174. vol. 1. Iason. cons. 133. vol. 4. Corn. cons. 23. col. 3. vol. 3. Ruin. cons. 16. n. 5. & cons. 66. n. 9. vol. 4. Grauet. cons. 156. n. 4. Cabezan. decis. 42. n. 9. Roland. à Valle d. cons. 96. num. 34. & seq. vol. 2. qui allegat Barbatiam in d. c. ad nostram, dicentem*, quòd quando non interuenit paruitas precij ità immoderata, vt, quia fuit citra dimidium, quòd contractus non

præsu-

præsumatur fœnerationis, sed deceptio in precio, quæ tamè deceptio permissa sit inter contrahentes. *l. item si precio. §. fin. ff. locati.*

Idem responderunt *Rol. à Valle cons. 58. n. 12. vol. 4. Rimnald. Iun. cons. 218. n. 12. vol. 2.* atq; vt precium sit infra dimidium iusti precii, omnes Dd. requirere, attestatur *Cephal. consil. 289. n. 37. lib. 3. & Bursat cons. 389. n. 16. lib. 4. & post hos Mascardus d. concl. 447. n. 7. vbi dicit, quod necesse sit, vt precium sit admodum tenue, vt si res constans mille, vendita sit ducentis, & subiungit itâ respondisse Rom. cons. 304. in princ. per text. in c. 1. versic. quis enim dubitat, qual. ol. in feud. poter. alien. Dec. cons. 167. col. 1. vers. accidit etiam, Grat. cons. 157. num. 6. volum. 2. Iason. cons. 133. col. 2. versic. modicitatem, & col. 3. versic. 4. Alex. consil. 28. vol. 5.*

Quòd si verò emtio, & venditio illa non rescinditur, neq; pro inualidâ habetur, quæ non facta est iusto pretio, eo tamen, quod sit dimidiæ partis, aut propè eam, etiam cùm res vendita est, irreuocabiliter, quanto magis valebit ea, quæ reuocabiliter facta est, cùm minoris sit præiudicij, præsertim cùm pactum de retrouendendo adiectum, rem minus valere faciat, quàm si emtio facta esset sine eo, *Cagnol. in l. 2. num. 58. C. de pactis inter emtor. & vendit. Tyraq. de retra. conuent. in præfat. num. 20. Paris. cons. 65. num. 15. vol. 1. Socin. Iun. consil. 94. num. 25. volum. 3. Socin. Senior. cons. 15. col. fin. volum. 1. qui respondit manifestè, quod ea, quæ valent centum sine pacto, valebunt 70. cum pacto, quem secuti sunt Roland. à Val. d. consil. 96. n. 38. Decian d. cons. 2. n. 169. Panormit. in c. in aliquibus. notab. 2. de decim. vbi inquit,* quòd si quis vendidit prædium, cum onere retrouendendi, si postmodum allegetur precij modicitas ad inferendum contractum vsurarium non valet verus valor rei æstimatæ, nisi quoq; habeatur respectus ad onus impositum, quia prædium tanto minus valet ratione oneris annexi, & hoc notandum esse, quia multi errent, *& plures ad hoc allegat Rol. à Valle d. cons. 40. num. 17. & d. cons. 96. num. 38. lib. 1. Mascard. d. concl. 447. num. 10. & 13.* Nam pactum dicitur pars precij. *Panormit. & alij in d. c. ad nostram. Dec. cons. 308. n. 2. Paris. cons. 81. num. 30. vol. 2. NeuiZan. cosil. 88. num. 4. Socin. Iun. cons. 46. num. 41. volum. 4. Cephal. cons. 261. num. 8. lib. 2.* & in præsenti casu tantò viliori precio res æstimanda erat, quòd Domini Comites in M. magno ære alieno erant granati, *per ea, quæ tradit Ripa in l. 1. §. si heres. n. 28. ff. Ad Senatuscons. Trebell. & Cagnol. in d. l. 2. num. 199. C. de rescind. vendit.*

Non igitur ad rem quicquam facit, quòd modicitas ex annuis reditibus probari possit: quoniam in facto negatur, tantos esse reditus, siue prouentus castri F. quanti esse ex parte Dominorum Comitum dicuntur: atq; vt maximè probatum id esset, precium tamen propterea non diceretur modicum esse, prout ex modò dictis constat.

Non etiam obstat, quod afferebatur de limitato tempore, intra quod potestas recuperandæ non erat, quia respondetur, illud etiam sine vsurariæ prauitatis suspicione fieri posse, vt scribit Ioann. Fab. *in l. fin. C. de pact. pignor.* dummodò restrictio facultatis redimendi non excedat annos triginta, *Bald. in c. 1. col. 2. versic. quæro de quibusdam pactis, de feudo dato in vicem legis commissor. Decian. d. consil. 2. n. 131. & 1*[illegible]*. vbi dicit, esse hanc communem tàm Canonistarum, quàm ICtorum, ac etiam Theologorum opinionem, quòd tale pactum per se non sit illicitum.*

Prætereà tempus illud limitatum haud aliter simulationem, & vsuram arguere dicitur, quàm si concurrat modicitas precij, vel alia qualitas sit, puta, quòd emtor fœnerari solitus fuerit. Ita hoc restringit *Hostiens. in d. c. ad nostram, & ibid. Panormit. Bald. in c. 1. n. 8. de feudo dato in vicem legis commisso. & ibidem Aluarot. col. penult. versic. quæro ab extra. Cagnol. in d. l. 2. num. 60. C. de pactis inter emtor. & vendit. Tyraquel. de retra. conuent. §. 1. gl. 2. n. 30. Cepolla de simulato contractu, præsumt. 10. versic. sed tamen. Didac. Couarr. lib. 3. resolut. cap. 8. in fine. Castren. cons. 109. col. 2. versic. sunt & alia. vol. 2. Iason cons. 153. col. 2. versic. sed præmissis. vol. 4.*

Etsi verò tempore contractus Domini Comites pecuniâ indiguerint, tamen ex hoc solo contractum non præsumi simulatum, cùm facilius præsumatur venditio, *respondit Calcan. cons. 26. n. 19. versic. Et ita dicendum.*

Quod de possessione à Dominis Comitibus in M. retentâ affertur, ad id respondetur, aliter fieri ex negotij naturâ non potuisse, quàm vt possessio apud Dominos Comites maneret, quoniam emtio castri contrahebatur sub conditione, quâ posteà purificatâ, possessio ad A. P. deuenit, sicuti etiamnum non Comites in M. sed heredes P. in possessione reperiuntur.

Non etiam ad rem quicquam facit correspectiuitas prætensa, vt ex his, quæ inter decidendi rationes paulò antè dicta sunt, constat.

Pacta autem illicita, inusitata, vel iniqua adiecta esse, absolutè negatur. Nam quod dicebatur de denunciatione, ad id responsio in promtu est, quòd pactum illud non sit illicitum, quia emtor voluit consulere indemnitati suæ in hoc, vt scilicet per annum posset & ipse præuidere, in quem vsum distribueret pecuniam suam, ità in terminis nostris diserte respon-

tè respondit *Tiber. Dec. an. consf. 2. num. 135. vers. aliud est pactum. vol. 2.*

Quod emtori pretium repetere concedi-tur, id factum est, ex notoria illius regionis, in qua contractus hic celebratus est, consuetudine, quam omnem vsuræ suspicionem remouere, & contractum licitum facere, abunde supra demonstratum est.

Nec mirum est, Dominos Comites pericula, & casus in sese suscepisse, cùm illud totum accipiendum sit respectu contractus prioris, quo non castrum, sed reditus emti erant, non respectu contractus posterioris, quod etiam ex subsequentibus actibus declaratum est, siquidem, posteaquam A. P. & consortes castrum vi contractus posterioris possidere coeperunt, non domini Comites, sed ipsi omnia pericula, & casus sustinuerunt, sicut etiam anno præcedenti plurima de suo heredes P. in castrum illud impendisse, in facto præsupponuntur.

Negatur autem omnia pacta in fauorem A. P. & consortum apposita fuisse. Nam pactum principale de retrouendendo in venditorum Dominorum Comitum in M. fauorem est appositum, quod pactum fauorabile est, *vt dicit Bald. in d. c. 1. vers. quæro, pone, quod pactum legis. de feudo dato in vicem leg. commissor. itâ intelligens l. Titius. ff. de pignor. Actio. Guido Papa sing. 477. versic. quæro, mutuasti.*

Et æq; in fauorem suum emtori pacisci licet, atq; in suum fauorem venditori, vt respondit Tiber. Decian *consil. 106. num. 9. volum. 3.* ex naturâ correlatiuorum, quâ permissum in vno, censetur & in altero concessum esse. *l. fin. ff. de ac eptil. l. si cum diem. §. penult. ff. de his, qui arbitr. & l. veteres. ff. de Actio. emti. l. cùm emtor. ff. de rescindenda vendit.*

Coniectura, quæ ex cautelis superabundantibus capitur, valdè est infirma, siquidem cautelæ illæ sunt solitæ, & quò minor hodiè inter homines fides est, eò cautius sibi contrahentes prospicere solent, & vulgatum est, iura vigilantibus subuenire.

Confirmatio etiam ab Imperatoriâ Maiestate petita, & subsecuta nihil simulati in hoc casu arguit, quoniam illa longo interuallo post, & annis ferme nouendecim, quàm contractus initus est, impetrata est, ideoq; non potest illa simulatum arguere id, quod longe ante rectè, licitè, & legitimè gestum fuit.

Quod vsura præsumi dicitur, id in foro poli verum est, non in foro fori, in quo hæc controuersia nunc agitatur. Hanc communiorem, & veriorem esse sententiam, dicit *Bursat. consf. 320. n. 1. o. in fine. lib. 3. allegans Panormitanum in d. c. nauiganti. n. 9. & Lup. ubi d. comment. 3. §. 4. num. 93. Bald. consf. 453. volum. 3. Grauet. consf. 48. n. 8.*

Ex his apparet, etsi concedamus, simulationem coniecturis probari posse, tamen in casu proposito eam probatam non esse. Primùm enim negatur, eiusmodi præsumtiones in casu proposito afferri, aut saltem probari posse, quæ ad illum accommodari rectè queant.

Deinde constat ex multis alijs argumentis, coniecturis, ac rationibus, de sententiâ, contrariâ, nempe hunc contractum esse licitum, iustû, atq; legitimum, præsertim cùm Iura aduersa loquantur, maxime in foenerari solito, vt respondit *Decian. consf. 2. n. 161. & seq. vol. 3.* & iam antè dictum sit, esse coniecturas pro heredibus P. & plures, & fortiores, & maiores, & speciaiores, quibus aduersariæ eneruantur.

Et licet coniecturæ sufficerent, non tamen admitterentur, nisi quæ Iudici viderentur vrgentes esse, necessariæ, atq, probabiles, perpensis facti, personarum: totiusq; negocij qualitatibus, *vt notauit Didac. Couar. lib. 3. variar. resol. cap. 7. n. 3. Bursat. consf. 321. n. 49. versic. Quartò quæremus.* Vtrum enim ex coniecturis contractus vsurarius probetur, id totum est in Iudicis arbitrio. *Lup. in d. l. 2. §. 5. n. 33. Chassan. in consuet. Burg. des retraits. §. 12. rubr. 10. vers. hi la fraude, Bald. consf. 311. vol. 5.*

Necesse verò esset, probationes in proposito casu esse tantò efficaciores, quoniam sunt contra Instrumentû, *Alex consf. 28. col. 3. vers. præterea dicta præsumtio. vol. 5. Dec. consf. 463. n. 9. Castrensf. consf. 58. n. 1. & 2. vol. 2.* præsertim contra nobiles, *Grauet. consf. 129. n. 13.* & præsumtiones illas oportere esse concludentes, & efficaces, vt ipsæ tolli non possint, eò quòd elidere debent præsumtiones, quæ stant pro contractu, quòd non simulatus, *tradit Bald. in l. ei, qui. C. de distract. pignor. & in l. quamuis. C. si quis alteri, cum concordantibus. de quibus Dec. consf. 491. n. 4. & consf. 648. n. 5. & 6.*

Porrò quòd contractus hic videtur incurrere in legem commissoriam, quæ legibus improbata est in pignoribus, id secus se habere ex ijs, quæ suprà inter decidendi rationes dicta sunt, nullo negocio intelligitur. Cùm enim contractus posterior, quo castrum ipsum cum suis pertinentijs emtum est, conditionalis sit, & ostensum sit, conditione existente, ad tempus contractus initi eum retrotrahendum, quin & prior contractus non fuerit mutui contractus, sed emtionis etiam & venditionis redituum annuorum, & præterea iteratò renunciatum sit omnibus exceptionibus â Dominis comitibus in M. exceptio hæc pacti legis commissoriæ in pignoribus reprobati in proposito locum habere non potest.

Nam

Nam pactum legis commissoriæ vt contrahatur, necesse est, vt res data sit in solutum, vel vendita pro debito pecuniæ mutuatæ, *vt respondit Bertran. conſ. 254. num. 3. & 4. volum. 1. & conſ. 50. vol. 2.* In contractu autem emtionis, & venditionis expresse in Iure approbatum, & permissum est, *gl. in rubr. ff. de leg. commiss. atq; id tradunt omnes in l. fin. C. de pact. pignor. & Corn. in d. c. significante. de pignoribus.*

Cessare verò Virtutem pacti legis commissoriæ, vbi adest Iuramenti clausula, vel renunciatio iurata, quæ seruari potest citra animæ periculum, & interitum salutis æternæ, *docent Dd. communiter in d. c. significante, Bald. in l. si quis pro eo, ff. de fideiuss. & communem dicit Gozadin. conſ. 61. n. 7. Bero. conſ. 36. n. 5. & 6. vol. 2. Antonius Gabriel. conſ. 74. n. 23.*

Præterea cùm supra etiam ex actis relatum sit, castrum F. domino P. E. Comiti in M. obuenisse in diuisione hereditatis M. 76436. aureis, simul etiam dictum sit, quòd in quæstionis sequentis resolutione demonstrabitur clarius, summam ab A. P. & consortibus solutam, excurrere ad octoginta fermè millia aureorum, vt ità de precio iusto dubitari non debeat, præsertim venditione factâ sub onere pacti de retrouendendo, tantò minus dici potest, contractum hunc in legem commissoriam incurrere, siquidem Iuris est, quòd in contractibus, vbi res communiter distrahitur iusto precio, pactum legis commissoriæ non sit reprobatum. Ita docet *Panormit. & alij in d. c. significante. Bald. in l. 1. C. de pactis inter emtor. & vendit. & conſ. 178. num. 2. vol. 2. Lup. in d. l. 2. Comment. 2. n. 16. Didac. Conarr. lib. 3. variar. resolut. c. 2. n. 8.*

Adhæc & illud in proposito casu ponderamus, quòd castrum F. cum suis pertinentijs A. P. & consortibus ità venditum fuit, vt Dominis Comitibus ius redimendi reseruatum fuerit, atq; adeò dominium rei non perpetuò, & irreuocabiliter, sed reuocabiliter, & ad tempus in A. P. & consortes translatum fuerit.

At verò Lex commissoria in pignoribus ea fuit, vt, si ad diem pecunia soluta non esset, pignus creditor sibi haberet, id est, perpetuo Iure apud creditorem remaneret, *vt annotauit Dion. Gothofred. & alij in d. l. fin. C. de pact. pignor.* eiusq; prohibendæ, aut tollendæ ratio hæc, ne egentes, & necessitate circumuenti debitores facilitate suâ rerum suarum dominia amitterent, facilius hoc pactum in pignoribus admissuri, quàm in venditionibus, *Dd. in d. l. fin.* quod in Iure infrequens non est, vt, quod homines facilius facturi erant, permissum sit, quod difficilius, veritum, *argum. tit. Instit. de lege Fuſ. Can. toll. & in princ. Instit. quibus alien. licet, vel non.*

Cum igitur nec verba prohibitionis, nec ratio eius, quæ dispositionis cuiusq; dicitur esse anima, *per text. in l. cùm ratio, ff. de bonis damnat. Bald. in l. si quis seruo. num. 10. C. de furt.* huic casui conueniant, consequens illi est, vt, quæ de lege Commissoriâ in pignoribus reprobatâ in Iure dicuntur, ad illam non pertineant.

Cessante enim ratione prohibitionis, cessat ipsa prohibitio. *l. 1. vbi Bald. col. 2. vers. nota, quod cessat. C. si Rect. prouinc. & in c. etsi Christus. col. 2. vers. dicit gl. quòd cessante, & ibid. Anton. de Butr. notab. 1. de Iureiur. & facit l. vbi lex. §. interdum. ff. de vsucap. & l. 2. C. qui ad libertat. peruen. non poss.* & priuationis causâ cessante, cessare debet exclusio, siue priuatio, & res deduci debet ad pristinum statum, in quo antè reperiebatur. *l. si instituta. l. frater filium. l. si is, qui. ff. de inoff. testam. l. Gallus. §. in omnibus. ff. de liber. & postum. l. 2. §. si mater. ff. ad Senatusconſ. Trebell. l. si post mortem. §. liberi. ff. de bonor. possess. cont. tab.* quemadmodum etiam cessante causâ consuetudinis introductæ, cessat ipsa etiam consuetudo. *Bald. in rubr. de consuetud. col. fin. in decretal.* quoniam naturale est, vt, sublato fundamento, omne superextructum dilabatur. *l. hactenus, in fine. & l. seq. ff. de aquâ pluuia arcen. l. nam origo. ff. quod vi, aut clàm. l. egi. ff. de exceptio. rei iudic. c. cùm Paulus 1. q. 2.*

Cæterùm si penitus rem introspiciamus, nulla omninò reperietur hîc esse lex commissoria, sed vt ex conditione solutioni faciendæ apposita apparet, A. P. & consortes pœnam potius stipulatos esse in casum solutionis non secutæ, atq; adeò moræ contractæ, quâ morâ contractâ, pœnam ex stipulatione protinus subsequi necesse fuit.

Certum autem est, Dominos Comites in M. in notabili morâ constitutos, oblapsum diei, quo ex pacto soluere debebant, quoniam mora protinus, atq; dies obligationi additus, transactus est, commissa esse intelligitur, *l. ad diem, ff. de verb. obligat. l. rescriptum. §. etsi pacto, ff. de pact. Decian. conſ. 84. num. 5. & 6. vol. 2. & conſ. 102. num. 7. vol. 3. faciunt notata à Iasone, & alijs, in l. si ex legati causa. ff. de verbor. obligat. & in l. vinum. vbi Alexand. n. 3. & Decius n. 9. ff. de rebus cred. si cert. petat.* ità vt aliâ monitione, aut interpellatione opus non sit, siquidem dies interpellat pro homine, *per ea, quæ deducit Dec. conſ. 451. n. 9. & Menoch. conſil. 210. n. 43. lib. 3.*

Quod porrò in specie dicitur de 1200. aureis annui census, quasi is sit nimius, & ordinationi Imperij Romani politicæ non conueniens, ad id respondetur primùm, de Iure communi

communi contractum non esse illicitum, quò soluuntur decem, nedum sex, pro centum de censu annuo. *Bartol. in l. lege Falcid. la. 1. ff. ad l. Falcid. Bald. in l. fin. §. praeterea. col. 2. vers. Adhuc est dubium. C. de Iure dot. & in c. consultationibus. col. 2. vers. sed nunquid valet. de offic. deleg. Tyraq. de retra. §. 1. gl. 6. num. 17. & in terminis nostris Tiber. Dec. d. cons. 2. num. 77. & 78. volum. 1.*

Quare quod ex istis inferebatur, contractum hunc nullum esse, per se ipsum concidit, neq; vlteriori refutatione opus habet.

Quòd autem contractus, per se etiam validus peti possit, vt confirmetur à principe, de eo nos dubitare non sinit *Bartolus, & Angel. in l. si quis decurio. lib. 10. Alexand. in l. de pupillo. §. qui opus. post princ. ff. de oper. noui nuncia. Dec. in c. 2. n. 22. vers. in primo casu, de confirm. vtil. & inut.* & contractum reddi fortiorem, quando cum partium conuentione concurrit, etiam superioris confirmatio, *pluribus comprobauit Cephalus cons. 416. n. 49. lib. 4.*

Atq; vt maximè contractus controuersus ab initio fuisset inualidus confirmatio tamen Imperatoria non esset de nihilo, quia facta esset ex certa scientia, quam clausulam esse magnae importantiae, *ostendit Decius cons. 463. col. 3. Rol. à Valle cons. 2. n. 38. vol. 1. & cons. 61. n. 41. vol. 3. Menoch. cons. 378. lib. 4. Bursat. cons. 410. n. 34. lib. 4.* eamq; roborare contractum inualidum, *tradunt gl. & Dd. in c. veniens. de transact. Roland. à Valle cons. 100. n. 53. vol. 4. Burs. cons. 30. n. 19 lib. 1.* maximè cùm in confirmatione contractus controuersi addita sit clausul., *Omni meliore modo*, quae in actu, à Principe facto operatur, vt praesumatur, vti voluisse plenitudine potestatis suae. *Felin. in c. cùm ex officij. n. 27. de praescript. Ruin. cons. 164. in fine. vol. 1. & cons. 99. n. 13. vol. 1. vbi dicit*, clausulam, *Omni meliore modo*, operari, ac si dixisset Princeps, quòd actus suus vim legis obtinebit.

Quòd igitur dicebatur, contractum nullum, annulatum, vsurarium, & similes confirmari non posse, id verum esse, concedi potest, si certum sit, contractum esse eiusmodi. prout Dd. inter dubitandi rationes ad hoc allegati, se ipsos declarant, secus, quando apparet, [illegible] esse vsurarium, vel etiam an eiusmodi sit, dubium est defendi tamen potest, quod eiusmodi [illegible] sit, vt ex supra di[illegible] apparet, con[illegible] tunc simulatum, vel vsurarium non esse [illegible] *de vsur. & ibid. gl. & in l. de Iure. §. 2 [illegible] & plura, ad hanc rem egregiè facien[illegible] in terminis nostris Dectan. d. cons. 2. n. 1 [illegible]*

Quanta verò [illegible] renunciationis. & iuramenti. fue[illegible] fide [illegible], in proposito casu supra satis [illegible] deductum est, vt in hunc locum id repetere necesse non sit.

Praedictis consequens est, vt, cùm contractus controuersus sit licitus, iustus, atq; legitimus, ipse etiam effectum suum sortiatur, qui positus est in eo, vt emtione, & venditione contractâ, per traditionem illam subsecutam transferatur in emtorem dominium. *§. per traditionem. §. vendita. Instit. de rer. diuis. cum simil.*

Quod in propositâ facti specie tantò est manifestius, quod Domini Comites in M. A. P. & consortibus dederunt in casum solutionis dictae facultatem [illegible] de castro F. disponen[illegible], quod [illegible], dominium transferri, probat *text. in Auth. de testib. in princ. & ibid. Angel. Alexand. cons. 69. num. 22. vol. 5. Dec. cons. 164. num. 2. vers. & quia dicitur. Bellon. cons. 21. num. 4.* Nam ità & dominium definitur, quòd sit Ius disponendi de re ad libitum. *Bartolus in l. si quis. §. differentia. num. 4. ff. de acquir. vel amitt. possess. & ibid. Alexand. num. 6. Corneus in l. naturaliter. §. nihil commune. num. 9. ff. eod. Paris. cons. 82. n. 4. vol. 3.*

Praesertim cùm in Instrumento contractus vtroq; reperiantur verba *ad habendum, & possidendum*, quae dominij translationem inferunt, *per notata ab Angelo in l. qui Romae. §. duo fratres. quaest. 5. ff. de verborum obligation. Alexand. cons. 189. num. 10. volum. 2. Aleratus resp. 138. num. 3. & resp. 561. Paris. consil. 33. num. 21. volum. 3.*

Atqui dominij translationem operari, vt fructus fiant eius, in quem translatum est, *hoc est*, Domini, *praeter supra allegata, tradit Menoch. cons. 201. num. 23.* & in specie, quòd in venditione, etiam sub pacto retrouenditionis factâ, possessor fructus percipiat, & lucretur, neque eos restituat lege retrouenditionis exercita, quia percipit Iure dominij, *multis confirmat Tyraqu. de retra. conuent. §. 5. gl. 1. n. 1. & in repetit. d. l. si vnquam, verb. reuertatur, per doctrinam communem, Bald. Castrens. & Salycet. in d. l. 2. C. de pactis int. emtor. & vendit. Aluarot. in d. c. de feudo dato in vicem leg. commiss. gl. Panorm. & Hostiens. in d. c. ad nostram. de emt.*

Quare etsi vera quidem illa essent, quae inter dubitandi rationes in m[illegible]ium allata sunt de creditore, qui rem pignoris Iure tenet; tamen cum hic quaestio non sit de eo, quì Iure pignoris, sed qui Iure domini possidet, illa etiam ad hunc casum trahenda non sunt, siquidem [illegible] separatis nihil [illegible] infertur, & separatorum ratio eadem non est, sed separata.

Verùm, vt maximè in terminis mutui, & pignoris vers[illegible] non tamen propterea necessariò dicendum esset, quòd imò lucrarentur, idq; non ex naturâ quidem contractus,

ſed ex vi pacti contractui in continenti additi, quod pars contractus eſt. *d. l. lecta. d. l. Iurisgentium. §. quin imò. l. petens. l. in bonæ fidei. C. de pactis. gl. in l. Pomponius. §. ratihabitio. ff. de procuratoribus.*

Conueniſſe enim in caſum ſolutionis dilatæ, vt A.P. & conſortes fructus omnes lucrarentur, vox illa **vnbeꝛrechnet** / cæteræq; totius contractus circumſtantiæ arguunt.

At quòd in mutuo, & pignore etiam eiuſmodi pactum, vt creditor pro intereſſe, & vſu pecuniæ, quâ carere cogitur, fructus lucretur, & remaneant creditori loco vſurarum, valeat, manifeſtò probatur *per l. ſi ea. C. de vſur.* idq; pactum adeò validum eſſe dicit Menochius *conſ. 110. num. 53. lib. 2.* vt infringi nullo modo poſſit, eo prætextu, quod ſit vſurarium, *& ſubdit, id in d. l. ſi ea. annotaſſe gloſ. Bartol. & Salicet. Ad idem facit textus in l. ſi is, qui l. ſi pecuniam. §. 1. ff. de pignor. Actio. l. ſi is, qui bona. §. 1. & ibid. Bartolus, Alber. & Dd. ff. de pignor. Mudæus de pact. pignor. num. 50.*

Et ratio eſt huius ſententiæ, quoniam tempore pacti incertum eſt, quanti futuri fructus pignoris ſint, atq; ità ratione incertitudinis valet conuentio de illis lucrandis loco vſurarum, quia ſicuti fieri poteſt, vt creditor iſte lucretur, ſi fructus excedant vſuras, ità fieri etiam poteſt, vt perdat, ſi fructus minus aſcendant, quod adeò clarum eſſe, *dicit Menoch. d. conſ. 110. n. 54.* vt dubitationem non habeat, *allegans ad hoc gl. in l. 1. C. de diſtract. pignor. & gl. in d. c. conqueſtus, quam omnes ſequi, refert ex mente Dec. conſ. 119. num. 7. verſ. tertiò hoc,* atq; hoc ibidem eouſq; extendunt Anchor. & Anan., vt ſi debitor exiſtens in morâ deceſſit, pupillo exiſtente herede, pupillus iſte ad intereſſe teneatur. Idem reſpondit Alex. *conſ. 31. num. 13. vol. 6.* vbi ſcribit, quòd, ſicuti marito rectè ſoluitur vſura, & intereſſe retardatæ ſolutionis dotis, *iuxta c. ſalubriter, de vſur.* ità etiam pactum valeat, quòd is maritus lucretur fructus rei, ex cauſâ dotis pignoratæ, *& cum Alexand. idem ſentit Rube. conſil. 55. num. 2. & 3. & multò clarius Didac. Couarr. lib. 3. variar. reſolutio. c. 4. num. 6. verſic. decimò quamuis, vbi poſt Carol. Molinæum in tract. de vſur. quæſt. 74. ait,* venditorem tradito fundo, & datâ dilatione ad ſoluendum precium, licitè accipere fundum in pignus, eâ conditione, & pactione adiectâ, vt non teneatur, fructus in ſortem computare.

Neque intereſt, an magni, vel exigui reditus pro modicâ pecuniâ emantur, quoniam fructuum incertitudo illud totum conciliat, & iuſtum facit, *Cyn. Bald. Salicet. & communiter Dd. in d. l. ſi ea. & in l. ſi pater puella. C. de inoff. teſtam. Caſtrenſ. Alexand. & Dd. in. l. de fideicommiſſo. C. de tranſact.*

Quod tanto magis in propoſito dicendum eſt, quòd ingentes impenſæ, magni labores, & eiuſmodi alia in conſeruationem caſtri F. & pertinentiarum facienda ſunt, in cuiuſmodi caſu ſumtuum, laborum, aliorumque difficultatum fructus cum ijs compenſari dicuntur, *per text. in c. ad noſtram. de reb. Eccleſiæ non alienandis. Hoſtienſ. in ſumma, de vſur. §. aliqua. verſic. decimò tertiò. Socinus conſ. 174. num. 10. volum. 2. vbi dicit,* vſuras recompenſatorias omni Iure peti poſſe, atq; quòd in contractu pignoris Creditor, magnos labores tolerans, pro pignore debeat in recompenſationem fructus lucrari, *docet Neguzant. in tractatu de pignor. par. 5. memb. 5. num. 13. allegans Hoſtienſ. in d. ſumma, de vſur. § in aliquo; verſ. duodecimò. Ioan. Andr. Panormit. & alij in d. c. conqueſtus. Roman. ſing. 535.*

Quæ omnia cùm ità ſeſe habeant, illa etiam, quæ de redditione rationum adminiſtrationis facienda heredibus P. obijci poſſunt, nullo negocio diſſoluuntur. Cum enim A. P. & conſortes, atque poſt ipſos ipſorum heredes ſæpè dicti caſtri Domini facti ſint, non ſunt vtique adminiſtratores. Adminiſtrator enim is eſt, qui aliena gerit negocia, non ſua, *argum. l. 1. ff. de procurat.*

De domino autem rei nuſquam in Iure proditum eſt, quòd rerum ſuarum adminiſtrationis rationem reddere teneatur, ſed id potius pro indubitato habetur, quòd quilibet rei ſuæ moderator ſit, & arbiter, *text. eſt in l. in re mandata. C. de mandat. l. 2. ff. de his, qui ſui, vel alieni Iur. ſunt. l. per prouincias. C. de adſcr. priuat. c. de ijs, de ſepultur.* etiam in abutendo. *l. ſed ſi lege. §. conſuluit. ff. de petit. heredit. quem text. ad hoc ſingularem dicit Iaſon in l. more, col. 3. ff. de Iuriſdict. omn. Iud. & in l. fin. C. qui teſtamen. facere poſſ. Menoch. conſil. 255. num. 10. & 11. lib. 3. Socinus Iun. conſil. 130. num. 8. volum. 3.* & rebus ſuis poteſt ponere legem, quam vult. *l. In traditionibus. ff. de pact. dotal. l. legem. C. de donat. c. nullus. de ſeru. non ordin. c. requiſiſti, de teſtament. c. Eleutherius 20. q. 2. c. Bonæ, in fine, de poſtulat. prælat. c. verum. de condit. appoſit. Pariſ. conſil. 32. num. 28. & conſ. 72. num. 3. volum. 1. & conſil. 1. num. 116. volum. 3.* Imò bona ſua vendere, atque precium in mare proijcere poteſt, abſque eo, quòd teneatur eâ de re rationem reddere, *gl. in l. 1. C. de inofficioſ. donat. & probatur per l. nemo externus. C. de Iud. a. Tiber. Decia. conſ. 1. num. 25. vol. 3.*

Quin & ipſum pactum expreſſum, etiamſi dominium tranſlatum non eſſet, idem operaretur, cuiuſmodi pactum, vt nimirum

nimirum aliquis res alienas administret, neque tamen administrationis nomine rationes reddat in omni dispositione, qualiscunq; etiam illa sit, valere *est text. in l. Aurelius. §. Gaio, & l. si quis rationes. ff. de alimentis legat. l. cùm tale. § 1. ff. de conditio. & demonstrat. Bald. Salyces. & alij in l. cùm necessitates. C. de fideicommiss. Bartol. & Dd. in l. si dominus. §. seruus. ff. de pecul. Bartol. in l. nemo potest. n. 12. ff. de legat. 1. & ibid. Claud. Marmier. n. 31. Ripa n. 85. Crot. n. 49. Ioan. Anan. n. 388. Ias. lect. 2. n. 65. Iulius Clarus in §. Testamentum, quæst. 66. n. 34.*

Quòd si verò is, qui pro pecuniâ suâ Iure contractus, & vi pacti fructus percipit, & ex conductione tantùm, quæ tamen nec dominium, nec possessionem tribuit, non tenetur ad rationum redditionem, aut fructuum refusionem, etiamsi longè plus lucratus sit suprà pecuniæ vsum, *vt probant gl. Bartolus & Dd. in l. si merces. §. vis maior. ff. locati. Canonistæ in c. propter sterilitatem, de locat. quam communem esse Dd. opinionem attestatur Socinus Iun. consil. 68. num. 6. & 10. vol. 2. Franc. Viuius, in thesaur. commun. opin. litera C. in verb. Conductores. & in eadem literâ C. Soarez. num. 231.* multò magis in contractu, qui titulum ad transferendum dominium habilem præstat, id dicendum est, præsertim si præterea expressum accesserit pactum, prout in proposito casu factum est, ne rationes administrationis gestæ, si quæ fuisset, redderetur.

Quod de decreto rationum reddendarum affertur, id in facto negatur, neq; eiusmodi aliquod decretum apud Acta, ad nos transmissa, reperimus. Proferendum igitur fuerit decretum illud, & quidem eiusmodi, quod in specie A. P. & consortes rationes administrationis, qualis nunc à Dominis Comitibus petitur, reddere iubeat. Id verò si proferatur, erunt sine dubio circumstantiæ aliquæ, ex quibus id, si non vt iniquum, at saltem vt nullum impugnari possit; quâ de re cùm in facto nihil nobis constet, nihil etiam, quod Iuris sit, respondere possumus.

Postremò est quidem in thesi argumentum illud haud leue, quod creditoribus prioribus præiudicari nec possit, nec debeat, sed quod in hypothesi locum non habeat. Primùm enim ex supradictis manifestum est, heredes P. non esse creditores, sed Dominos, & castrum non Iure pignoris, sed Iure dominij possidere

Deinde negatur in hypothesi, creditores alios priores esse, quibus hypotheca vel generalis, vel specialis in sæpè dicto castro F. constituta sit.

Tertiò, vt maximè quibusdam prioribus hypotheca constituta esset in dicto castro F. illis tamen satisfactum est ab A. P. & consortibus, vt ex resolutione quæstionis insequentis constabit manifestius.

Atque vt maximè etiamnum sint creditores aliqui M. qui vel specialem in castro F. vel generalem in omnibus bonis M. haberent hypothecam, atque hanc, vel illam contractu controuerso tempore priorem, adhuc tamen dicendum esset, heredibus P. illos nequaquam obstare. In facto enim præsupponitur, quod castrum F. cum suis pertinentijs sit feudum, quod domini Comites recognoscunt ab Archiepiscopatu M.

At hypothecationi illi Dominum Archiepiscopum consensum suum adhibuisse, hactenus ex parte Dominorum Comitum probatum non est, qui omninò adhiberi debuit, vt hypothecatio illa Iure subsisteret, siquidem feudum non potest oppignorari. *c. 1. verb. pignorari. de prohibit. feudi alienat. per Frider. VVurmser. in obseruat. pract. sub tit. de feud. obseruat. 21. Hartman. Hartman. obseruat. pract. 21. Duen. reg. 320. Iul. Clar. in §. feudum, quæst. 35.* ità nec hypothecari potest, quam sententiam veriorem esse, & vsu seruari, *testatur VVesenbec. in tract. de feud. c. 11. fol. (nobis) 213.* vbi eius sententiæ rationem subiungit, quòd hypotheca etiam sit species alienationis. *l. fin. C. de rebus alien. non alien. c. 2. de rebus Eccles. non alien. Neguzant. de pignor. part. 2. memb. 3. num. 71. Redoan. in tract. de rebus Eccles. non alien. c. 7. §. Item sub vocab. alienationis venit pignus. num. 1. & 2.*

CHRISTI REDEMTORIS nostri Clementissimi Diuino implorato auxilio. Difficilis est quæstio proposita, & olim inter Doctores agitata, tamen, quò ad casum nostrum, paucis resolui potest. Quia hæc est communis DD. conclusio, si citetur notoriè priuilegiatus, vel exemptus, quòd non teneatur comparere ad allegandum priuilegium, vel exemtionem. Vt tradunt *DD. in l. Ex quacunq; vbi Ias. num. 35. ff. si quis in Ius voc. non ven. Canon. in c. Si duobus. de appell. Felin. in c. veniens. num. 4. de accusat. & omnes post glos. in c. cum ordinem. ext. de rescript. Vbi Felin. in 7. col. num. 8. & sequ. cumulatissimè allegat, & ordinatè disputat punctum, pro & contra,* eò nos remittimus, quia non opus est transscriptione, aut latiori deductione.

Benè verum est ad hoc, vt procedat communis conclusio, quòd non sufficiat notorium, siue certum esse apud partes, sed oportet notorium esse ipsi Iudicio. *Vt declarat Roma. in d. l. Ex quacunq; col. 3. & Ias. ibi. n. 36. in fi. per tex. in d. c. si duobus. &c. ab excommunicato. de rescript. Idem tradit Felin. in d. c. Cùm ordinem, nu: 14. Vbi plura pro hoc allegat,* Pendet igitur resolutio ex eo, Vtrum S. dicantur notoriè priuilegiati, vel exemti à Iurisdictione Ducis?

Et videtur, primâ facie dicendum, quòd sic; quia in dubio qualitas notoria præsumitur esse nota Iudici, quando esset notorium, in quo difficulter caderet ignorantia, quæ non esset supina, vel crassa, *Vt dicit Felin. in d. c. Cùm ordinem. num. 14. licet alij DD. non aperiant. aliud tamen Felin. non allegat, nec declarat.* Sed benèfacit pro dicto ipsius, quod tradit Areti. *in consil. 55. in fin. quod sequitur etiam Felin. in c.*

in c. Vigilanti, num. 4. de praescript. Nam & ut, quòd is, qui instrumenta, vel alia documenta continuè habet penes se, non possit allegare iustam ignorantiam, sed erit crassa, & supina. Vnde cùm Duces P. copias priuilegiorum, venditionum, & transactionum, quibus S. à Iurisdictione ipsorum exemti fuerunt, semper habuerint, & habeant apud se, non videtur, quòd ipsis qualitas, & conditio S. sit ignota.

Et consequenter, si scienter citati faciunt exemtos, cùm pariter hoc notum sit S. citatis, videtur, quòd non teneantur comparere, per suprà dicta. Praeterea per se non est verisimile, quòd Duces, vel eorum Officiales, & Iudices contractus, ab antiquioribus Ducibus celebratos, ignorent, praesertim cùm concernant rem arduam.

Sed breuiter contrarium verius esse nobis videtur, quòd S. citati ad Iudicium Ducale, siue Aulicum, non possint impunè non comparere.

Nam vt docet *Ias. in d. l. Ex quacunq. nu. 32.* aliquem non esse de Iurisdictione citantis, certum, & notorium esse potest Vno, de quatuor modis, videlicet, ex causa, ex persona, ex loco, & ex tempore, quos casus declarat Bart. *ibi. in 1. & 2. lect. Vtrobiq. num. 1.* Sed si omnes isti modi inspiciantur, ac ponderentur, ex nullo liquidè certum est, S. non esse de Iurisdictione Ducis, de quo ad praefatos DD. nos remittimus quia nimis longum esset punctualiter hic deducere.

Et quamuis Dux penes se habeat copias priuilegiorum, & similium, tamen benè potest hoc ignorare, propter varias, & quotidianas occupationes. Sicut in simili dicit Corn. *in consil. 135. in 2. col. num. 3. in 4. volum.* quòd Papa praesumitur ignorare specialia priuilegia, etiam per se concessa, propter multiplicitatem negotiorum. Et multò fortius praesumitur ignorare gesta antecessorum suorum, prout haec latius deducit Corneus.

Secundo facit, quòd citatus à persona prouida, & honesta, tenetur comparere, licet citatio primâ fronte habeat iniustitiam, quia non est praesumendum, quòd talis vir fecisset citationem, in casu, à Iure improbato, *ità singul. dicit Abb. in c. iusti essent, per illum text. in 1. not. de praeben. alleg. dictum Inno. in c. 1. de cleric. peregri. & sequitur Ias. in d. l. Ex quacunq., num. 34. & faciunt, quae in simili late deducit idem Ias. in auth. Iubemus. col. fin. C. de iudic.* Cùm ergo Dux personam gerat honestissimam, & prouidam, quòd ex re ipsa, vel ex priuilegijs nobilitatis ostendi posset, sed nihil attinet, hic dicere, sequitur, quòd S. citati comparere debeant.

Tertio, quando citatus reperitur in territorio citantis, licet non sit de ipsius foro, semper censetur comparere. *Vt tradit Paul. de Cast. in d. l. Ex quacunq. co. 1. ff. si quis in Ius voc. non ierit. Angel. in l. si quis ex aliena ff. de Iudic. Innoc. in c. Romana. in glos. verbi causa. & ibidem. Philip. Fran. in §. cum ab sent. num. 2. de appel. in 6. & Lanfran. de Oria in sua pract. in verb. Citationes, num. 12.*

Ex quo concludendum videtur, quòd S. ad citationem Ducis multò magis teneantur comparere, saltem ad allegandum priuilegium, & exemtionem suam. Quia subditi Ducis sunt, & largo modo totus Ducatus dicitur territorium Ducis.

Quartò pro hoc adducimus *not. per Bal. in d. l. Ex quacunq., in 2. col.* Vbi pro regulâ tradit, quandocunque citans habet fundatam intentionem de Iure communi tunc citatus tenetur comparere, sed nulli potest videri dubium, quin Ducis intentio propter superioritatem, & vniuersalem Iurisdictionem in suo Ducatu sit de Iure communi fundata. Ergo S. citati debent comparere. Vnde ibidem Bald. *in 3. col. in prin.* quaerit. Si Iudex citauit exemtum, exemtus autem non comparuit, & Iudex contra eum processit ad primum, & secundum Decretum, an processus ille teneat, & videbatur, quòd non. Nam ex quo erat exemtus, non videtur latitare. *Vt l. Vir bonus. ff. iudic. solui.* sed Bald. dicit contrarium, quia licet sit exemtus, non tamen Iurisdictio funditus est eneruata, imò adhuc est Iudex competens, si non opponitur exceptio, *per d. l. Ex quacunque. Idem vult Felin. in d. c. cum ordinem. sub. num. 12. de rescript. & opt. Dec. in c. si duobus. num. 8. de appel.* Vbi dicit, conclusionem, de qua suprà in princ. procedere, quando notorium est, Iudicem in citatum non habere Iurisdictionem ipso Iure: Sed quando habet ipso Iure, licet per exceptionem elidi possit, videtur, quod valeat processus, nisi opponatur, vnde isto casu debet citatus comparere, & exceptionem proponere. Quia licet notorium sit, exceptionem alicui competere, poterit esse, quòd non vtetur illâ exceptione *haec sunt verba Decy. & idem tenet Baldus in l. generaliter. la. 2. Innoc. 2. col. versic. aduertatis. C. de Episcop. & cleric. Idem voluit Bartolus in d. l. Ex quacunque. num. 9. & pulchrè Innoc. in c. ex parte, 1. num. 3. ext. de verborum signif.* Vbi loquitur etiam in subdito, & inter caetera dicit, siue talis sit exemtus, siue non, siue dubitet, quòd prudenter faciet, si priuilegium,

vel

vel instrumentum exemptionis ostendat, & postquàm hoc exhibuerit, appellet, ne Iudex contra eum procedat. Ex quibus facilè apparet, cùm S. ipso iure non sint exempti a Iurisdictione Ducis, quòd ad citationem ipsius comparere debeant. Et hoc tutius est.


An autem Duces citatis, & euocatis ciuibus teneantur restituere sumptus, seu viatica? hanc quæstionem resoluunt verba priuilegij concessi de anno 1290. ibi, Et si, quod absit, citati, vel euocati fuerint, ipsos, & eorum quemlibet nostris, heredum, ac successorum sumptibus, & expensis excipiemus, & indemnes reseruabimus. Secundum quæ verba concludimus, Duces omninò ad hoc teneri. Nam cùm sub vnâ structurâ confectum sit priuilegium, & promissio de indemnitate, videtur omnino dicendum, quòd Dux aut purè teneatur, seruare priuilegium, aut, si contraueniat aliquo casu, quod debeat promissionem, priuilegio insertam, implere. Quia per apprehensionem S. videtur transiuisse in contractum, vel Dux ità promisit per viam pacti, vnde illud seruare tenetur. *Vt plenè not. in c. 1. ext. de probat.* Maximè quia etiam præsentes Duces confirmauerunt S. hoc priuilegium, & cætera omnia. Et certè videtur illa clausula quodammodo adiecta esse loco pœnæ, vt, si controueniatur, Duces ipsi reddant sumptus citato, quos ipse aliàs fortassis soluere debuisset. Idcircò contingente casu contrauentionis, vtiq; Duces tenentur, tanquam pœnâ commissa, *per ea, quæ tradit Bart. in d. amplius non petitur. 3. cum sequ. ff. rem rat. hab.* Præterea Dux aliàs tenetur, seruare suam promissionem; quia contractus, & promissiones ab initio voluntatis sunt, postea verò necessitatis. *l. sicut. C. de act. & oblig.* Atq; vt l. C. ait, nihil est tam naturale, ac conueniens humanæ fidei, quàm placita seruare. *l. 1. & l. Iurisgentium. §. prætor ait. ff. de pact. l. 1. ff. de constit. pecu. c. 1. & 3. de pact. legitur in Psalmo 88. Quæ procedunt de labijs meis, non faciam irrita.* Et quòd princeps debeat seruare promissa, tradit *Maria Socin. Innoc. in consil. 80. nu. 9. & Ioan. 3. parte.* Sic etiam legitur in libro Esdræ, quòd in ore principis firmior debet esse veritas, & tradit Iason in quodam consilio, quod est inter consilia *Albert. Bruni. nu. 3. in vol. ad fin.* Nisi velimus dicere, quòd per talem promissionem Dux, concedens priuilegium S. voluerit illudere, quod est absurdum. Præsupposito igitur, quòd Dux validè voluerit concedere priuilegium, illud ità debet interpretari, vt aliquid afferat de nouo ipsi priuilegiato. *l. 1. ff. ad municip. c. 1. in his. ext. de priuileg.* & sic verba priuilegij debent aliquid operari. *c. si Papa, de priuileg. in 6.* sed si dicamus, quòd Dux, non obstante suo priuilegio, possit S. euocare, & tamen euocatis non soluere viatica, nullum erit priuilegium. Nec dici potest, quòd per translationem subsequentem, & venditionem totius Iurisdictionis præfatum priuilegium sublatum sit, cùm nihil de hoc actum sit. Videmus enim, priuilegium non tolli per Ius commune, neq; per aliud priuilegium, nisi de hoc expressè fiat mentio. *c. veniens. de præscrips. & not. gloss. in c. 1. de rescript.* Et dici solet, quod non mutatur, quare stare prohibetur. *l. Sancimus. C. de testament. cum simul sibi signatu.* Ex quibus apparet, Ducem, ad promissionem antecessorum suorum, & propriam quoq; confirmationem seruandam, teneri.

Credimus tamen, si Dux omninò nollet soluere citatis sumptus, & viatica, quòd S. possent pro maiori cautelâ Duci, & officialibus eius in Consistorio Aulico legitimè exhibere originale priuilegium suum, Instrumenta transactionis, & venditionis super tota Iurisdictione, quam eis Duces olim vendiderunt, iuxta formam, quæ apparet *in c. Cum persona. de priuileg. in 6.* cum protestatione, quòd per hoc Duci, & Assessoribus ipsius exemtionem suam, antè non ignotam, penitus velint facere notoriam, & quòd propterea ciues citati in posterum non comparere intenderent. Et hoc facto putamus, ciues citatos defendi posse, si non compareant. Quia per eiusmodi ostensionem priuilegiorum, & instrumentorum, exemtio fit Iudici certa, & notoria. *Vt tradit Innoc. in d. c. ex parte. 1. nam. 3. de verb. signif. & Bart. in d. l. Ex quacunq. num. 9. ff. si quis in ius voc. non ierit.* Vbi expressè dicit, quòd citatus in dubio comparere debeat, ad allegandum suum priuilegium, vel exemtionem, sed si hoc esset notorium, & constet Iudici per ostensionem priuilegiorum exemtionis, tunc non tenetur vlterius comparere. Et quòd per Instrumentum, & eius ostensionem res fiat certa, & notoria, tradit etiam *Bart. in l. 2. in 3. quæst. num. 8. & ibidem Ias. latè num. 10. ff. de oper. noui nun.* vnde videtur, quod S. tunc manebunt sub communi DD. conclusione, de quâ suprà in principio, nisi Dux aliquid aliud legitimè contra hoc opponeret.

Ità respondit Nicolaus Euerhardus D. & Professor Ingolstadij; Approbauit Iohannes Borcholten Luneburgensis.

CONSILIVM SECVNDVM.

Casus.



Rguuntur Regentes ciuitatis S. quòd Iurisdictione sua abutantur, multis malefactoribus securitatem, & saluum conductum concedant, & accusatoribus Iusticiam denegent. Item etiam, quòd Illustrissimo Duci P. permittere nolint, cuiquam securitatem in memoratâ ciuitate concedere, quare grauiter Ius superioritatis suæ lædi putat, eoq; nomine satisfactionem petit.

Ciuitas autem ex aduerso respondet, negando Regentes abuti Iurisdictione, & quamuis homicidiarijs, innocentiam allegantibus, saluus conductus concedatur, tamen per hoc se Iurisdictione suâ non abuti.

Cæterùm Duci P. non permittitur, quemquam in prædictâ ciuitate securitate, vel saluo conductu donare, propterea, quòd ciuitas S. ante ducentos annos in quasi possessione illius Iuris concedendi securitatem fuit, & demum ante octuaginta annos à Duce B. proauo huius Ducis totam & omnimodam Iurisdictionem, prout ipse Dux exercuit, pro certâ quantitate pecuniæ emit, hoc modo, vt perpetuò ita apud ciuitatem maneat, sicut in quadam copiâ contractus, ad nos missâ, continetur. Quæritur, quid Iuris?

CHRISTI REDEMTORIS nostri Clementissimi diuino implorato auxilio. Hoc thema in tribus vertitur, vt cuiuis patet. Quo ad primum de potestate con[cedendi] securitatem, videretur primâ facie d[ic]e[nd]um, quòd homicidis, & similibus solus princeps summus possit concedere securitatem, *vt not. Bald. in tit. de pace const. in. in §. 1. super verbo dispensationem, num. 5.* Tamen hoc est ità accipiendum, *vt dicit Angel. in l. Papinianus. §. quis mortis, in medio. ff. de inoff. testa.* quod hanc securitatem nemo possit dare, nisi princeps, aut qui in ciuitate obtinet principatum. *per tex. in l. Relegati. ff. de pœnis*, quod obseruari quotidiè videmus, in inferioribus etiam Dominis. *Idem Angel. in disputat. sua incip. Beneuensis in 9. col. super sexto dubio latius ita tradit*, Si Iudex habet Iurisdictionem ratione proprietatis, vt sunt Reges, Duces, Principes, Comites, Marchiones, & Barones, aut alij, qui [ta]lem de facto non recognoscunt superiorem, hi sine dubio saluum conductum conc[e]d[er]e possunt licitè, liberè, & impunè, *per text. in d. Relegati. ff. de pœnis.* Quia solum de præiudicio Iurisdictionis eorum tractatur, & ita in e[ff]i[n]git opinionem *Bart. in d. l. 1. qui Reus; sui nu. 10. ff. de pœnis Iudic.* Si verò Iudex habet [Iu]risdictionem ordinariam, vel delegatam à [su]periore, vt videmus in Rectoribus ciuitatum, qui loco præsidum habentur. *l. fin. C. de præscript. longi temporis. iuncta glos. 1.* qui suos Ancianos, seu priores, aut consules superiores habent, tunc tales saluum conductum non possunt concedere aduersus cogniti[o]nem criminum, aut executionem sententiarum, ex quo cognitio, & executio ad eos non spectat, sed ad superiores. Nec enim de[bent], a[ut] per obliquum in aliam Iurisdictionem possunt falcem mittere, *Arg. l. pen. ff. de aqua pluu. arcen. & c. ad aures. ext. de Iur. iur. ponit Bart. in l. 1. ff. à quibus appell. non licet, & ità intelligit Angel. opinionem Oldra. & sequacium.* Ex quibus colligitur, quod S. quoque saluum conductum concedere possint. In casu autem nostro etiam ex alio ambigi non debet, quin Ciuitas S. securitatem malefactoribus, innocentiam allegantibus, concedere possit, quia per ducentos, vel plures annos, & sic tempore immemorabili ex consuetudine habuit,

prout

prout in terminis nostris de securitate, & sal uā guardia *tradit Io. de Platea in l. fin. in 2. col. post princ. C. de erogat. mil. anno. lib. 12.* vbi dicit, quod inferiores Iudices talia possint facere, ex praescriptā consuetudine, *per l. 1. & fin. C. de eman. cip. lib.* Quod enim ex concessione principis fieri potest, similiter etiam potest ex consuetudine & praescriptione. *arg. l. hoc Iure. §. ductus aquae. ff. de aquā quot. & aest. & l. vsum aquae, in princ. C. de aqua ductu lib. 11. iuncta. l. viros. C. de diuersis offic. lib. 12.* Et alias dici solet, quòd vsus immemorabilis temporis habet se, vt priuilegium, expressè concessum ab Imperatore, quia habet vim constituti, *vt d. §. ductus aquae. & c. super quibusdam. §. praetereà de verb. signif. & latius tradit Ias. in l. Quo minus. num. 40. ff. de flumin.* Non abutitur ergo ciuitas Iurisdictione suā, sed vtitur consuetudine inueteratā, quod Ius, etsi diuturnā consuetudine non acquisiuisset, tamen postea ex Iurisdictione omnimodā, quam à Duce B. Anno 1488. pecuniâ emit eo modo, quo ipse Dux semper fuit vsus, & vti potuit, illud fuisset assecuta, vt per se clarum est, & patebit etiam ex sequentibus.

Quò ad secundum, an Regentes ciuitatis S. peccent in eo, quòd non permittant eos, quibus saluum conductum, vel securitatem dederunt, capi, & criminaliter contra eos procedi, sicut nonnulli ex accusatoribus quandoq; petierunt? Haec quaestio prorsus dependet ex altā, an concedens saluum conductum teneatur illum seruare? Nam si eum tenetur seruare, non debet pati, vt huiusmodi malefactores, securitate donati, intra tempus securitatis capiantur, vel molestentur, quia hoc modo non esset securitas, vt patet ad sensum.

Videtur ergo primā facie dicendum, quòd securitas, vel saluus conductus non sit seruandus malefactoribus *per text. in §. sed neq. vers. Neq. autem homicidis. in auth. de manda. princ. & ibi hoc aperte not. glossa in verb. neq. custodies. Idem videtur sentire Iacob. de Raue. in l. praesenti C. de his, qui ad Eccles. confug.* Nam videtur, quod assecurationem talem non seruare sit dolus bonus, quo licet vti. *l. 1. §. 2. ff. de dolo & l. cum pater. §. Titio, ff. de leg. 2. & in materia salui conductus idem latius tradit Felin. in c. Accedens. el. 2. nu. 3. ext. vt lite non contest. Sic etiam Bald. in c. 1. §. Item Sacramenta. paulò ante fin. n. 28. in tit. de pace Iuram. firmam.* d[illegible], quòd Iudex etiam iurans securitatem banni[illegible], non teneatur eam seruare, *per text. in d. §. sed neq. &c.*

Et ex his videtur, quòd non solùm accusationes, captura, & vlterior processus contra malefactores, non attento saluo conductu admitti debeant, sed quòd Iudex, si opus sit, Iustitiam quoq; exequi debeat. Nam Reip. interest, ne delicta maneant impunita. *ita vulneratus ff. ad l. Aquil. c. vt famae. ext. de sentent. excommun.* Ad quod facit etiam hoc, quia si negligenter, quae male vsurpantur, omittimus, alijs excessibus viam aperiemus. *Vt c. perneniet, el. 2. in fin. 93. distinc.* Et facit etiam, quia non corripere malos, sed fouere, est alios in discrimen adducere, *c. sed illud. 45. distinc. & c. qui vitijs 23. q. 5.* Praeterea certum est, si quis talis existat delinquens puta, homicida, vel similis, de quibus *in d. §. sed neq.* etiam si datus sit ei saluus conductus, quod tamen, & finito, posset vel in eodem loco, vel al[illegible] capi, & accusari. Ergo ratio videtur dictare, quod non dimittatur, sed recipiatur contra eum accusatio, & vlterior processus. Nam frustra fit per plura, quod potest fieri per pauciora. *l. Dominus testamento. ff. de condict. indeb. l. Cum fundus. §. seruum tuum imprudens. cum ibi not. ff. si certum petatur.* Et quā poena punitur delinquens, eadem puniendus venit, qui punire eum potest, & non punit. *l. 1. C. de execut. & exact. lib. 12.* Quare cùm Regentes eiusmodi delinquentes habeant in potestate, & nolunt eos capere, atq; excusationes effectualiter contra eos recipere, videtur id agere, vt nocentes dimittantur, & sic ipsi debent teneri. Deniq; videtur, quod propter datam securitatem non debeant accusationes reijci, ex quo nemo admittitur ad accusandum, nisi cuius aliquo modo interest. Sed illa concessio securitatis, sicut & aliae concessiones, semper intelligi debet sine praeiudicio tertij. *l. 2. §. Meritò, & §. si quis à principe ff. ne quid in loco publico. l. 1. §. apertè ff. ne quid in flum. public. & §. sed neq. in auth. quomod. oportet Ep. &c.*

Ergo accusatio debet admitti, alias enim praeiudicium fiet tertio.

Verùm his omnibus non obstantibus contrarium de Iure, & aequitate verius est, quòd Regentes, seu ciuitas saluum conductum, seu securitatem, à se datam, teneantur seruare. Nam & hosti fides seruanda est & securitas data, *l. conuentionum. ff. de pact.* [illegible] *in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo per Bart. in l. [illegible] in prin. [illegible] ad l. Iul. Maiest. & in quaest. sua. 2. incip. Lucana ciuitas in 2. col. vers. Sexto, & in c. dixit Dominus [illegible] 4. q. 5. in c. Dominus noster. 24. q. 2. & in c. Noli existimare 23. q. 1.* Et in terminis nostris, quod hor[illegible]dis, & similibus malefactoribus securitas d[illegible]ta sit seruanda, *tenet Petrus de Bella pert. in d. l. praesenti. C. de his. qui ad Ecclesiam confug. & sequitur ibi Cy. in fin. & Bart. in l. Illicitas, §. Ne potentiores. in fin. ff. de offic. praesid. & idem in d. §. sed neq., num. 2. in auth. de mandat. princip.*

Fatemur tamen, quòd in hac quæstione reperiuntur variæ declarationes, & distinctiones. Quidam enim dicunt, quando securitas est data cum causæ cognitione, & pleuâ informatione, quòd tunc semper sit seruanda. Si verò sine causæ cognitione, vel sine iustâ causâ, vel ex abrupto, quòd hoc casu non debeat obseruari, quia concedere eam non potuit in præiudicium Reipublicæ. *vt l. Relegati. ff. de pœnis. hanc distinctionem tradit Bald. in d. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. Bald. & Angel. in d. l. præsenti. C. de his, qui ad Eccles. confug.* & hanc doctrinam sequitur etiam Angel. *Areti. in tracta. malefic. super verb. quòd fama publicâ præcedente, nobis in 21. Chartâ illius verbi. vers. Quintò quæro. num. 60.* Alij dicunt, si petens fidantiam, seu saluum conductum sit in loco, qui est de territorio, vel Iurisdictione illius, qui dat saluum conductum, hoc casu saluum conductum non esse dandum, nec datum seruandum, & itâ intelligunt *glos. in d. §. sed neq. in authent. de mandat. princ.* Si vero ille locus, in quo est petens saluum conductum, non sit de Iurisdictione illius, qui habet concedere saluum conductum, tunc saluum conductum posse dati, & datum debere seruari, itâ procedunt alia Iura. *hanc distinct. sentit Guil. de cuni. in d. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. & expressè Salic. in l. cum indulgentia. n. 4. & 5. C. de sent. pass.* Alij distinguunt, an delictum sit commissum casu, vel ex proposito, *vt latè deducit Francis. à Lignam. in addit. ad Angel. in tracta. malefic. in loco suprà citato. Iacob. de Belui. in d. §. sed neq. in authent. de mand. princ.* distinguit tres casus, aut enim securitas datur hosti, aut subdito, aut alij non subdito. *Vt ibi latè per eum, cuius distinctionem sequitur Io. de Imo. in l. Is, qui reus, col. fin. ff. de publ. Iud. Et Vital. de Camban. in tract. Clausularum, in clausula. Nil nouari securitate pendente. col. fin. ad quos breuitatis gratiâ nos remittimus.*

Nobis verò videtur indistinctè teneri posse, & æquius esse, vt securitas semel data seruetur, modò non perpetuò concedatur, vel aliàs manifestè in præsidium sceleris, *per suprà dicta. faciunt quæ habentur in c. quod semel. de reg. iur. in 6.* Et hanc opinionem tenet etiam Oldra. *in disputat. sua incip. Potestas Padua bannitum de crimine capitali. &c.* vbi per multas pulchras rationes probat, quòd bannitis etiam propter enormia crimina securitas, & saluus conductus dari possit, & quòd datus seruari debeat, *pro vt refert, & sequitur etiam Alberic. de Rosa. d. l. præsenti. in 1. 2. & 3. col. C. de his qui ad Eccles. confug. & idem in tract. statut. in 4. parte. quæstio. 39. per totum.* Vbi latè videri potest, ibidemq; respondet ad fundamenta contraria. Et ibi etiam vult, licet fidantia, vel securitas aliquo casu concedi non debuerit, si tamen concessa est, quòd non debeat affidatus posteà authoritate Prætoris decipi. *per l. 1. C. de his, qui ven. ætat. impetr. simile not. in d. l. Is, qui reus. ff. de pub. Iudic. Idem tenet Bart. in l. Is, qui reus, sub num. 12. ff. de pub. Iudic. Et ita in fortioribus terminis concludit. Bald. in cons. 446. Incip. Ponitur, quòd quidam Nicodemus. in 2. col. in 3. vol. secundum antiquam impressionem* subdens, hanc partem esse humaniorem, & ad honorem principis magis pertinere. Et facit etiam, quòd graue sit, fidem fallere, *vt l. 1. ff. de const. pecu. faciunt quoq. not. per Bart. & Alberic. de Rosa. in d. l. conuentionum. ff. de pact.* vbi dicunt simpliciter, quòd securitas, à principe seu personâ publicâ concessa bannito seruari debeat, etiam extra territorium dantis, *& hoc not. etiam Iason. ibi num. 3.* Facit etiam illud vulgarum, quòd contra factum, & promissionem propriam aliquis nec possit, nec debeat venire, licet de Iure non tenuisset, *l. venditor. in princ. ff. communia præd. l. per fundum, & ibi per glos. & Bart. ff. de seruit. rust. præd. & per glos. in l. si creditoribus. C. de seruo pignor. da. manu. & not. etiam in l. post mortem. ff. de adopt.*

Postremò vtcunque teneatur ista opinio vel simpliciter, vel cum distinctione, seu declaratione aliquâ suprà positâ, Ciuitas S. vel regentes eius rectè facient, si nullam accusationem, & processum contra assecuratos admittant, cùm & modus ipsorum assecurandi satis conueniat prædictis declarationibus: & posito, quòd non conueniret, tamen ex quo à tempore immemorabili præscripserunt, & deinde quoque ex contractu in locum principis successerunt, indubitanter tenendum est, quòd securitatem datam seruare debeant, *vt ipsemet Bald. vult in d. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. Roma. in l. 3. §. si seruus. num. 9. ff. de acquir. possess. & Nellus in tract. Bannit. in 2. parte. 2. tempo. quæst. 15. cum simil. quæ ex suprà citatis facilè apparebunt.* Et consequenter etiam assecuratos, pendente securitate, capi, & accusari non patientur. Nam verbum securitas hoc importat, quòd aliquis non possit nec directè, nec indirectè vexari, *vt not. Angel. in l. Papinianus. §. si quis mortis, per illum text. ff. de inoffic. testam.* Licet ibi velit, quòd hanc securitatem nemo possit concedere, nisi princeps, vel qui in ciuitate obtinet principatum, *per text. in l. Relegati, in fin. ff. de pœnis.* quæ restrictio fortè non est vera, quia textus allegatus loquitur in alijs terminis, & in casu nostro nihil obstaret, dato etiam, quòd vera esset, quia Ciuitas S. ibi habet priuilegium Imperiale ex immemorabili temporis præscriptione, & successit etiam, quò ad hoc in locum, & Iurisdictionem Ducis ibi, sed

magis

magis est, vt indistinctè quis non possit molestari, si simpliciter data est ei securitas, *vt sentit Iason in l. 1. num. 11. ff. qui satisd. cog. & ipsemet Angel. in consil. 363. incip. Magnifici Domini, per tot. maximè per text. in l. 1. in ver. securitatem pop. Rom. l. 1. §. 1. ff. de eo, per quem fact. l. 1. ff. de cloacis & l. fin. ff. de legatis.*

Et ità tenendo non valdè difficilis est resolutio contrariorum, suprà adductorum, quia satis tolluntur ex suprà dictis. & ex ipsâ inspectione textuum; & terminorum, in quibus loquuntur. Et posito, quòd concluderent, tamen non sequeretur, Iudex non tenetur seruare datam securitatē, Ergo nō potest, si vult, Ad textum autem, quo DD. pro fundamento principali vtuntur, *in §. sed neq. in authent. de mandat. princ.* commodè respondetur, quòd ibi loquatur de securitate, datâ bannito, vel malefactori per partem. hæc enim non est seruanda à Iudice, quia non est in potestate partis, affidare malefactorem. *d. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo.* Et posito, quòd loqueretur ibi de securitate, datâ à Iudice, tamen intelligi deberet, si data esset, vt impediretur criminis cognitio, quod non valet, has duas responsiones dat Bart. *in d. l. Is qui reus. n. 12. ff. de publ. Iudic. Alberic. de Rosat. in d. tractat. statut. in 4. parte quæst. 39. n. 2. & Angel. in d. sua disput. Incip. Bononiensis. in 9. col. super sexto dubio.* Sed in securitatibus, datis per ciuitatem S. longè alia est ratio, vt patet etiam ex suprà dictis.

Ex quibus omnibus apparet, qòud Regentes, vel potius ipsa Ciuitas S. securitatem, à se datam, debeat seruare, quia, vt asseritur, nec perpetuò datur, nec ad impediendam cognitionem super crimine, sed ad tempus, & ne fortè quispiam casu delinquens, repentino motu opprimeretur magis, quam iudicaretur. Rectè igitur faciunt, si datam à se securitatem, causâ compertâ, reuocare velint, quòd ità retractent, vt affidatus, quantum fieri possit, quò ad ipsos, sit extra periculum. Ità natura securitatis deposcit, sicut dicimus aliàs, quòd, datâ securitate malefactori, intelligatur adueniendum, standum, discedendum, vel redeundum in locum tutum. *de quo not. Bart. in Authen. habita, in 1. col. C. ne filius pro patre. in l. vtimur. ff. de sepul. viola. & in l. 1. C. de nauicular. lib. 11. & ibidem. Io. de Plat. nu. 4. & per Abb. in c. quia diuersitatem in 2. col. in pen. nota. ext. de concess. prebend. per Io. de Imo. & latè Felin. in c. fin. num. 1. & 2. ext. de treuga, & pace. & in c. Ego N. num. 8. de iureiur. Dec. in cons. 51. incip. Et pro tenui. nu. 3. cum similibus.*

Quò ad tertium, an Dux P. cuiquam possit concedere securitatem, vel saluum conductum in Ciuitate S? videretur primâ facie dicendum, quòd sic.

Primò, quia certum est, quòd Ius concedendi securitatem, seu saluum conductum competat alicui ratione superioritatis, vt suprà deduximus Sed ea, quæ competunt alicui ratione superioritatis, præscriptione non tolluntur, etiamsi superior mille annis non fuit vsus illis iuribus inter subiectos. *argum. c. cùm non liceat. & c. cùm ex officij. ext. de præscript. cum concord.* Ergò dato, quòd Ciuitas S. ante ducentos annos vsa fuerit illo iure concedendi securitatem, & Dux P. intereà temporis nunquam quemquam cum saluo conductu, in illam Ciuitatem [illegible], tamen non erit contra ipsum præscriptum.

Secundò posito, quòd Ciuitas S. illud Ius concedendi securitatem malefactoribus ex antiquissimâ consuetudine, seu præscriptione habuisset, tamen hoc non impedit, quò minus eadem potestas possit competere Duci, alio Iure, scilicet iure superioritatis. Probatur à simili: nam licet potestas visitandi, excommunicandi, corrigendi, & similia competant Episcopo in tota sua diœcesi, & in qualibet eius Ecclesiâ; tamen idem Ius competere potest Archidiacono, Archiepiscopo, vel Abbati in suâ Ecclesiâ eiusdem diœcesis, & hoc vel ex priuilegio, vel eâ præscriptione, *vt probatur in d. c. cùm ex officij. ext. de præscript. iuncto cap. 2. & c. cùm satis. de offic. archipresb. & c. 1. & c. Cùm ab Ecclesiarum. & c. conquerente. de offic. ordin.* Et vna potestas non impediet aliam, sed concurret, quia talia iura apud plures possunt esse in solidum. Sic etiam in casu nostro dicendum videtur: Licet enim Ciuitas præscripserit Ius concedendi saluum conductum, tamen per hoc non præscripsit Ius competens Duci P. sed præscriptione quæsiuit sibi Ius consimile.

Breuiter his non obstantibus contrarium in casu nostro omninò dicendum est, Primò, quia postquam Ciuitas S. cœpit vti hoc Iure concedendi securitates, sciente, & patiente Duce P. nec in aliquo contradicente, statim per talem patientiam Dux perdidit quasi possessionem, eaq; translata fuit totaliter in Ciuitatem, & per consequens Ciuitas vtendo prædicto sine contradictione Ducis per tantum tempus, cuius initij non extat memoria, legitimè præscripsit illud totum Ius, & Dux P perdidit non solùm quasi possessionem, sed etiam propter tantum tempus Ipsum ius concedendi saluum conductum, *hæc omnia probantur in l. si ego. §. 1. ff. de publ. in rem act. l. quoties. la. 2. ff. de seruitut. l. Et si fortè. §. 1. ff. si seruit. vendic. & in c. auditis. ext. de præscript. vbi per Inno. & plenius per eundem in c. olim col. 3. ext. de restit. spol. & in c. dilectus in 1. & 2. col. ext. de*

ext. de capell. monacho. *Itàin similibus terminis argumentatur Bald. in consil. 64. Incip. Casus est talis. Reuerendus pater, in 2. col. in 1. parte, secundum antiquam impressionem*, & per hoc fundamentum expressè concludit, licet ius creandi Notarios pertinebat ad Regem, tanquam principem in regno suo, & superiorem non recognoscentem, nec alteri poterat de iure competere, *inx. not. per Innc. in c. Cum P. Tabellio. ext. de fide instrum.* Quod tamen Episcopus, & Ecclesia Beluecensis legitimè acquisiuerit merum, & mixtum imperium, & omnimodam iurisdictionem, & potestatem creandi notarios per consuetudinem, seu præscriptionem temporis, cuius initij non extat memoria, in tantum, quòd Rex de iure amplius non possit creare notarios in dictâ ciuitate, & diœcesi Beluicensi, neq; illuc mittere aliquos Notarios, alibi creatos, ad exercendum officium Tabellionatus.

Et ita tenendo, etiam in proposito nostro non obstant suprâ dicta fundamenta contrariæ partis. Nam ad primum respondetur, non obstare, quia procedit, quando subditi vellent præscribere contra obedientiam, debitam superiori, quod fieri non potest, cùm non detur eo casu possessio ex parte subditorum, & sic non potest currere præscriptio, vt patet in ipsis iuribus allegatis, & loquuntur etiam in tali casu, quo ius ipsum expressè resistit consuetudini & præscriptioni in contrarium, *sicut etiam in c. cum instantia, in princ. ext. de censib.* Et ideò non mirum est, si tunc non valet, quamuis sit temporis immemorabilis, *vt notat etiam Felin. in c. Cùm contingat. num. 5. ext. de foro compet.*

Non obstat etiam secundum. Nam resoluitur ex doctrinâ Abb. *in d. c. audetis, num. 14. ext. de præscript.* vbi concludit, quòd aut solus præscribens vsus fuit illis iuribus, & tunc videtur præscripsisse, excluso eo, ad quem prius pertinebant, & sic priuatiuè: aut non solùm fuit vsus, sed vsus est etiam ille, ad quem primò spectabant, & tunc præscripsit accumulatiuè tantùm, non priuatiuè, & sic quæsiuit sibi solùm Ius consimile. *vt ibi latius deducit Abbas & per Calderi. in consil. 2. Incip. An Archipræsbyter. sub rubr. de præscript. & Abb. in c. irrefragabili. in princ. in pen. not. & in c. Pastoralis in 2. col. ext. de offic. ordin. & ibi latissimè per Felin. præsert. num. 4. vbi in simili post Abb. concludit*, quòd Iurisdictio, acquisita per præscriptionem, in dubio censetur acquisita priuatiuè ad maiorem, *& plura pro hac allegat.* Nec obstat etiam, si dicatur, Ius concedendi saluum conductum tantùm Duci posse competere, secundum suprà dicta, quia hoc non est verum: & posito, quod esset, non obstaret, Baldus enim ipse *in d. consil. 64. in fin.* respondet, quòd tanto tempore, cuius initij non extat memoria, benè præscribuntur etiam Regalia, & omnia Iura, quæ aliàs præscribi non possunt, sine Priuilegio principis. *Alleg. c. super quibusdam. ext. de verb. signif. & c. 1. de præscript. in 6. & l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quot. & æsti.*

Eodem modo non obstat, si quis dicat, quòd Ius concedendi saluum conductum, quò ad Ducem. P. ab initio fuerit meræ facultatis, ità, quòd habuerit facultatem concedendi saluum conductum, quando volebat, sed contra illa, quæ competunt iure facultatis, non potest introduci nec consuetudo, nec præscriptio, *vt habetur in c. significante, ext. de appellat. & per glos. in l. 1. C. de seruit. & aqua. & in l. viam publicam. ff. de via publicâ, cum similibus citatis per Felin. in c. Cum accessissent, num. 27. in fin. ext. de constit.* Et ideò contra Ducem non esse præscriptum, quia hoc satis tolletur ex suprâdictis, & respondetur, quòd etiam ea, quæ competunt iure facultatis, præscribantur tempore, cuius initij non extat memoria, *secundum Ioh. Andr. in c. peruenit. ext. de censibus. Bartol. in l. Cum. de in rem verso. ff. de vsur. Angel. in l. si certis annis. C. de pactis. & Felin. in c. Cum M. Ferrariensis. num. 1. in fin. ext. de const. vbi plures citat.* Ex quibus nunc apparet, Ciuitatem S. quò ad ius concedendi securitatem, benè esse fundatam, quò ad excludendum Ducem ex solâ præscriptione, dummodò non permiserint Duci, concedere alicui saluum conductum, aut eo concesso, acquieuerint.

Secundò principaliter posito, citra veri præiudicium, quòd in tali præscriptione interuenisset interruptio, vel adesset alius defectus, tamen idem esset concludendum, videlicet quòd non Dux P. sed solus Magistratus S. in ciuitate suâ habeat Ius illud concedendi saluum conductum. Et hoc ex contractu venditionis, inito cum B. quondam P. Duce, de anno 1488. cuius verba non patiuntur cauillum. Nam B. Dux in instrumento illius contractus in hæc verba clarè loquitur.

Auch haben wir/ vorgenanter Herr/ vor vns vnd vnsere ewige Nachkommen/ mit raht/ vnnd willen vnser getrewen Rahtgebern/ den gemelten vnsern Bürgermeistern/ Rahtmannen/ vnd gantzer Gemeine/ vnser ehegenanten Stadt S. vnd jhren Gemeinen ewigen Nachkommen/ vor drey tausent/ vnnd fünffhundert Reinischer Gülden/ die wir von jhnen zu voller g[illegible]e/ an gutem Golde empfangen/ vnd auffgehoben/ vnd in vnser/ vnd vnser Lande beweißlichen nutz gekommen sind/ für der machung dieses Brieffs zu einem ewigen gekaufften kauffe/ rechtlichen/ vnd redlichen verkauffe/ verlassen/ vnnd vereigent/ vnser Gerichte/ vnd Vogtey zu S. mit aller freyheit/ nutz/ vnnd herrligkeit/

Herrligkeit/das zu brauchen/ zuhaben/vnd zubesitzen/ vnd so quit/ vnd frey/ als vorhin vnsere seligen [illegible] vnd Vor[illegible]hren das gebrauchet/ gehabt/vnd besessen haben/vnd hernachmals den vorgenanten vnsern Bürgermeistern/Rahtmannen/vnd Gem[illegible]heit vnser vorgedachten Stadt S. biß an diesen tag für fünfftausent Marck vorsetzet/vorpfendet/vnd zu widerschosse verkaufft war/ nach l[illegible] der Brieff/darauff gegeben/die wir von jhn widerumb empfangen haben/ per quæ verba sol[illegible]is demonstratur vna quoq; translatum [illegible] eius concedendi sal[illegible]um conductum, si modo Dux illud habuisset. Nam apparet, quod vniuersum imperium,& Iurisdictionem ve[illegible]d[illegible]derit, quam i[illegible] ha[illegible]ebat, cu[illegible] omnibus annexis, & pertinentijs. Ad quod benè ponderandum est illud verbum voreigend/quod significat, proprietatem transtul[illegible]mus in ipsos, ità vt imperium, & Iurisdictio à modò non nostra, sed propria Ciuitatis sit.

Et hoc propriè dici[illegible]ur vendi, cum agi[illegible]ur, vt Dominium,& omne Ius transf[illegible]ratur in Emptorem, *vt patet in tit. de contrah. empt. & not. Alex. in con. 107. n. 16. in 3. vol.* Aliàs fortè dici posset, quod Dux vendidisset eis tantùm Ius co[illegible]simile suo. Nam proprietas Iuriu[illegible] incorporalium, velut Iuris[illegible]ctionum, & similium apud plures potest esse in solidum, *vt probatur in [illegible] ff. de offi. con[illegible]ul. & in l. [illegible] §. Ex h[illegible]itur [illegible] de V.O. & not. Bart. in [illegible] 3. §. ex contrario [illegible] n. ff. de acquir. p[illegible]* Item ponderanda sunt i[illegible] ve[illegible]ba, mit a[illegible] fr[illegible]yheit/ut[illegible]/vnd Herrligkeit/ sunt enim vniuer[illegible]a. E[illegible] sub v[illegible]is vniuersa[illegible]us omnia [illegible]duntur, quamuis in vno maior sit ratio, quàm sit alio. *L. Iulianus, in princip. [illegible] de leg. 3. l. à procur. de cons. C. mandat. [illegible] de ob[illegible]er. [illegible] nua. not. Bart. in [illegible] Generali. §. [illegible] xori. ff. de [illegible]sufruct. leg. & Dec. in [illegible]nsi. 333. num. 1. in 3. parte.*

Et hoc signum vniuersale, omnis, multùm operatur ad ampliandam ipsam dispositionem, *vt tra[illegible]t Al[illegible] cons. 193 n. 3. & 4. & 6. vol.* It[illegible] q[illegible] videtur, quòd sub istâ vniuersitate transierit etiam Ius concedendi saluum conductum, [illegible] idem est quad [illegible] libertas, seu concessio [illegible]ri[illegible]ritatem respiciens in loco, vt in supe[illegible] [illegible]u[illegible] dictum fuit.

Et hoc clarius redditur per verba sequentia [illegible] quitt/ vnnd frey/ als vorhin vnsere seligen [illegible]n das gebrauchet vnnd besessen haben/ q[illegible] magni ponderis sunt. Nam cùm [illegible] Dux, se concedere Ciuitati S. [illegible] ibi, cum omni libertate, vti[illegible] [illegible] seu superioritate, quò ad illum locu[illegible] [illegible]ediatè addit, concedimus tàm, vel i[illegible], vti, sicut, vel quemadmodum ant[illegible]c[illegible]s nostri eam habuerunt, & possede[illegible] [illegible]io TAM, VEL ITA, [illegible] comparatiuè, & denotat modum. [illegible] C. de [illegible]bus, quæ sub modo. *l. vt responsum. l. cum mote. & l. si ex falsis. C. de transact. l. Quidam te[illegible] [illegible] prim. ff. de leg. 2. l. cùm in lege. ff. de contrah. e[illegible] cum simil.*

Et deinde ista verba VTI, SICVT, QVEMADMODVM, denotant hic om[illegible]modam similitudinem. *l. mortuo. ff. de fideiussor. l. sicuti. ff. de arbitr. l. sicut. ff. quod cuiusq; vniuers. no. l. 3. §. si duobus. ff. de adimend. leg. l. quemadmodum. ff. de adquirend. poss[illegible] & quemadmodum. C. de agric. & censit. lib. 11. cum simil.* Ex quo infertur, si Dux P. habuisset ibi Ius concedendi saluum conductum, cùm hoc procedit ex Imperio, & Iurisdictione propriâ, vt supr[illegible] [illegible]ctum fuit, sicut ipse potuisset conced[illegible] [illegible]curitatem malefactoribus, ità debent nunc isti soli posse, quibus Imperium, & omnimodam Iurisdictionem, quo ad illum locum, vendidit: aliàs enim non possent ità vti imperio, & Iurisdictione, sicut Dux, & antecessores eius.

Et quod Illustrissimus P. Dux non possit amplius cuiquam [illegible]uritatem concedere in Ciuitate S. magis adhuc clarescit ex [illegible]u[illegible]tibus verbis eiusdem contractus vendi[illegible]ioni[illegible] dum dicit: Als daß die obg[illegible]nte Vogt y/vnd gantze Gerichte/ beyde hohe vnnd nid[illegible]ge/ an Handt/vnd Halß/ vnd Fuß/ worin sich gebüren sol zu r[illegible]chten ewiglich b[illegible]y [illegible] v[illegible] [illegible]genandten Stadt S. bleiben/ vnnd sein sol/ vnnd vns/ oder vnsern Nachkommen dar nichts an bewahret/ oder behalten/ ohn alle g[illegible]fehrde/ di[illegible] hic Dux, nullo prorsus si[illegible]i, [illegible] [illegible]ec[illegible]sor[illegible]us reseruato, vel excepto.

Et consequenter non reseruauit sibi etiam, Ius c[illegible]ncedendi saluum conductum in eo loco cùm descendat ex eodem fonte, [illegible] *l. si mihi Meuia. §. fin. ff. de leg. 3. & l. hæc oratio. ff. si libert. ingen. esse dic.* Et facit pro hoc, [illegible] talis clausula generalis idem operari d[illegible]et, quo ad genus, seu quo a[illegible] [illegible]ô spec[illegible]ficata, quod operatur clausula specialis, quo ad speciem, *l. si duo in fin. ff. de administr. tut. l. om[illegible] [illegible] de præscript. 30. vel 40. anno.* Ergo per istam clausul[illegible]am generalem ità empto[illegible] [illegible]b[illegible]u[illegible], quò ad Ius concedendi saluum conductum, cùm procedat ex imperio, & Iurisdictione, ac si specialiter expressum fuisse[illegible] *p[illegible]batur etiam [illegible] l. Quod si venditione cum tribus ll. sequent. [illegible] red. vel act. vend. & per Specul. in tit. de Emphiteo. vers. [illegible] nu. 73. vbi similes tex[illegible] [illegible] in simili causa venditionis argumentatur Alex. in con. 105. n. 1 in 6. vol. Vbi ponit etiam aliu[illegible] simi[illegible]e ar[illegible]umentum.* Et consequenter Duci non competit amplius Ius concedendi saluum conductum in Ciuitate S. Nam clarè patet ex ver[illegible]s contractus, quòd totum Imperium, & [illegible]modam Iurisdictionem, vendiderit, [illegible]

omnibus

omnibus libertatibus, vtilitatibus, honore, & superioritatibus, quò ad illum locum, nullo penitus sibi reseruato. Et super his renunciauit omnibus exceptionibus, & beneficijs Iuris, vt ad finem Instrumenti contractus cernitur, &c. Sed si ipse deberet posse saluum conductum concedere, tunc verba contractus refragantur. Quia non totum, nullo excepto, diceretur venditum, ac traditum, parte illâ concedendi securitatem retentâ. *l. & eleganter. §. non solum. ff. de dolo. l. qui vsumfruct. in princ. ff. de verb. oblig. & l. si quis cùm totum ff. de except. rei Iud.* Præterea ex quo B. Dux, tempore venditionis, sciebat, S. esse iam in diuturno vsu concedendi securitatem, omninò conueniebat, quòd Dux illud Ius specialiter sibi exciperet, quod cum omiserit, videtur de eo reseruando non cogitasse: Nam quæ speciali notâ digna sunt, ea si omittantur, habentur pro neglectis. *l. Item apud Labeonem. §. ait prætor. ff. de Iniur. & ibi glos. ponit concord.* Præterea Dux imperium, & Iurisdictionem ità vendidit S. vt ijs liberè possint vti, sed si Dux posset in illam ciuitatem alicui saluum conductum concedere, iam impediretur omnis effectus imperij, & Iurisdictionis, & per indirectum assequeretur Dux, quòd directè non posset, *contra Reg. cùm quid vna via. de reg. Iur. in 6.* Nam posset Dux talibus ibi saluum conductum concedere, quos fortè Magistratus S. interceptos supplicio afficeret, Item posset etiam Dux ex ipsâ ciuitate eiectos, cum saluoconductu, in ciuitatem reintroducere, & hoc non esset liberè, & in effectu posse Iurisdictionem exercere, sicut dicunt verba contractus. Item etiam, cùm Dux vendiderit omnimodam Iurisdictionem, prout olim habuit in ciuitate S. ità, quòd propria nunc sit S. vt suprà deduximus, sequitur si dux aliquem eò mittat, cum saluoconductu, quòd mittat in alienam Iurisdictionem, quod de Iure non licet, *per ea, quæ tradit Angel. in d. sua disputat. incip. Bononiensis, super sexto dubio, vt suprà in principio retulimus.* Ex quibus omnibus concludimus P. Ducem Ius concedendi securitatem, vel saluum conductum in Ciuitate S. de Iure amplius non habere.

Ità consuluit Nicolaus Euerhardus D. & Professor Ingolstadij; Approbauit Iohannes Borcholten Luneburgensis.

CONSILIVM TERTIVM.

Casus.

CIuitas S. à Duce P. conuenitur, quòd ante aliquot, & triginta annos in seditione populi Parrochum suum, cui præfatus Dux Ecclesiam concesserat, illâ Ecclesiâ spoliauerit, & administrationem bonorum Ecclesiasticorum sibi appropriauerit. Et quamuis tunc temporis gubernans Dux, tanquam patronus Ecclesiæ, cùm religio vetus apud eos extirpata fuisset, alios Parrochos, & concionatores eis ordinare, & constituere voluerit, tamen S. noluisse illos recipere, sed pro suo arbitrio alios vocasse, & conduxisse. Templa porrò, & monasteria eos desolasse, census, atq; reditus, mobilia, & immobilia bona Ecclesiarum deputatis suis administratoribus tradidisse, Campanas ex templis sustulisse, contudisse, ac confregisse, & ità Ducem in annexis suo Iuri pàtronatus turbasse, & eum penitus spoliare attentasse, neq; cos pati velle, vt visitentur. Præterea S. nolle comparere, aut se subijcere consistorio Ecclesiastico, quod nuper Dux P. constituit, sed ipsos præsumere in Ecclesiasticis, seu spiritualibus ius dicere. Quæ omnia asserit Dux S. non licuisse, & proptereà super prædictis petit sibi satisfieri, & cautionem de non turbando in futurum,

turum, vt specialius continetur in casu germanico, nobis proposito.

Ciuitas autem ad hæc omnia pluribus modis respondet, vt latissimè in dicto casu germanico habetur, ad quem nos referimus. Neq; enim totum huc transferendum esse duximus. Quæritur ergo, quid Iuris?

CHRISTI REDEMTORIS nostri Clementissimi Diuino implorato auxilio. Quæstio præmissa plures habet articulos, & quidem tales, vt nos ex certis, & iustissimis causis excusare possemus, ne super ijs responderemus: tamen, vt ex aliquâ parte mos geratur dominis S. (quorum responsiones ipsæ forent sufficientes, & in causa pari sapiunt magnam æquitatem,) breuiter iudicium nostrum adiungimus.

Et quò ad primum articulum, satis credimus, S conuentos de iure, esse tutos. Licet enim videri posset attento principio, quòd Duces P. rectè agant, propter turbationem sui iuris Patronatus, quæ commissa est per depositionem, spoliationem, & expulsionem parrochi à Duce, & patrono Ecclesiæ ritè constituti: Tamen, si rectius consideretur factum, & conditio illorum temporum, & ea, quæ postea secuta sunt, fortè apparebit, quòd actio, per Duces instituta, nunc temporis ex isto capite non amplius habeat locum. Nam inprimis perpendendum est, quod illa depositio, & spoliatio Parrochi ante plurimos annos facta est, in tumultu populi S. quem fortè senatus aliter sedare non potuit. Multa autem fiunt causâ sedandi tumultum, *arg. l. ordinata. ff. de liber. cau. & l. ite. C. eodem tit. tradit Spec. in tit. de sequestr. possess. & fruct. n. 4.* Item etiam, cùm hoc factum sit in repentino tumultu, Ciuitas, vel vniuersitas de hoc non debet teneri. Sed plecti debuerunt incitatores, siue capita tumultus. *vt l. 2. C. de seditio.* Nam ad hoc, vt ipsa Ciuitas, vel vniuersitas comittendo delinquat, oportet populum, vel vniuersitatem conuocari, & consilio deliberato ad delictum committendum procedi, aliàs ipsa vniuersitas non dicitur [illegible] committere, sed singulariter singuli. *l. semper. §. 2. ff. quod vi, aut clàm. not. glos. in l. aliud. [illegible] ff. de reg. iur. & Salt. in l. 1. n. 3. C. de se[illegible]* etiam videtur, quòd Ciuitas super turbatione non possit conueniri, quia forte [illegible] non [illegible]auit, sed singuli.

Se[illegible] S. deponendo, & spoliando, parrochum non cogitauerunt, Ducem in suo iure patronatus turbare, sed ideò hoc fecerunt, quòd apud eos res aliter teneri non poterat, cùm propter religionem animi eorum ardèrent, & tumultuarentur. Et multa permittuntur ex causâ necessitatis, quæ aliàs non admitterentur. *l. 1. ff. de offic. consul. c. Cum Apostolus, de censib. cum infin. simil. ad hoc adduct. per Pet. Gerar. de Petra. San singul. suo. 100.* Quin imò ipsius Ducis intererat, Tumultum vel per depositionē parrochi, in Ciuitate, sibi subiectâ, sedari. Atq; si S. parrochum non deposuissent, & priuassent in tumultu, tamen Dux idem posteà facturus fuisset, & res deuenisset in eundem statum, in quo nunc est.

Tertiò, cùm lapsi sint 40. anni à tempore sæpedictæ depositionis parrochi, iam videtur contra actionem competentem pro turbatione præscriptum. *l. sicut & l. omnes. C. de præscript. 30 vel 40. anno.* Difficultas solum manet quò ad bonam fidem, quæ hodiè etiam in præscribendis actionibus requiritur, secundum communem opinionem *per text. in c. fin. ex. de præscript. vbi omnes DD. notant.* Sed hanc S. vix habere potuerunt. Quia ab initio sciuerunt, Ducem esse patronum illius Ecclesiæ. Vnde deponendo, & spoliando parrochum, ab eo legitimè constitutum, cæperunt initium malæ fidei, & sic non potuerunt actioni, contra eos competenti præscribere. Quia, vt procedat præscriptio, oportet bonam fidem adesse in principio. *d. c. fin. de præscript. c. si virgo. 34. q. 2. l. sequitur. §. de tit. in fin. [illegible] de vsucap. l. vnica. vers. hoc tantummodo. C. [illegible] transf. vt & not. in l. 1. C. de acquir. poss.*

Veruntamen S ad hoc possunt respondere, quod imo potuerunt iustè credere, se Ducem in suo Iure non turbasse, cùm animo turbandi parrochum non deposuerint. Deinde cùm non multò post Dux P. omnes clericos expulerit, & insuper quoq; alium parrochum S. constituit, factum S. factis prorsus consimilibus approbauit. Nam res gesta factis etiam potest approbari, & ità aliquis Iuri suo renunciare, *vt est tex. in c. Ex ore. de his quæ fiu[illegible] maio. parte cap. vbi glos. dat plur. concord. l. P[illegible] respondit. ff. rem rat. hab. c. dilect. 2. v[illegible] glos. de appella.* Vnde videtur, quòd S. benè potuerint inchoare bonam fidem, & præscriptionem actionis ex illo tempore, quo Dux similes fecit actus, præsertim accedente silentio, & patientiâ Ducis, *arg. l. cùm in plures. §. locator. ff. locati.* Nec obstat, si dicatur, quòd S. factum non propterea fuerit approbatum, ex quo Duci tanquam patrono licuit sacerdotes deponere, & expellere. Nam respondetur, quòd imò patronus nec instituere, nec destituere, siue remouere Clericos possit, sine consensu, & authoritate Episcopi, *c. 4. de Iure patron.*

cum simil. Quem consensum Dux tunc temporis non potuit habere. Ergo apparet, quòd sunt in facto pari, & hoc fecerunt tantùm ardore nouæ religionis, non vt turbarent alios in Iure patronatus.

Deniq; negari non potest, quin religio apud illos populos, vno quasi impetu fuerit mutata, ità quòd expectari non potuerit, donec Dux ipse parrochum remoueret, cùm eo tempore adhuc retineret veterem religionem, vnde ex quo Dux quoq; deinde mutauit religionem, & Clericos expulit, S. benè potuerunt inchoare bonam fidem, tanquam causâ mutatâ. Quia bona fides potest etiam causari à causâ erroneâ. *per ea, quæ not. in l. si fur. §. 1. ff. de vsucap. & in l. igitur. §. fin. de liberta. & in l. si plagij. C. ad l. Iul. de plag. tradit Io. de Imo. in repet. c. fin. num. 24. in fin. col. 27. ext. de præscript.* Vel certè saltem dubium incidit tum, an apud eos esset bona, vel mala fides.

Et in tali dubio benè potest procedere præscriptio *c. 1. 16. q. 3. Bart. & alij in l. Naturaliter. ff. de vsucap. gloss. in d. c. fin. de præscript. & ibi plenè per Abb. num. 39. & Ioh. de Imo. in 27. col.* Quibus, & similibus consideratis, arbitramur S. contra intentionem Ducum, post tot annorum curricula, quò ad hunc articulum, se defendere posse: maximè cùm agatur tantùm de præscriptione actionis, quam plæriq; DD. voluerunt tempore perire ex solâ negligentiâ non petentis, vel agentis. Quantum verò ad alterum caput hui⁹ articuli, videlicet de iure vocandi, & præsentandi ministros Ecclesiasticos, similiter credimus S. satis de Iure se tueri posse, quod ex sequentibus intelligi potest.

Primùm dicimus, quòd Ius patronatus prouenit ex tribus, scilicet, fundatione Ecclesiæ, dotatione, vel collatione soli ad construendam Ecclesiam *c. filius. c. quicunq; & c. decernimus. 16. quæst. 7. & c. Abbatem. 18. quæst. 2. tradit Abb. in rubr. ex. de iure patro. num. 4. & 6.* volens, quodlibet horum sufficere ad consequendum Ius patronatus in Ecclesiâ. Et ideò si vnus eam fundaret, alius dotaret, vterq; esset patronus, *idem tradit Abb. in consil. 59. in princ. in 2. parte.* Quod tamen non ità expeditum est, sed potest procedere concurrentibus omnibus prædictis copulatiuè, siue fiant per vnā personam, siue per plures. Vnde dicit idē *Abb. in c. ad audientiam. 1. in 3. not. de Eccles. ædif.* Quòd construens Ecclesiam, nec dotans, non debet admitti, volens exercere Ius patronatus. *per glos. not. in c. quicunq; 2. 16. quæst. 7.* Quia construendo Ecclesiam tacitè se ad dotem obligauit. Et Iura simpliciter dicunt, quòd ille, qui vult Ecclesiam ædificare, cogitur illam dotare *c. nemo ædificet. de consecrat. distin. 1. §. 1. in authent. vt deter. sit num. cleri. & c. cum sicut. vbi plenè not. de consecra. Eccles. vel alt. Et idem tradit Io. de Ana. in consil. 24. Incip. Primo videtur, in princ. & quasi per tot.* Cùm igitur Duces P. nullam dotem constituerint Ecclesiæ parochiali in Ciuitate S. videtur, quod non iniquè ministros Ecclesiarum, à Ducibus vocatos, præsentatos, & conductos, non recipiant.

Secundò cùm S. ipsi Ecclesiæ ministris salaria constituant, & sic illam dotauerint, & eam quoq; reficiant, seu reparent, & in cæteris prouideant, certè rationi conueniens est, quòd ipsi potius ministros vocent, ac præsentent, quàm Duces, qui nihil in dotem contulerunt, *per proximè adducta.* Vel certè secundum aliam opinionem, de quâ suprà, S. simul cum Ducibus facti essent patroni, propter dotationem, & sic Ius vocandi, & præsentandi non solis Ducibus competeret.

Non obstat, si quis dicat, hanc non esse dotem, quam S. constituerunt, sed potius aliam quandam necessariam prouisionem. Quia respondemus, quòd sit loco dotis, imò ipsa dos. *per text. in d. c. Nemo Ecclesiam. de consecrat. dist. 1. & c. pastoralis. in princ. de his quæ fiunt à prælat. ibi, quatenus singularum parrochiarum prouentus in vsus Ecclesiæ cederent necessarios, & stipendia ministrorum.* Et cùm S. persoluant, & faciant omnia necessaria pro Ecclesiâ, nihil aliud faciunt, quàm quòd pendant fructus, & interesse dotis. Ergo dos antè præsumitur esse constituta. *l. 2. C. de dot. promis. & l. Cum de in rem verso, ff. de vsur. cum ibi not.*

Non obstat, quòd S. id, quod nunc dant pro dote, vel ratione dotis, dant demum post consecrationem Ecclesiæ. Ergo non per hoc quæsiuerunt ius patronatus, seu Ius præsentandi, *vt per glos. in c. pia mentis 16. quæst. 7.* quia videlicet seruitus rei sacræ imponi non potest. *l. seruitutes. la. 2. §. fin. ff. de seruitut. & l. caueri. ff. communia prædio.* Ad hoc respondetur, si Ecclesia non habet dotem, (vt est in casu nostro) si detur aliquid ratione dotis, quod bene acquiratur Ius patronatus, quia sine substantiâ rerum non posset Ecclesiæ deseruiri *c. si quis obierit. 1. quæst. 3. Ità tenet Inno. & Hostien. & sum. Angel. in vers. Ius patronatus, vers. 4.*

Non obstat, quòd antè mutatam religionem Sacerdotes illius Ecclesiæ viuebant de oblationibus, & alijs incertis accidentalibus, quæ tamen omnia contributa fuerunt ab incolis, atq; adeò ab ipsâ ciuitate S. & tamen solus Dux erat tunc patronus. Idem ergo dicendum videtur etiam hodiè, quia stipendia modernorum ministrorum subrogata sunt in loca oblationum antiquarum; Et surrogatum sapit naturam eius, in cuius locum subrogatur.

rogatur. *l. si eum, §. qui iniuriam. ff. si quis caut. cum similib.* Nam ad hoc respondetur, quòd illa regula hic non habeat locum, quia apparet manifesta ratio diuersitatis. Mutatâ enim religione, mutatæ sunt oblationes voluntariæ, in stipendia necessaria, & sic erit aliud Ius, *per ea, quæ tradit Bart. in reper. l. pater filium. ff. de inoffic. test.* Item quia illa stipendia ministrorum Ecclesiasticorum nunc soluuntur partim de illis bonis, quæ certæ familiæ ciuitatis capellis, à se constructis, in dotem dederunt, ad quas Ius præsentandi Iure patronatus anteà pertinebat, *vt per Io. de Ana. in d. cons. 24. Calderi. consi. vlt. in tit. de iure patro. Abb. in cons. 58. & cons. 89. in 2. vol.* Et casu, quo ista bona non sufficiunt, ab incolis, vel ex ærario ciuitatis id suppletur. Ergo non est eadem ratio, quæ fuerat apud eos, veteri religione adhuc subsistente. Et consequenter non eadem ratione patronus manere potuit Dux P. & habere Ius præsentandi, cùm valdè iniquum sit, alios dedisse dotem, & alios in eam dotem habere Ius præsentandi.

Tertiò clarum est, quòd Ius præsentandi sequitur possessorem, & non proprietarium. Vnde ei competit Ius præsentandi, qui est in quasi possessione iuris patronatus, licet non appareat, quòd sit patronatus *text. est in c. consultationibus. & in c. ex literis. de iure patro. & in c. querelam. de elect. & vtrobique not.* Quia præsentario est fructus Iuris patronatus: Et fructus spectant ad possessorem. *§. si quis à non Domino. Insti. de rerum diuis. & not. in c. grauis. de restit. spol. ita firmant Domini de Rota in decis. 5. sub. tit. de præbend. in antiq. & Alex. in cons. 75. n. 13. in 4. vol.*

Verum est, quòd ista non simpliciter procedunt, sed plura requiruntur. Et primò, quod præsentatio facta fuerit cum bonâ fide *vt per DD. in d. c. consultationibus. Calderi. in consil. 12. de iure patron.* Et secundum eos vnica præsentatio sufficit ad acquirendam quasi possessionem. *vt per Card. Fab. in d. c. Ex literis. in 2. opp. Abb. in c. 1. de relig. dom. Bald. in cons. 32. in fin. in 1. vol. & Alex in cons. 74. n. 11. in 4. vol. & probatur ex doctrina Bart. in l. 1. §. 2. ff. de itin. actuque pri. & Bald. in l. 1. col. 1. C. de seruit. & aqua.*

Secundò requiritur, quòd præsentatio fuerit admissa, & confirmata, & consecuta sit effectum, & sic etiam, quòd institutus habitus fuerit, tanquam Rector, vel Capellanus. *vt per Card. in d. c. ex literis in 2. opp. de Iure patron. Calderi. in consil. 13. sub eo. tit. Abb. in d. cons. 54. in 1. col. in 1. vol. & DD. in c. Cùm Ecclesia. de causa possess. & propriet.*

Tertiò requiritur, quòd ille, in cuius præiudicium ius patronatus acquiritur, hoc sciat, & patiatur, *vt per Calderi. in præall. loco. alleg. not. per Io. Andr. in c. bonæ. 2. de post. prælat. & in c. conquerentes. de offic. ord. & in d. c. cùm Ecclesia.* De quo etiam per Inno. & ibi *Abb. in fin. in c. 2. de in integr. restit.* Nam videmus, hoc regulare esse in acquisitione quasi possessionis Iurium incorporalium. *l. fin. & ibi not. C. de præscript. long. temp. & declarat Bald. in l. 1. & 2. col. 1. vers. 4. opp. C. de seruit.* si igitur verum est, quod nobis in instructione narratur, quod senatus Ciuitatis S. & tempore mutatæ religionis, & sic vltra 40. annos, omnes Ecclesiæ ministros stipendio conduxerit, & superintendenti generali, à Ducibus constituto, ad examinandum, ordinandum, & instituendum præsentauerit, qui & recepit, & instituit eos, non dubitamus, quin S. iure competat ius præsentandi. Nam bonam fidem propter dotem, & stipendia habere potuit. Et scientia, & patientia Ducum per se apparet.

Et stantibus prædictis, videtur, quòd S. tanto tempore præscripserint Ius patronatus. Sed in hoc non insistimus, quia nimis prolixa, & subtilis quæstio est. At si S. etiam in hoc velint constituere fundamentum, plenè de hoc videre potuerunt *Federi. de Senis in consil. 234. Incip. super primo. Dec. in consil. 124. num. 2. in 1. parte. Rochum de Curte, in tract. de Iure patro. super verb. Ipse, vel is à quo, quæst. 36. vbi latissimè disputat. & Paul. de Citadi. in tractat. de iure patron. in 3. parte in quintâ causa acquirendi Ius patronatus. Et Io. Franc. Bald. in tractat. de præscript. in 1. parte. 5. part. princip. quæst. 9. Ad quod facit etiam decisio Antoni. de Butr. in reper. c. peruenit omninò, in fin. de censib. & Abb. in c. audi tis. sub num. 14. de præscript.*

Quò ad secundum articulum principalem de destructione Monasterij Sanctæ Brigittæ, visis copijs pactorum, & obligationum, signatis literâ E. & F. ex quibus clarè patet, quòd Ciuitas S. illud fundauit, construxit, & dotauit, & eius administrationem quoque in suâ potestate reseruauit. Et attento etiam, quòd in eodem tumultu fuerit destructum, & quòd bona eius nunc in similes vsus concurruntur, planè credimus, quòd S. (statu rerum, & religionis mutato) se defendere possint, vt facilè patet ex his, quæ suprà circa primum articulum diximus. Benè verum est, quòd, attento Iure canonico, talia fieri non potuerunt. Sicut enim in constructione Ecclesiæ, vel Capellæ requiritur Consensus Episcopi diœcesarij. *c. pia mentis. c. frigentius c. considerandum. 16. quæst. 7. c. Nemo & c. nullus presbiter. de consecrat. dist. 1. c. nobis. de iure patron. tradit Calderi. in consil. vlt. eo. tit. & Abb. in consil. 89. in 1. col. in 2. vol.* Ità etiam videtur, quòd in destructione Ecclesiæ

quoq; requiratur consensus Episcopi, vt contrariorum eadem sit ratio lux. *l. 1. ff. de his, qui sunt sui vel alie. iur. & per multa simi. tradit Marta. Socin. Iun. in rubr. ff. de acquir. poss. n. 30. cum pluribu sequent.* Sed hunc consensum nec habuerunt S. nec habere potuerunt. Imò videtur, quòd non possit causa assignari, propter quam talis consensus præstari debeat, per ea, quæ habentur *in c. semel Deo dicatum. de reg. Iur. in 6.* Item etiam non est concedendum, quòd S. Ecclesiam ab antecessoribus suis fundatam, propriâ authoritate detineant, vel alijs conferant *c. consultis. de iure patro.* Ergo multo minus licuit ipsis, eam destruere. Sed ad hæc respondetur, quod si Duces P. velint vti Iure canonico, ad fundandam intentionem suam, idem ius debent seruare, in omnibus causis sub eodem genere consistentibus. At Ius canonicum vel ciuile, etiam propter talia facta, adimit ipsis Ius patronatus, de quo aliter hic non est dicendum. Ergo ex eodem Iure, destruitur illorum intentio, imo principium negatur, Vnde pro defensione S. non putamus, prætermittendum esse, quòd Duces P. ex pari causâ multa monasteria, & Ecclesias destruxerint. Et sic factum S. factis consimilibus approbauerunt, & hactenus etiam tacuerunt, per quod satis demonstratur eorum consensus, vt suprà in primo articulo deduximus, & vltra ea habetur per DD. *in l. qua dotis. ff. solu. matri. & in c. Ex parte Decani. de rescript. & in c. qui tacet. de reg. iur. in 6.* Et ideo nunc consensum declaratum, in aliorum præiudicium mutare non possunt, *Vt habetur in c. quod semel, & in c. mutare. de reg. iur. in 6.* Et satis absurdum est, Duces nolle subditos suo exemplo viuere, cùm aliàs exemplis principum approbatis rectè iudicare possimus. *de quo per Bald. in l. nemo. C. de senten. glos. in c. fin. dist. 20. & Abb. in c. afferte. de præsumpt.* Aut igitur Duces approbant factum suum, & alijs hoc probari putant, & non est rationabile; quòd propter idem factum alios excusent; Aut factum suum reprobant, & tunc æquitas suadet, quod redintegratione Monasteriorum, & Ecclesiarum, & sic exemplo contratio actioni suæ contra S. & alios, qui in pari causâ sunt, viam præparent. Cæterùm hæc modestè, & cum præfatione honoris proponenda sunt: neque nos hæc aliter, & pro causæ necessitate dixisse protestamur.

Et tantum etiam, quò ad alia Monasteria mendicantium, quæ intra ciuitatem S. sita sunt, respondisse sufficiat, ex quorum altero fecerunt Hospitale pauperum, ex altero Scholam, seu ludum literarium.

Ad tertium articulum de visitatione, quem S. illatiuè in suis responsionibus subnectunt, non facilè est nobis respondere, propterea, quòd ritus eorum, Ecclesiasticam disciplinam, & quasdam alias circumstantias ignoramus. Tamen dicemus pauca, ex quibus S. potuerunt esse resoluti.

Et in primis notum est visitationem pro subditorum salute, & vtilitate tàm Clericorum, quàm Ecclesiarum, Monasteriorum, reliquorumque locorum visitandorum conseruatione, & reformatione, cùm in capite, tùm in membris, fuisse introductam, *Iuxta not. in c. Cùm Apostolus. & c. procurationes. de censib. & c. 1. de censib. in 6. facit. c. visitandi. 18. quæst. 2.* Et visitare possunt omnes Ecclesiæ seculares, & Ecclesiarum Capitula *d. c. 1. in princ. & in §. deinde. & in §. sanè. de censib. in 6. vbi per DD.* siue sint Ecclesiæ ciuitatis, siue Diœcesis *vt in c. venerabilis. de censib. & ibi per Abb.* Et visitari quoque possunt hospitalia, Xenodochia, & similia loca pia, *vt per glos. in d. c. 1. de quo tamen latius per Feder. de Senis in consil. 48. & Abb. in c. Sopita. de censib. vbi distinguunt.* Visitare autem potest quilibet ordinarius, habens Iurisdictionem, subditos, & inferiores, *d. c. 1. §. hanc autem, de cens. in 6. arg. l. congruit. de offic. præsid. c. decernimus. 10. quæst. 1. tenet Oldra. in consil. 204. in 1. quæst. col. 2.* Quia visitatio annexa est Iurisdictioni, *vt est text. in c. Cum venerabilis, de censib. & ibi per Abbat. & in d. c. Cum Apostolus, & in d. c. Sopita. est bon. text. in c. in singulis. de statu regul.* Benè verum est, quòd Hostien. post al[illegible] *in c. Cum nuper, de cens.* vult, quòd visitari debent duntaxat Ecclesiæ opulentæ; se[illegible] tæ Ecclesiæ non sunt visitandæ regu[illegible]r, nisi quando ordinarius audit aliquid [illegible]strum, vel graue. Prædicta tamen ita s[illegible] accipienda, quod illi ordinario competat Ius visitandi, cui competit & ius administrandi.

Et cui non competit ius administrandi, ei non competit etiam ius visitandi. Visitatio enim ius significat, & quandoq; vocatur administratio, *vt not. Inno. in c. cum nobis olim in fin. de Elect. facit l. si in aliqua. ff. de offic. procons. & l. 8. C. de condit. in publ. horr. lib. 10. ità tradit Bald. in cons. 158. sub. nu. 1. in 3. parte.* Ex quibus omni[illegible]us nunc concludimus, siquidem in P. tales sunt Ordinarij, quibus competat [illegible]istratio bonorum Ecclesiæ, sicut olim competebat Episcopis. *l. sic quidam. & seq. o. quæst. 1.* Et in S. quoq, habent Iurisdictio[illegible]m, quòd illi benè poterunt eos visitare, si verò non habent tale Ius administrandi, vel in S. non habent Iurisdictionem, tunc eos visitare non possunt, *vt clarè probatur ex supradictis.* Planè, quòad Scholam illam particularem, quam S. annuatim 400. aureis vix sustentant, adhuc alia videtur ratio impeditiua visitationis.

Quia

Quia locus ille nunc priuatus est, & sumptu S. regitur, vt in simili de hospitali priuato Felin. dicit *in c. de quarta. in 2. & 4. col. de præscript.* Vnde non magis videtur posse visitari, quàm si ordinarius aliquem in domo propria visitare velit, quod nouum esset, nec admittitur, *per ea, quæ tradit Abb. in d. c. Sopita. de Censib.*

Ad quartum articulum de campanis, è turribus sublatis, ac contusis, nihil noui respondemus, quia est eiusdem farinæ, cuius sunt articuli superiores. Nam videtur quidem, habito respectu ad principium facti, quòd S. illicitè Campanas sustulerint, ex quo manus miserunt in alienum, *Contra. l. sicuti. §. Aristo. ff. si seruit. vend. cum simil.* Veruntamen attento, quod istæ duæ campanæ fuerint fractæ, ad pulsandum inutiles, Ecclesiæ non necessariæ, atq; etiam ab ipso senatu, & ciuium S. collatione prius factæ, satis videtur eorum factum excusabile, præsertim cùm senatus se offerat, casu, quo necessariæ sint plures campanæ, se tantum æris restituturum. Accedit, quòd Illustrissimi Duces sæpè S. mandauerint, vt curæ eis esset, parata habere rerum bellicarum instrumenta. Vnde credere potuerunt tale factum Ducibus non displiciturum. Et sic possunt allegare errorem suum, & credulitatem. Prætereà cùm Duces tanto tempore tacuerint, & ipsi quoq; campanas ex turribus similiter demiserint, & tormenta bellica ex ijs fieri curauerint, tacito consensu, & factis similibus. S. factum comprobauerunt, vt suprà satis ostendimus. Certè enim non magis ipsis, quàm S. de Iure hoc licuit. Et parum refert, quòd consensus Ducum non affuerit in actu S. quia sufficit, quòd verbis, vel factis accesserit post factum. *arg. c. Cura. & ibi Abb. in vlt. not. de iure patro. Calder. in consil. 6. eo. tit. pulchrè Bald. in l. quicunq. C. de bon. quæ lib. Abb. & Ioh. de Imo. in c. Cùm vos. de his, quæ fiunt à prælat. Alex. in l. 1. §. fuit quæsitum. in fin. ff. ad Trebel. Bart. in l. si autem. ff. de aqua plu. arc. Abb. & Felin. in c. edoceri. de rescript. cum simil.* Et ideò non statim S. iam citra aliquam necessitatem compellendi sunt, restituere æs inutile ablatum, quod etiam prius erat ipsorum proprium. Nam multa fieri non debent, quæ tamen facta tenent, *c. ad Apostolicam. de regul.* seu multa facta tenent, quæ tamen de nouo fieri prohibentur, *vt latè declarat Iason in l. patre furioso, col. 3. cum sequ. ff. de his, qui sunt sui, vel alie. iur.* Et ità nobis de æquitate videtur, attentâ conditione, & confusione temporum illorum, & inter eas personas, quæ sunt in pari causa.

Ad vltimum articulum de Consistorio Ecclesiastico, à Ducibus nuper [illegible]to, responderemus, (stantibus illis priuilegijs, quæ habent S. quòd nullus B. cuiuscunq; conditionis sit ad aliquod tribunal spirituale, vel temporale euocari, vel citari debeat, & in eundem sensum posteà secutâ compositione, seu transactione R. de quibus latius in informatione, ad nos missâ) quòd S. de Iure non teneantur, coràm nouo Consistorio, extra Ciuitatem suam, litigare, vel illi se subijcere. Quia princeps inferior non potest reuocare priuilegia, à se, vel antecessoribus concessa, *vt volunt Anto. de But. & Io. de Imo. in c. quæ in Ecclesiarum, vterq. col. fin. de const. Abb. in c. At si Clerici. §. de adulterijs. col. 4. de iudic. & Felin. in c. Nouit. num. 11. eo. tit. cum simil. & pulchra glos. in l. monen. C. si seruus exportan. ven. & l. neminem. C. de decur. lib. 10. vbi not. Io. de Plat. in fin.* Et hoc maximè, quia priuilegium illud per transactionem secutam sine dubio transiuit in contractum, Vnde Duces nullo modo iam contrauenire possunt, *per ea, quæ habentur in c. 1. de probat. Bald. in consil. 273. col. fin. in 2. vol. latè per Alex. in consil. 101. nu. 2. cum sequent. & nu. 12. cum sequent. in 1. vol.* Cætera, quæ S. in suis responsionibus, & informatione, ad nos missa adstruunt, aliter hîc non tangimus, quoniam in causâ pari ea satis per se consistunt. *arg. prædictorum.* Nec mouet nos allegatio Ducum, quod si S. ipsi in causis spiritualibus, siue Ecclesiasticis ios dicere non possint. Quia si hoc est verum, sequitur, quòd neq; ipsi Duces id possint, nec alijs hanc potestatem dare queant.

Fatendum est enim, quòd Duces omnem potestatem habent ab imperio. Sed ipse imperator de Iure in talibus causis, non posset se intromittere: nec intromittit. Ex quo antiquissimo Iure pertinent ad solam Romanam Ecclesiam, vel quibus ab eo datum est. Ergo nec Duces P. quia æquè sunt Laici. Et ità, quò ad ista, rursum duces, & ciuitas manent in pari causâ, quo casu potior est conditio S. qui sunt in quasi possessione eius libertatis, ne coram huiusmodi consistorio comparere teneantur. *§. commodum, Instit. de interdict. cum similibus.*

Ita respondit Nicolaus Euerhardus D. & Professor Ingolstadij;
Approbauit Iohann: Borcholten Luneburgensis.

CONSILIVM QVARTVM.

Casus.

OLIM Abbas quidam Monasterij cuiusdam, in Campis siti, à Ciuitate S. duobus miliaribus distantis, emit à Senatu dictæ Ciuitatis prædium quoddam, situm in ipsâ ciuitate, pro centum marcis paratorum denariorum, his pactis adiectis, quòd Abbas singulis annis Cameræ Ciuitatis sex marcas eiusdem monetæ, censusnomine perpetuò soluere, pristinam faciem ædificiorum non mutare, nec facere, aut pati debeat, vt illud prædium quoquo alienationis titulo ad manus Ducum P. vel ad alios perueniat, sed quòd tempore necessitatis pro Ciuitate, & in eius vsum hoc reseruatum sit, prout hæc omnia latius continentur in Copiâ Instrumenti Contractus, nobis transmissâ, sub signo H. Quæ capitula tempore Abbatum, integrè obseruata fuerunt. Postquam verò principes monasteria occupauerunt, Monachos expulerunt, gubernans tunc Dux P. etiam suprà dictum prædium occupauit, mente tamen suâ ità declaratâ, quòd velit illud vsq; ad futurum consilium administrare, saluo semper iure memoratæ Ciuitatis. Quamuis autem idem Dux cum illo spoliato Abbate posteà hac lege transegerit, quòd Abbas sæpè dictum prædium per totam suam vitam possidere, ac tenere debeat, Abbas tamen à loco recessit, & prædium in potestate Ducis mansit, nondum verò ad heredibus præscriptum est. Quæritur iam, an Ciuitatis S. possit agere ad restitutionem illius prædij, tanquam cessante causâ detentionis, vel an cogantur illud apud Duces, vsq; ad consilium futurum relinquere?

CHRISTI REDEMPTORIS nostri clementissimi Diuino implorato auxilio, In præsenti quæstione ne quid dubitasse videamur, rectà ad ipsam conclusionem accedimus, & dicimus, quòd S. prædium, de quo quæritur, de Iure possint repetere. Quod ex sequentibus medijs depræhendi potest. Inprimis pro constanti ponimus, quod is, qui rem aliquo alienationis titulo in alium transfert pacto potest facere, ne res illa perueniat ad certas personas, etiam ad Ecclesiam, *vt communiter tradunt DD. in l. si ità quis. §. eâ lege. ff. de verborum obligation.* Et quamuis per eundem textum tradant reg: quòd non propterea impediatur translatio Dominij in alium, sed quòd contrafaciens pacto teneatur ad interesse. *Vt probatur etiam in l. eâ lege. C. de condit. ob caus. vbi DD. & in c. Rayn. in versic. transferendi in alium. Vbi not. Anton. de But. extr. de testament.* Tamen prædicta regula fallit, quando quis retinuit sibi aliquod Ius in eâ re, quam prohibuit alienari. *per text. sing. in l. si creditor. §. fin. ff. de distract. pig. ità tradit Bart. in d. §. eâ lege. num. 3. & plenissimè ibidem prosequitur Iason num. 29. cum sequent. ad cuius allegata breuitatis causâ nos remittimus.* Modò clarum est, quòd Ciuitas S. in venditione dicti prædij sibi reseruauit aliqua iura, scilicet, quòd tempore necessitatis

cessitatis domus illius prædij patere debeat ciuibus, & quòd fenestræ, sicut tunc extabant, sine omni permutatione, perpetuo permaneant, Item etiam, quòd propter illud prædium quotannis Cameræ Ciuitatis solui debeant sex marcæ denariorum. Vnde videtur, quòd prædium, pro istâ pensione annuâ fuerit, & sit obligatum. *arg. l. Codicillis. §. instituto. ff. de leg. 2. & eorum, quæ tradit Iason in auth. Sacramenta puberum. num. 26. C. si aduers. vend. & Bart. Chassan. in comment. consuet. Burg. in tit. Dec. Conses. §. 4. in versic. l. heylage. per tot.* Ex quibus sequitur, quòd Dominium prædij nullo modo potuerit transire in alium.

Secundò fortius stringit alia doctrina. Nam quando tibi vendo rem meam cum pacto, ne illam alienes, tunc, si alienas, ego possum rem propriâ autoritate iterum appræhendere. *Vt est glos. not. in §. de cætero super vers. licentiam damus. in auth. vt de cætero commut. &c. col. 5. istam glos. simpliciter sequitur Angel. in l. pen. post med. ff. de pact. & Bald. in c. cæterum. in 2. col. sub num. 7. extr. de iudic. & in c. 1. §. hoc quoq; col. 4. num. 12. de success. feudi.* Et quamuis multa contradicant, *vt per Ias. in d. l. si ita quis. §. eâ lege. num. 35. ff. de verb. obligat.* tamen in eo dissentiunt, quod illa appræhensio possit fieri in Iure, hoc est, per actionem propositam, *& ita text. in d. §. de cætero. intelligit Aretin. in d. §. ea lege, in 3. col.* Cùm ergo S. cum tali pacto prædium vendiderint, ne alienetur, & Ius quoque sibi in eo reseruauerint, sequitur, quod illud iam per viam actionis possint repetere. Per fugam enim vltimi Abbatis fuit derelictum, & in manibus Ducis, quod satis dicitur esse alienatum. *l. Alienationis verbum. ff. de verborum signif.* Nec obstat, si quis dicat, istam non esse alienationem, quia Duces non prætendunt Dominium, in illo prædio, sed acceperunt solùm administrationem eius, vsq; ad futurum consilium. Quia ad hoc ità respondetur, quòd duæ causæ, ex quarum vnâ acquiritur detentatio, ex alterâ possessio, non possunt simul concurrere. *Vt est text in l. si quis ante, vbi not. omnes DD. ff. de acqui. possess.* Ergo multò minus vna causa poterit producere vtrunq; *per ea, quæ habentur in l. 2. C. de furt. & l. vbi repugnantia. ff. de. regul. iuris.* Item dicimus, quòd voluntas hominis non tantùm verbis, sed potius factis exprimitur. *l. Paulus respondit. ff. rem rat. haberi. l. reprahendenda. C. de instit. & subst. l. de quibus. Vbi glos. ff. de leg. & c. dilect. 20 vbi pulchra glos. de appellat.* Modò si principes occupauerunt monasteria, cum suis pertinentijs, ex vnâ, eademq; causâ, vnde hoc non potest in quibusdam bonis inducere detentationem, in quibusdam possessionem. Sed principes iam factis declarauerunt, vtrum horum velint, nimirum plura ex occupatis prædij Aulicis, ac ministris suis donauerunt, atq; alijs modis distraxerunt. Ergo non detinuerunt, seu administrauerunt. *vt patet in tot. tit. ff. de administ. rer. ad ciuit. pertin.* Sed intendunt possidere, & facere tanquam pro suo. *Vt l. 1. & per tot. ff. pro suo.* Vnde, cùm causa prædij, de quo quæritur, non possit à cæteris occupatis esse separata, ac diuersa, sequitur, si Duces ità id velint sub colorato titulo administrationis in effectu pro suo possidere, quòd S. de Iure non teneantur expectare aliud consilium, vel executionem consilij, iam celebrati, sed quòd nunc possint ad recuperationem prædij agere.

Tertiò non solùm pensio illa sex marcarum, sed etiam reliqua pacta, circa contractum apposita, pars sunt pretij, *text. est in l. si sterilis. §. si tibi fundum. ff. de actio. emp.* Ergo cùm pacta illa non seruentur, nec pensio soluatur, sine dubio competeret S. actio ex vendito, tanquam pretio integrè non soluto. *l. 1. & 2. C. de act. emp. & l. eâ conditione, C. de rescind. vend.* Quamuis autem eadem Iura probare videantur, quòd S. propter pacta non seruata, non possint prædium venditum repetere, seu agere ad rescissionem contractus, tamen ad illos textus potest responderi, quòd procedant, quando reperitur emptor, vel successor eius, cum quo possit agi ex vendito ad obseruationem pactorum, & solutionem residui precij, Secus est, quando nemo est, qui possit conueniri. *arg. l. Mutiana. ff. de condit. & demonst.* tunc enim res videtur posse repeti, ex quo res vendita pro pretio obligata mansit, *vt l. Iulianus. §. offerri. ff. de act. emp.* & per aliam viam venditori non sit consultum. Nam verum est, quòd non facilè concedatur rescissio contractus, seu repetitio rei, propter non solutum pretium, sed ex causâ permittitur, *vt est text. in l. vendisi. 2. C. de act. emp.* In casu autem nostro satis iustæ causæ repetitionis apparent, vt ex præmissis colligitur, Et hoc ex tacitâ conuentione, vel contrario sensu contrahentium intelligitur, *vt not. Bald. & Saliceti in d. l. vendisi.*

Quartò pro certo credimus, quòd ciuitas S. prædium illud monachis, vel alijs non fuisset venditura, nisi cum illis pactis, quæ habentur in instrumento venditionis, propter quæ pacta, & onera adiecta, prædium minoris vendiderunt, quàm aliàs valebat, *per ea, quæ tradit Abb. in c. cùm Ioannes in 3. col. & ibid. Io. de Imo. num. 4. & Felin. num. 4. extr. de fide instru.* Cùm ergo contemplatione pactorum & Iuris, quod Ciuitas S. expressè

sibi reseruauit, minoris quoq; illud prædium vendiderit, consequens est, quòd, non seruatis pactis, possit ad prædij restitutionem agere. *vt est text. ad literam in l. cùm te. & l. tempore. C. de pact. inter emp. & vend.*

Nec prædictis quicquam obstat compositio, seu transactio, facta cum vltimo Abbate, quia per illud Iuri S. nihil potuit præiudicari. *l. Imperatores. ff. de transact. l. 1. C. eod. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. cum similibus, vt ibi tradunt DD.*

Ex quibus omnibus satis apparet, quòd S. non teneantur, illud prædium in manibus Ducum relinquere, donec consilium celebretur, vel iam celebratum executioni mandetur, quia dubium est, quando illud sit futurum. Sicut ergo nemo tenetur, in dubio Ius suum indefensum dimittere, *l. illud. ff. de petit. hered.* ita quoq; in tali dubio nemo tenetur, rem, vel Ius suum apud tertium relinquere.

Præterea Dux nullam habuit potestatem, bona Ecclesiastica occupandi, nec administrandi, nec S. in administrationem consenserunt. Et posito, quòd consensissent, tamen consensus eorum fuit limitatus ad certam causam, hoc est, vsq; in consilium, quod tunc communi opinione mox futurum credebatur, & sic limitatum peperit effectum *l. in agris. ff. de acquir. rer. dom. l. qui cum tutoribus. in princip. ff. de transact. l. age cum Geminiano. l. si de certa. C. eod. tit.* Neq; S. cogitauerunt, aut cogitare debuerunt de tantá dilatione consilij, vel executionis eius super tot, & tantis rebus. Ideò, si accessisset consensus eorum, ad talem incogitatam dilationem non porrigeretur, *l. cum Aquiliana. cum ibi not. ff. de transact. l. fin. ff. qui satisd. cog. & l. fin. ff. ad municip.*

Nec obstat, si dicatur, expectandum esse aliud consilium, quia cotingente casu redintegrationis monasteriorum S. prædium illud retinere non possent. Et sic dolo faciunt, cum petant, quòd restituturi sunt. *l. Doli. ff. de except. doli. Abb. in cap. In literis. in 2. & 3. col. & ibid. cæteri. extr. de restit. spol.* Quia respondetur, quòd ista regula non habet locum in non liquidis, vel requirentibus maiorem indaginem, *de quo in l. 1. §. 1. ff. vt legat. nom. caue. Cy. in l. 1. C. de edict. Diui Adr. toll. Bart. in l. si socer. §. Lucius. ff. solu. matr. & Guido Pap. in sing. 255.* Deinde falsum est argumentum in casu nostro, Quia, cùm pacta annexa contractui tot annis non fuerint seruata, S. ex alio in repetitione prædij non possunt impediri, vt suprà deduximus.

Itá consulendo respondit Nicol. Euerhardus D. & Professor Iuris Ingolstadij; Approbauit Iohan. Borcholten Luneburgensis.

CONSILIVM QVINTVM.

Casus.

ILLustrissimus P. Dux asserit, S. quoddam priuilegium habere, quo ipsis conceditur malefactores, fures, & latrones capere, captosque in ciuitatem adducere. Verùm eos priuilegio abuti, cùm non solùm fures, & latrones, sed etiam alios capiant, qui leuiora delicta admiserunt, quemadmodum ipsi tres ex molendino quodam Ducis, vbi ipse Iurisdictionem habet, diuersis temporibus extraxerunt. Itaq; petit Dux eo nomine satisfactionem condignam, & cautionem de vlterius idem non faciendo, sed prædictum priuilegium obseruando ad literam. Ciuitas S. ex aduerso non negat se tales capere, sed existimat, se hoc facere ex priuilegio. Et quia in illo priuilegio conceditur ipsis, capere omnes pacis Violatores, quærit Ciuitas, an virtute huius clausulæ etiam eos capere, &

punire possit, qui eam pacem frangunt, quæ à Regentibus in ciuitate eis sub pœnâ amissionis vitæ mandata est, an verò sub illis verbis intelligantur tantùm ij, qui communem, & publicam pacem violant?

Et posito, quòd tantùm violatores pacis publicæ intelligantur, vtrum Ciuitas S. tueri se possit præscriptione ex immemorabili tempore, quo hactenus vigore prædicti priuilegij omnis generis malefactores indifferenter cepit & puniuit?

CHRISTI REDEMPTORIS nostri clementissimi diuino implorato auxilio. Videretur primâ facie dicendum, quòd Ciuitas S. vigore concessionis, sibi factæ à VV. quondam P. Duce, possit omnes omninò Malefactores capere, etiam eos, qui pacem sibi à Regentibus mandatam violant. Quia permisit eis Dux omnes pacis violatores ducere ad suam Ciuitatem, & qui omne dicit, nihil excipit *l. Julianus. in princip. ff. de leg. 3. l. A procuratore. C. manda. c. si Romanorum. 19. distin.* Et negari quoq; non potest, quin etiam minores Malefactores tàm publicam, quàm priuatam pacem; saltem per indirectum, vel inconsequentiam lædant. Ergo etiam illos princeps capere permittit.

Præterea si concessit capere maiores malefactores, multò magis videtur voluisse concedere de minoribus, *c. cui licet, de reg. Iur. in 6. l. Non debet. ff. de reg. Iur. & vtrobiq; plenè not. & in simili est text. expressus in c. Ex parte. col. 3. ext. de decim. cum simil. vt ibi in gloss.*

Præterea ista concessio de malefactoribus capiendis processit ex beneficio principis, & ideò tàm de maioribus, quàm minoribus intelligenda videtur. Quia beneficia Principum sunt latissimè interpretanda, etiam contra ipsum principem, *l. fin. ff. de constit. princip. & Cum dilectis. de donat. c. Cum olim tibi. de verb. signific. cum similib.*

Quibus tamen, & similibus non obstantibus, contrarium videtur negocio præsenti, & Iuri magis consentaneum. Quia ex concessione præfati Ducis manifestè apparet, quòd nullum habuerit respectum ad illam pacem, quæ à Regentibus ciuitatis mandatur, sed tantùm ad communem, & publicam pacem, Et eodem modo, quod virtute dictæ concessionis, non possit ciuitas in partibus R. capere minores malefactores. Quia scriptura concessionis habet suos limites, eosq; probat, sed non vltra. Et ideò, quod scriptura non dicit, nec nos dicere debemus. *Bald. in c. Rodulphus. de rescript. & in c. Venerabilem, de elect. l. ad probationem. C. de proba. DD. in l. lecta. ff. si cert. pet.*

Secundò in prædictâ concessione prius aliqui malefactores sunt expressi, nimirum quod liceret Ciuitati S. capere omnes notorios, & manifestos latrones, fures, traditores, incendiarios, depopulatores, & deinde subiectum est, & omnes pacis violatores.

Ex quo apertè deprehenditur, quòd senserit tantùm de publicæ pacis violatoribus, & ijs, qui atrociora crimina patrârent. Quia generalitas verborum sequentium debet declarari à prius specificatis; & copulatiua dictio repetit qualitatem præcedentis extremi in sequenti *l. fin. §. Cui dulcia. ff. de trit. vino, vel oleo leg. & l. Seia. §. Cato. ff. de fundo instrument. cum simil.*

Nec contentus fuit simpliciter dicere latrones, fures, &c. sed addit, omnes notorios, & manifestos latrones, &c. ità vt facilè appareat, Ducem concedentem diligenter specificasse, & denotasse, de quibus ipse intelligeret. Præterea etiam ex finalibus verbis concessionis idem videtur posse colligi, dum dicit, iudicando super ipsos, iuxta sui delicti qualitatem, secundum quod rigor, & ordo Iuris requirit. His verbis videtur significare tantùm maiores malefactores, expressos in concessione, quos ex rigore Iuris, *hoc est*, pœnis, in Iure determinatis, affici voluit, prout digni sunt, cùm alias, præsertim quò ad minores malefactores pœnæ sint arbitrariæ. *l. Respiciendum. l. Hodiè. ff. de pœnis. tradit Bald. in l. Et si seuerior. C. ex quibus causis infam. irrog. & Paul. de Cast. in cons. 328. col. 2. in 2. vol.*

Deniq; dicimus, dato etiam, quòd ista concessio processerit ex beneficio principis, tamen, quia emanauit ad postulationem Ciuitatis, strictè debet interpretari. *l. si quando, C. de oper. pub. secundum alium intellectum, ad illam l. & tradit Angel. in l. fin. in 1. col. ff. de constit. princip. Ioh. Andr. in c. 2. ad fin. de immunit. Ecclesi. & eadem Abb. in pen. col.* Et nunquam præsumitur concessio facta motu proprio, nisi in rescripto exprimatur. *c. si motu proprio, de præbend. in 6. tradit Iason in l. 3. numer. 3. ff. quod quisq; iur.*

Sed magis est in casu nostro, quòd sit priuilegium, prout ipsamet Ciuitas fatetur, quòd de sui naturâ strictè est interpretandum *l. si quando, C. de inoff. testamen. not. Archid. in c. frater 16. q. 1. gloss. magist. in c. 2. de constitut. in 6. Bald. in l. quæ ex relationibus. C. de legibus.*

Et inter priuilegium, & beneficium principis magna est differentia. *pro vt latè tradit Iason in d. l. fin. num. 25. cum sequen. ff. de constitut. princip.*

Ex quibus concludimus, quòd virtute supradicti priuilegij Ciuitas S. tantùm possit capere malefactores, in eo expressos, & publicæ pacis violatores.

Licet verò ità concludendum videatur, tamen negari non potest, quin res sit dubia. Ex quo pendet de voluntate concedentis priuilegium, cuius animum non videmus, *vt in simili tradit Bald. in l. precibus, in 2. col. C. de impub. & alijs subst. & Maria. Soci. Iun. in consil. 85. num. 1. in 1. parte.*

Vnde intelligi potest, fundamenta pro duce adducta non omninò necessariò concludere, quia variæ sunt voluntates hominum. *l. Quia poterat, ff. ad S.C. Trebell.* Et ideò pro parte Ciuitatis adhuc instari posset de iure, dicendo, quòd animi, ac mentis nostræ non sit maius testimonium, quâm qualitas inspecta verborum, *vt Bald. inquit in l. generaliter. post princip. C. de non nu. pec. & in c. In literis. in 5. notab. de rescript. & idem in l. sed & reprobari. ff. de excus. tut. dicit*, quòd ex loquela hominis eius animus iudicetur, modò si rectè inspiciantur verba priuilegij, apparebit animum Ducis concedentis fuisse, quòd dictæ Ciuitati liceat capere omnes malefactores, quia concedit ipsis capere omnes pacis violatores, quæ verba apta sunt compræhendere etiam minores malefactores. Quia vniuersalis dictio ad omnia applicatur, nisi ad ea, ad quæ non potest applicari. *l. Inter omnes. ff. qui satisd. cog. l. qui autem. ff. de constit. pec. c. ad aures, & ibi not. ext. de præscript.* Item quia sub dictione vniuersali compræhenduntur etiam maiora expressis, *secundum Domi. de S. Gemin. & alios communiter in c. Cùm in multis. de rescriptis in 6.*

Ergo multò facilius comprehenduntur minora *per tex. in d. c. ex parte. el. 3. de decim. cum simil. suprà citatis.*

Item, si non constaret ex his de animo concedentis, recurrendum esset ad verisimilitudinem, *l. Insulam l. si stipulatus. ff. de vsur. c. Inspicimus. de reg. Iur. in 6. & ibi plenè. not.* & certè verisimile est, attenta dignitate concedentis, quòd voluerit concedere facultatem capiendi omnes malefactores etiam minores, ex quo per eos quoq; saltem indirectè pax publica violatur. Deniq; attendendum est, quòd istud priuilegium S. sit valdè antiquum, videlicet concessum de Anno 1325. Et planè videtur, quòd intelligendum sit secundum titul. *de pace tenenda & eius violatoribus, in vsib. feud.* Vbi est constitutio Imperialis, in quâ longè plures appellantur pacis violatores, quam in priuilegio S. exprimuntur. Vnde illa verba priuilegij, Et omnes pacis violatores, interpretari debent ex præalleg. tit. in quo etiam habetur de alijs, & quidem minoribus malefactoribus, qui tamen pacem violare dicuntur, *pro vt ibi etiam not. DD. per discursum.* Posito ergo, quod in dictis verbis priuilegij esset quædam obscuritas, vel ambiguitas, tamen ad intellectum Iuris communis reduci deberent, *c. cùm dilectus, de consuet. l. 2. C. de noxa. l. omnes populi. ff. de iust. & Iure. & tradit Petr. de Ancha. in cons. 331. Incip. visis. n. 10.* & consequenter interpretandi ex præalleg. tit. *de pace tenend. & eius violator. cum ibi not. per DD.* Accedat, quòd etiam priuilegia principum, dum tangunt iura concedentium, debent latissimè interpretari, *vt Magister docet Inno. in c. cùm dilecti, in fin. de donat. Bald. in l. Nec auus. C. de emancipa. lib. & Iason. in d. l. fin. n. 28. ff. de constitut. princip.* præsertim cùm verba priuilegij sint tàm plena, & lata, vt non benè restringi possint, *vt tradit Ang. in d. l. fin. in 3. col. & Anton. de Butr. in c. olim. col. 2. de verb. signif.* Et istam partem credimus æquiorem, & fortè etiam veriorem.

Ad secundam quæstionem, anne Ciuitas illa possit se tueri præscriptione immemorabilis temporis, quo hactenus omnes malefactores indifferenter in illis partibus capi fecit, ac puniuit.

Videretur primâ facie dicendum, quòd non. Nam licet Iurisdictio, & merum, & mixtum Imperium præscriptione possunt acquiri, secundum communem opinionem, *pro vt cumulatissimè allegat Iason in l. Imperium. sub n. 20. col. 8. ff. de Iurisdict. omn. Ind. & Ioh. Fran. Balb. in tract. suo præscript. in 2. parte 5. partis princip. quæst. 3. ad quorum alleg. breuitatis causa nos remittimus.* Tamen Anton. de Butr. *in c. Cùm contingat, col. 5. ext. de foro compet.* hoc limitat, vt procedat in habente castrum, vel territorium, & quo ad sibi subditos tantùm, non quò ad alios; & sic in forenses non posset illa exercere, etiam in loco sui territorij, quam limitationem sequitur Roma. *in l. 1. §. deniq. col 2. ff. de aquâ plu. arc. & cum ijs transit Iason in d. l. Imperium, col. 9.* Ergo multò minus valebit præscriptio, quòd ciuitas S. omnes malefactores indifferenter possit capere, in partibus R. & sic non subditos. & in territorio prorsus alieno.

Sed breuiter contrarium verius est, & suprà dicta limitatio non est vera, vt ostendit Baldus loco proximè citato, *num. 3. plures contra eam tenentes allegans, vbi videndum est.* Et sic etiam argumentum corruit.

Quòd autem ciuitas possit iuuari præscriptione suâ, hoc ità potest probari. Primò quia

videmus,

videmus, quòd præscribi potest Ius pascendi in agro alieno, *vt plenè per Capol. in tractat. de seruitut. rust. prad. sub rubr. de seruitut. Iuris pascendi.* Item Ius aquæ ducendæ ex aquâ publicâ, vel priuatâ, & per fundum quoq; alienum, *vt plenè per glos. & DD. in l. 2. C. de seruit. & aqua.* Item præscribi potest Ius lignandi, seu boschandi in Syluâ alienâ, *vt late per Corne. in consil. 293. num. 3. 4. 15. 16. & 17. in 3. vol. & multa alia similia.* Ergo eodem modo videtur præscribi posse ius capiendi malefactores in territorio alieno.

Secundò videmus, quòd loca publica, quæ etiam sunt in vsu publico, velut est mare, & Iurisdictio quoq; in eis, præscribi possunt, saltem per tempus, cuius initij non extat memoria, *l. vsum aquæ & l. diligenter. C. de aqua duct. lib. 11. l. Sanè. vbi glos. Barto. & alij. ff. de iniur. & in l. 1. C. de classicis. lib. 11. & Angel. in l. fin. ff. de vsucap.* Ergo videtur, quòd multò magis præscribi possit Dominium, vel quasi Iurisdictionis, seu Iuris capiendi malefactores in territorio vicino alterius. Maximè in casu nostro, vbi Ciuitas S. in partibus R. capi fecerit per tempus immemorabile omnes malefactores indifferenter, scientibus, & patientibus Ducibus P. Nec enim ignorare poterant. Vnde concurrit hoc casu simul, & semel præscriptio, & concessio. Nam in actu præscribendi tacita concessio patescit, *vt in simili tradit Angel. in d. l. sanè, in 1. col. ff. de iniurijs.*

Tertiò facie, quod voluit Ioh. Andr. & Archid. *in c. Cum Episc. de offic. ord. in 6.* Vbi dicunt quòd ex consuetudine, seu præscriptione possit competere Archidiacono, seu prælato inferiori ius audiendi quascunq; causas in certâ parte diœcesis (& sic in diœcesi, seu territorio alieno) itâ quòd Episcopus non possit ibi constituere Officialem. Idem voluerunt Domini de Rota in quadam decisione, *allegant. c. auditis. & c. Cùm olim. de præscript. c. quicunq. 16. q. 3. c. dilectus. de offic. ord. c. Accedentibus. de excess. prælat.* Et dicunt, hoc procedere etiam in capitulum, vt possit præscribere contra Canonicos singulares, & alios beneficiatos, vt possit eos incarcerare, excommunicare, & alia facere, quæ sunt meri Imperij, *ad quod facit c. dilecti. de sentent. excommun. in 6.* Et itâ concludunt, quòd inferiores prælati possint præscribere ea, quæ aliàs pertinent ad potestatem Episcopi, tàm respectu legis Diœceranæ, quàm respectu Iurisdictionis. *Ista dicta refert, & sequitur etiam Abb. in c. Cùm contingat. num. 11. & 12. ext. de foro comp. & ibidem Andr. Barba. col. 17.* Ergo non est mirum, si etiam Ciuitas possit præscribere tale Ius, vt ex certis partibus aliorum capere possit quoscunq; malefactores, & eos ducere ad Ciuitatem suam, vbi habet Tribunal suum, *ad quod faciunt etiam not. per Bald. in l. Imperialem. §. fin. nu. 23. de prohib. feu. alie. per Frideri.*

Quartò efficaciter probatur hoc modo. Certum est, quòd priuilegio potuisset concedi S. quòd malefactores omnes potuissent capere in illis partibus, in quibus hactenus indifferenter ceperunt, & ad ciuitatem deduxerunt. *l. Et quia. cum ibi not. ff. de Iurisd. omn. Iud.* prout de facto, & de Iure ipsis concessum fuit priuilegium de capiendis maioribus, & pacis violatoribus.

Deinde quoq; certum est, quòd consuetudine potest introduci, quòd vnus Magistratus in alieno territorio possit exercere Iurisdictionem, *l. 3. §. fin. ff. de testibus. c. vt litigantes. in fin. de offic. ord. in 6. not. Bald. in c. 1. num. 1. ext. de testib. cog. & Iason in l. fin. num 18. ff. de Iurisd. omni. Iud.* Ergo etiam præscribere potuit Ciuitas S. quòd licitè capiat omnes malefactores in illis partibus, de quibus est quæstio. Nam regulariter, quidquid est quæsibile priuilegio, illud quoq; quæsibile est consuetudine, vel præscriptione, *c. duo simul. de offic. ordin. c. Nouit. de Iudic. c. cùm contingat. de foro compet. tradit Card. Zab. in dem. 2. §. fin. num. 3. in 2. quæst. de relig. domi. Felin. in c. Accedentes. num. 6. de præscript. Oldra. in cons. 172. Incip. Quia omnes. nu. 1. & Dec. in consil. 573. nu. 4. in 4. parte.*

Et licet ista regula non semper vera sit, *vt est gloss. Magist. in c. Catholica, 11. distinct. & ibi plenè DD. Abb. in d. c. Accedentes, num. 3. & plenè ibid. Felin. num. 6. cum sequentib.* tamen in casu nostro nihil eorum obstat, vt ibi videre licet. vnde argumentum est validum.

Quintò ad idem in terminis adducimus decisionem Bald. *in l. fin. nobis colum. 5. vers. fallit. est sub 15. oppos. C. de edi. Diui Adr. toll.* Vbi loquitur de præscriptione, & quòd iustus error habeatur pro titulo, &c. Et deinde subiungit ista verba formalia: Fallit, quando quis vult præscribere aliquam Iurisdictionem in territorio alieno, *vt c. ad decimas. de restit. spol. in 6.* Nam qui in alienum immittit falcem, præsumitur facere malâ fide *l. fin. C. vnde vi.* Et quod certis personis, & Magistratibus à Iure est assignatum, alij scire debent, sibi esse negatum, *argumen. l. consulta diualia. C. de testam.* & quia Iurisdictiones, & dominia æquipatantur, *l. qui furere. ff. de statu hom.* Et itâ expressè decidit Bald. quòd bene possit præscribi Iurisdictio, etiam in territorio alieno, sed quòd requiratur titulus, Cùm Ius commune resistat, *vt d. c. ad decimas. quam decis.* refero

refert & sequitur Feli. in c. si diligenti, num. 11. in fin. de praescript. & Ioh. Franc. Balb. in tracta. praescriptis 2. parte 3. partis princ. quaest. 6. nu. 15. Ex quibus liquidè infertur, quod Ciuitas S. potuerit praescribere, vt sibi liceat etiam in alieno territorio capere malefactores.

Nec obstat, si dicatur, Baldi decisionem, & superiorem quoq; intelligendam esse in simplici Iurisdictione, sed capere malefactores esse imperij. Quia hoc falsum est, quod colligitur ex eo, dum Bald. dicit aliquam Iurisdictionem, & sic denotat speciem habens respectum ad genus. Praeterea si praescribi potest Iurisdictio, Ergo etiam imperium, quod est species Iurisdictionis.

Nam cùm genus permittitur, Ergo quaelibet species permissa videtur, nisi inueniatur prohibita. *l. Nec non. ff. ex quib. caus. maior. l. ab ea parte. ff. de probat. l. si chorus. ff. de leg. 3.* Et hoc non est extendere, sed excludere & praedicare, *vt l. Imperium. ff. de Iurisd. omn. Iudic. ità in terminis dicit Bald. in repetit. l. 1. C. de emancip. liber. quae est posita in calce lib. 8. super. C. nobis in 4. & pen. col.* Solum manet dubium quia videtur, quòd S. non habuerint titulum. Sed hic breuiter respondetur, quòd imò habuerint titulum ex supradicto priuilegio, cuius vigore iustè potuerunt credere, sibi licere capere omnes malefactores. Etsi dicatur, quòd hic errauerint in iure: sed Iuris error non prodest in vsucapionibus, vel praescriptionibus. *l. nunquam. ff. de vsucap.* Respondemus, quòd hoc procedat, quando ius est clarum, & indubitabile: Secus vbi dubium est, & multipliciter intelligibile, quia tunc procedit praescriptio, *vt not. Abb. in c. cùm dilectus in verb. constitutum. ext. de consuetud. & sequitur Paul. de Castr. in l. Celsus. ff. de vsucap.* Sed satis patet ex argumentis suprà pro, & contra formatis, quòd dictum priuilegium non satis fuerit clarum. Ergo Ciuitas benè potuit praescribere. Imò videtur, quòd ex parte Ciuitatis tantum versatus sit error facti, ex quo crediderunt Ducem ità sibi concessisse, omnes malefactores, & omnes pacis violatores capere. Error autem facti probabilis in vsucapione habetur loco tituli. *l. non solùm. §. quòd vulgo. ff. de vsucap. & not. Dyn. in c. professor, de reg. Iur. in 6.* Et in terminis nostris, quando praescriptio est contra Ius, ità quòd requiratur titulus, *iux. d. c. dicit ad decimas, de restitu. spol. in 6. dicit Bald. expressè in l. si solennibus. ad fin. C. de fide Instrument.* Benè tamen confiteor *(inquit)* si titulus non esset vsquequaq; sufficiens, & esset error facti, non Iuris, quòd reciperet supplementum à praescriptione.

Quibus ità stantibus videtur, quòd Ciuitas S. praescripserit illud Ius capiendi malefactores communi tempore ad praescriptionem statuto. Nam vt Iason, *in d. l. Imperium, num. 22. ff. de Iurisdict. om. Iud.* concludit, si agatur de mero, & mixto Imperio praescribendo contra Imperatorem praesentem, scientem, & patientem, quòd sufficiat tempus decem annorum, *per text. in l. Viros. cum glos. C. de diuers. offic. lib. 12. & dicit ità esse magis communem sententiam. DD. quam vltra ipsum pluribus authoritatibus comprobat Balb. in d. tracta. praescript. in 2. parte 5. part. princ. quaest. 3. num. 5. ad quas breuitatis causa nos remittimus*, Vtiq; enim Duces P. praesentes fuerunt, quia non fuerunt extra prouinciam, & vtiq; etiam sciuerunt, quia vix possibile est, quòd ignorauerint. Et dato, quòd ipsi ignorauerint, fuerunt tamen Officiales eorum, quod sufficit, *vt tradit Card. Imo. & Abb. in d. c. cùm contingat, de foro compet. Arett. consil. 154. Incip. consultatio proposita. Alex. in consil. 6. in 1. vol. Ias. in d. l. Imperium, & Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. super verb. cum mero, & mixto Imperio, col 3.* Item & tertiò, quòd Dux, etiam eius Officiales passi fuerint malefactores capi, res ipsa demonstrat, nec probatione eget.

Ergo concludendum est, quòd nedum tempore immemorabili, sed communi tempore Ciuitas S. praedictum Ius capiendi malefactores praescripserit. Et hoc maxime videtur tolerabile, cùm prius habuerit in suo territorio Imperium, & Iurisdictionem, & vigore priuilegij antedicti potuerint maiores malefactores in locis controuersis capere, & sic longè facilius procedere potuit praescriptio, quò ad minores, & omnes malefactores indifferenter: quia in habentibus Symbolum facilior est transitus. *l. in rem. §. Item quacunq. ff. de rei vend.* Quae omnia tantò magis procedunt in casu nostro. Ex quo hic tantùm videtur agi de sententiâ, & interpretatione priuilegij, quae capi debet ex his, quae consueta sunt fieri. *arg. l. si de interpretatione. ff. de legibus.*

Et posito, quòd ista non satis releuent, tamen indubitanter se tueri potest Ciuitas ex praescriptione immemorabilis temporis. Nam vt ex supradictis patet, nihil in casu nostro obstat, quàm titulus, ex quo praescriptio fuit in territorio alieno, & sic contra Ius.

Sed huic difficultati adhuc aliud paratum est remedium. Praesupponendo enim verum esse, vt in casu narratur, scilicet, quòd Ciuitas S. ab immemorabili tempore omnes malefactores indifferenter in illis partibus controuersis capi fecerit, planè ambigi non debet, quia Ciuitas illud Ius praescripserit, *per text. expressum in c. 1. vbi omnes DD. not. de praescript.*

præscripti. in 6. Vbi dicitur, quòd etiam præscriptio contra Ius, siue alio titulo per tantum tempus procedat, nec [illegible] rum, quia tantum tempus, cuius initij non extat memoria, habetur loco tituli, legitime constituti. *l. hoc iure. §. ductus aquæ. & ibi gl. ff. de aqua quot. & æsti.* & de effectu tanti temporis vbiq; clamant Iura, & Doctores, & superfluum est, plura hic allegare, cùm adsit text. ad literam expressus. Nec curandum est, hic de scientiâ, & patientiâ superioris, quia data possessione, vel quasi tanti temporis, cuius initij non extat memoria, talia non requiruntur. *vt per Alexand. in d. consil. 6. col. pen. in 1. vol. Ias. in d. l. Imperium, vbi suprà latè Felin. in c. cum nobis. col. 1. & 2. ext. de præscript. & Dec. in consil. 8. fol. nu. 2. in 1. parte.* Vbi etiam in proposito nostro de præscriptione Iurisdictionis cumulatè allegat.

Ex quibus omnibus nunc concludimus ciuitatem S. quò ad captionem malefactorum indifferenter esse tutam.

Itá respondit Nicolaus Euchardus D. & Professor Iuris Ingolstadij.
Approbauit Iohan. Borcholten Luneburgensis.



CONSILIVM SEXTVM.

CHRISTI REDEMPTORIS NOSTRI CLEMENTISSIMI Diuino implorato auxilio.

Casus.

INter Illustrissimos principes I. A. & V. fratres, Duces N. &c. Et ipsar. Celsit. Ciuitatem R. compromissum super octo, vel nouem articulis, seu quæstionibus, ad certum modum G. initum est, vt formaliter in eius copiâ vidimus. Contingit nunc dubium, si principes extranea quædam, ad quæ verba compromissi se nō extendunt, suis actionibus misceant, quid Ciuitati hoc casu faciendum sit, ne inde periculum aliquod sibi creetur?

REspondemus breuiter, citra disputationem, ad partes, quæ in isto casu magis confusionem, quàm claram resolutionem facerent: Quamuis arbiter non possit sententiam dicere, nisi super illis rebus, articulis, aut controuersijs, de quibus est compromissum, *c. cum dilectus. 6. ext. de arbitr. l. non distinguemus. 37. §. de offic. & §. sequent. vers. Nam sententia & in fin. eiusdem. l. ff. de arbitr. cum simi. qui in illis locis notatur. & per Roffred. in sabba. quæst. 41. num. 2. pulchrè declarat Angel. in l. cum Aquiliana. ff. de transactio. quem sequ. itur Laufran. de oria. in tract. de arbitr. in 3. parte quæst. 9. n. 14. & Caccialup. in tract. de transact. q. 1. ast. 18. nu. 7.* Si vero arbiter res, in compromissum deductas, egrediatur, tunc ex defectu potestatis, sententia, vel laudum emologatum est nullum. *per text. in c. examinata. ext. de confirm. vtil. vel inutil. tradit Bald. in tit. de pace constant. col. 19. super vers. sententia quæq; nu. 2. Roma. consil. 1 5. num. 4. Alex. consil. 45. num. 9. & 10. volum. 7 Corn. consil. 144. num. 10. vol. 1. & cons. 125. num. 7. volum. 2. Socin. Iun. consil. 65. num. 6. & latius cons. 77. num. 75. vol. 1. latè quoq; Paris. cons. 24. num. 100. & seq. vol. 2. & Alciat. responsa. 285. num. 4.* Attamen, si apud compromissarium, alia quædam, extra compromissi tenorem fuerunt deducta, & examinata, siue à partibus prosecuta, omnino poterit super illis pronunciare, neq; tunc Laudum erit nullum: probatur ex illâ regulâ, Quòd voluntas non tantùm verbis, sed magis etiam factis declaretur. *l. Paulus respondit. ff. rem rat. habe. l. reprehendenda. C. de institut. & subst. l. si pater. ff. de adopt. l. de quibus, & ibi glos. in vers. facitur. ff. de legib. c. dilecti. 2. vbi etiam pulchra glos. ext. de appellat.* sed ex ipso facto prosecutionis voluntas partium compromittentium datur intelligi, quòd velint super prosequutis pronunciari, ne actus illorum sint frustratorij, quod non est præsumendum, vel interpretandum. *l. quoties. ff. de reg. Iur. l. non cogendum. §. Sabinum. ff. de procur. l. hac stipulatio. l. dimus. ff. vt leg. nom. caue.* Ergo etiam arbiter super illis rectè poterit sententiam dicere.

Ad idem

Ad idem in fortiori facit, quod pulchrè tradit Petr. de Ancha. *in consil. 261. num. 1.* si aliquis non præcedente compromisso coram Titio produxit petitionem suam, tanquam coram arbitro, petens Reum condemnari, & vice versa, Reus oppositis exceptionibus, se absolui, quod ex hoc satis eum pro arbitro elegerint, cùm, qui velit consequens, vtiq; etiam antecedens necessarium velit, sine quo ad illud proueniri non potest, *arg. l. illud. ff. de acquir. hered. l. ad legatum. l. ad rem mobilem. ff. de procur. c. quo iure, 8. distinct. c. Cum super. ext. de offic. delegat.* Nec potest deinde pars opponere, quod compromissum non processerit. *vt per Ancha. ibi.* Similiter dicit Angel. *in l. sciendum. num. 4. ff. de verb. oblig.* si arbiter tulit sententiam, partibus præsentibus, & non contradicentibus, quòd fiat executio laudi. Licet aliter de compromisso non constet. Satis enim est, vt adsit consensus partium expressus, vel tacitus, à quarum voluntate pendebat, permittere illi arbitrium. *arg. l. optimam. C. de contrahen. stipul. & l. cùm aliquis. Cum ibi not. C. de iure delib. & hoc latius, & notab. declarat. plura allegans. Corn. in cons. 175. ad num. 6. & post nu. 11. vol. 2. ad quem recurri potest.* Ergo multò magis tacite potest prorogari compromissum ex facto persecutionis vltra articulos, in compromisso expressos. Quia facilius iuuatur, & extenditur aliquid, quàm de nouo inducitur. *arg. l. patre furioso. ff. de his, qui sunt sui, vel alieni iuris. l. 1. §. si quis ædificium. ff. de ope. no. nunc. l. fin. ff. quod cum eo, &c. iuncta l. filius familias. §. tutus. ff. de procur. cum vtrobiq; not. & per Inno. in c. quamuis, ext. de re iudic. cum alijs concord.* Præterea videmus, quando aliquis habuit à me mandatum limitatum, & posteà, me sciente, & patiente, incepit porrigere manus vltra limites mandati, Quod ego videar illi prorogare potestatem datam. *Ità not. per glos. & DD. in c. cùm olim. Abb. super ver. protinus contradixit. ext. de offic. deleg. Et in c. fin. de iureiur. in 6. cum simil. multis, ad hoc citatis per Alex. in cons. 84. à princ. vol. 5. inde ad ipsos terminos nostros inferentem,* Licet sub verbis compromissi, ab initio facti non compræhendatur aliqua quæstio, quæ posteà fuit deducta in iudicium, tamen si partes posteà super eâ litigent, quòd videantur compromissum prorogasse, & consensisse, vt arbiter super eâ pronunciet.

Quamobrem, ne pars compromittens sibi in illis extraneis præiudicet, consilium est, vt protinus contradicat, neq; super illis respondeat, neue illa prosequatur, quo facto, nihil est ei timendum. *per ea, quæ superius allegata sunt. Et ita apertè sentit Alex. in iam citato cons. 84. ante num. 7. vol. 5.*

Comprobatur, quia compromissum est stricti iuris, & verba eius quoq; strictè intelligenda. *c. cùm olim, ex. de donat. Alex. con[illegible] num. 4. vol. 2. Soc. Sen. cons. 70. num. 1. vol. Paris. cons. 24. num. 99. vol. 2. Et Zas. cons. 12. num. 44. & cons. 16. num. 74. lib. 2.* Itaq; compromissum etiam, habens amplissimas clausulas, non porrigitur vltra eas res, vel articulos, qui in eo sunt expressi, *vt copiosè per Corn. cons. 168. nu. 5. cum sequ. vsq; ad finem. vol. 1.* Quinimò etiam, si compromissum sit iuramento vallatum, tamen adstringitur ad specificata in compromisso, nec trahitur ad extranea, in quibus non adest promissio, nec consensus, cum Iuramentum ista non suppleat. *Ita Paul. Cast. in cons. 122. n. 4. vol. 2. Alex. cons. 48. nu. 10. vol. 7. Paris. cons. 45. n. 27. vol. 1. Alciat. cons. 420. n. 4. Roland. à Valle, cons. 28. n. 36. vol 4. cum simil.* Itaq; non referret etiam, si quis generalia quædam verba compromissi ponderare velit. Nam compromissum, quantumcunq; generale, non extenditur vltra deducta in litem, quæ etiam ab vtraq; parte prosecuta sunt. *l. de rebus. vbi Bartol. & alij & l. si cùm dies. §. plenum. ff. de arbitr. in specie ponit Soc. Sen. cons. 220. ante num. 3. vol. 2. Paris. cons. 5. num. 19. & copiosius in cons. 24. num. 132. & 134. vol. 2.* Et quicquid vltra definit arbiter, nullum est, cùm careat potestate, *vt superius plenè allegauimus.* A quâ tamen regulâ excipimus ea, quæ articulis, in compromisso expressis, connexa, vel dependentia sunt, vel sine quibus arbitrium expediri non potest. *Ità est glos. in d. c. Cùm dilectus, in verb. nisi de his. in princ. ext. de arbitr. & ibidem Inno. & Abb. notab. col. 4. ante med. Anton. de Butr. in c. nisi essent. de prabend. Soc. Sen. cons. 121. post. num. 5. vol. 3. & Gozad. cons. 98. num. 17. cum concord. vt per eos.* Super quâ re non insistimus, neq; declarationem vllam adijcimus, cùm ea, quæ fortassis principes intermixturi sunt, & ignoremus, nec diuinare possimus.

Extra illa vera connexa, & dependentia manet conclusio suprà facta, nempe vnicum consilium esse pro Ciuitate R. vt quamprimum animaduertat aliqua extranea, præter tenorem compromissi, in actiones deducta esse, vt pareat nihilominus in reliquo compromisso, sed hæc extranea non modò minimè ex parte suâ in causarum processu prosequatur, verùm etiam illis expresse contradicat, cum protestatione, de non consentiendo in illa, vel alia, præter specifica[illegible]a. Et illam protestationem non semel tantùm, sed toties repetat, quoties ex parte suâ aliquid faciendum, aut producendum erit, ne videatur vllatenus consensum præstitisse, *per ea, quæ post alios copiosè not. Felin. in c. Cum M. Ferrariensis. num. 67. & 68. ext. de const.* E[illegible] secund[illegible]m istud sequetur ille effectus, quem suprà lat[illegible]s deduximus.

duximus. Nec ad rem pertinet, quòd Camera Imperialis ex ipsâ transactione aliàs debeat Iudex esse in omnibus causis, de quibus principes memorati volent conuenire Ciuitatem ità vt [illegible] ferat, etiam si plures alios articulos admiserint, cùm idem futurus sit Iudex &c. Quia vtcunq; ex transactione [illegible] ibi conuenienda sit, tamen non adstringetur ad arti[illegible]los compromissi, quò ad terminos, & quò ad pœnam, sed vtetur ordinario cursu Iudiciorum, quod satis magnum commodum est. Ideo datâ tàm manifestâ disparitate, non potest eadem esse ratio. Sed compromissum strictè accipiendum est, vti prædiximus.

Decanus, & cæteri Dd. Facultatis Iuridicæ in Academiâ Ingolstadiensi; Approbauit Iohannes Borcholt[illegible] Luneburgensis.

CONSILIVM SEPTIMVM.

Casus.

CHRISTI REDEMptoris nostri Clementissimi diuino implorato auxilio. In causâ compromissi inter Illustrissimos principes fratres Dn. I A. & Dn. V. Duces N. &c. & ipsar. Cels. Ciuitatem R. super eo, quod quæritur, vtrum ciuitas intra terminum, in compromisso designatum, hoc est, intra quatuor menses teneatur ad actiones exhibitas respondere, & defensiones suas opponere, an verò, quando impossibile erit ciuitati, responsiones, & defensiones suas intra quatuor menses formatas exhibere, ei tantum temporis spacium ad respondendum, & formandum defensiones dari debeat, quantum Illustrissimi principes ad formandas actiones suas sumserunt, nimirum integros annos duos, & aliquot menses, intra quod tempus plenissime se instruxerunt?

[illegible] Ideretur dicendum, quòd tantundem temporis ciuitati concedendum sit. Nam quod Illustrissimi principes in suâ personâ æquum esse putauerunt, id in aliis aspernari non debebunt. *l. 1. & per tot. [illegible] quod quisq. Iuris.* Item, actor non debet e[illegible]is conditionis, quàm Reus, præsertim quo ad dilationes. *l. petendi C. de temp. in integ. rest. [illegible] vbi DD. & in l. fin. ff. de fer. l. non debet actori. vbi Dec. Cagnol. & alij ff. de R. I. & non licet de R. I. in 6. vbi Dyn.* Et absurdum esset, terminum compromissi in vnius personâ ratû esse, in alterius non, *vt in simili ait tex. in d. l. si cùm dies. §. pen. in fin. ff. de arbitr.* Ex quo traditû est, quòd compromissum non debeat claudicare, *vt per Nepot. à monte Albano in tract. excep. art. 4. n. 2. & latius Io. Bapt. in tract. de arbitr. lib. 2. cap. 4. n. 10.* Hinc quoq; dicitur, quòd inter compromittentes non possit, aut debeat esse diuersitas obligationis, vt vna pars magis obligetur ad obseruantiam, quàm altera, *de quo per Spec. in tit. de arbitr. §. fin. n. 47. Petr. de Ancharan. cons. 1. prope fin. & Abb. in c. fin. in fine extr. de arbitr.*

Sed profectò hæc, & similia, quæ, si expediret, latè deduci possent, nihil in proposito nostro obstant. Quæstio enim apertè decîditur in illo vers. compromissi. Könte auch der ein/ oder ander theil mit seinem setzen/ oder gegensetzen zeitlicher dann in vier Monaten jedes termins fertig werden/ so sollen die Compromissarij macht haben/ solchen terminum ex officio zu kürtzen/ so wol als sie auch macht haben sollen/ ex iustâ causâ delationem, vel prorogationem termini, dem einen oder andern theil zugeben. Quibus verbis conuentionis nulla imponitur necessitas Directoribus, vt æqualitatem terminorû seruent, sed totum hoc arbitrio, & discretioni, & potestati eorum committitur, ità, vt nullâ ratione possit aliqua talis necessitas inferri *per tex. rotundum in l. non quicquid. de iudicijs. & l. si quis arbitratu. §. cum materia. ff. de V. O.* Prætereà Illustriss. principes sine pœnâ potuerunt, tacente præsertim ciuitate, inchoandum iudicium differre, non præmissis ad Directores literis, vt in aliâ clausulâ compromissi probatur. Inchoato verò processu, talis facultas nec tacitè, nec expressè partibus concessa reperitur. Quare si quis contendat, ex necessitate seruandam esse paritatem terminorum, is efficiet, vt inducatur noua quædam compromissi qualitas, & potestas directoribus, quò ad delationes, prius liberè data, constringatur. At Compromissum, cui noua adijcitur qualitas, nouum quoq; compromissum dicitur *arg. l. ius ciuile, vbi gl. & DD. de Iust. & iur. & per multa tradit Soc. Sen. cons. 27. n. 7. vol. 1. Menoch. cons. 95. n. 10. lib. 1.*

Ergo posito, quòd compromissum istud [illegible] sit resolutum, necessarium est fateri, quod [illegible] stas, directoribus concessa [illegible]uret nec teneantur ipsi æquales omninò term[illegible]os pra[illegible]ucre, sed tamen hoc possunt, si ità causarum exigentia, & æquitas suggesserit.

Vtcunq; autem in casu nostro allegari posset, quod intereà temporis ipsa quoq; ciuitas ad omnes causas sufficienter se instruere potuerit, quia sciebat, de quibus controuersia futura esset, & secum benè satis actum putare debeat, quòd principes nō maturius eam conuenerint: Attamen considerato eo, quòd ciuitas interim dubitare potuit, an Illustrissimi principes à cōpromisso recesserint, & eam ob causam quieuerint, non visâ formâ actionum, ignoscendum ei videtur, vel certè ex hac causâ, & alijs rationibus præallegati Directores facilius permoueri debent ad concedendum ciuitati laxiorem terminū, ad inferendas responsiones, & defensiones suas, & quidē tantum, quantum ad eam rem sufficit, secundum ipsa verba compromissi, suprà relata, in quibus voluntas compromittentium consistit, nec ab eis est recedendū, *vt in terminis decit Bald. conf. 300. incip. Omnis potestas arbitr. ex tenore compromissi pendet, col. fin. ante medium. vol. 1. secundum antiquam impreßio. per l. Labeo. §. idem Tubero ff. de supellect. leg. l. non aliter. de legat. [illegible] l. continuus. §. cùm ità ff. de V. O.* Aliàs cùm intr[illegible] quatuor menses ciuitati (vt asseritur) imp[illegible]abile sit. defensiones integras parare, ne[illegible] tam illo, neq; [illegible] longi[illegible]te termino, int[illegible] a quem tamen se[illegible] expedire nequeat, arctabitur. Impossibilia [illegible] facti æquè, sicut iuris, aut naturæ impe[illegible] obligationem, *c. nemo potest. de R. I. in 6. l. im[illegible]bilium. de R. I. & vtrobiq; plenissime. not. per g[illegible] DD. Et propterea ad ipsos terminos nostro[illegible] Petr. de Anchor. in conf. [illegible] n. 2.* quod actus, [illegible] debuit explicari intra terminum const[illegible]tu[illegible]um, si intra talem terminum non potuit perfici, possit nihilominus expediri post termin[illegible], & hoc sufficiet. *l. fin. C. de adult. c. ex ratione. extr. de appellat. Ità tenet Abb. in conf. 64. col. 1. ad fin. lib. 2. & Granetta conf. 12. n. 3. vbi multa alia similia ad hoc adducit, vt per eum.* Proinde sequitur, quòd ciui[illegible]ati omninò concedendus sit terminus, sufficiens ad proponendas defensiones suas, non ta[illegible]en præcise tantus, quantum sibi Illustriss. principes sumsēre ad edendas actiones: In hoc tamen euitando disputationis causâ ciuitas solicita sit, vt ab initio sufficiens terminus sibi constituatur. Nā multa deinde possent emergere, quæ se iam fortè non ostendunt, & accepto termino breuiore ex compromisso, eo adhuc pedente, peti deberet prorogatio, quæ etiam semel tantùm concederetur, *vt lat. per Alex. in conf. 70. nu. 40. vol. 2. & Lanfran. de Orta in tract. de arbitr. parte 1. num. 46. & seq.*

Ità consuluerunt Decanus, & cæteri Dd Facultatis Iuridicæ in Academiâ Ingolstadiensi. Approbauit Iohannes Borcholten Luneburg.

CONSILIVM OCTAVVM.

Casus.

Christi Redemptoris nostri Clementissimi diuini implorato auxilio. Viso, & ponderato diligenter compromisso inter Illustrissimos principes, ac Dominos, dominum I. A. & dominum V. fratres, Duces N. &c. nec non Consules, senatū, ac totam communitatē ipsarū celsf. ciuitatis R. aliquot controuersorum articulorum, seu quæstionum causâ G. 1. die Nouemb. Anni 1573. inito. Cuius vigore Illustrissimi principes ad 1. diem Martij, Anno 74 G. duos consiliarios deputatos compromissi directores mittere, ibidemque dictâ die contra memoratam ciuitatem actiones suas proponere debuerant, nec tamen in hoc compromisso satisfecerunt, aut in hunc vsq; diem actiones ediderunt.

Super quo quæritur, cùm ciuitas R. secundū compromissi tenorem, suos deputatos ad accipiendas actiones G. ablegauerit, ipsi vero Illustrissimi Duces tunc per suos non comparuerint, sed fortè iam demum post præfixum tempus institu[illegible]i sint, vtrum nunc ciuitas teneatur stare compromisso?

Videretur primâ facie respondendum, quòd non: quia terminus conuentionalis, siue de pa[illegible]ium consensu præstitutus, æquè peremptorius est, sicut terminus legalis, vel ità præfixus à Iudice, post cuius lap-

sum

ſum vna pars, altera contradicente, amplius non auditur.

Et ſibi debet imputare, quòd ab initio in terminum conſenſerit. *Ità tradit Spec. in tit. de ſenten. §. nunc videndum, num. 1. & Bald. in addit. illius tit. col. 4. in med. Inno. in c. ſuper eo. el. 2. num. 1. Ext. de appellat. num. 7. Panorm. col. pen. ad med. & Dec. num. 21.* Ergo ſequitur, quòd nunc inuita Ciuitas R. non tenetur amplius Compromiſſo parere. Nec enim videtur, quòd iſte terminus appoſitus ſit ab vno tantum contrahentium, reſpectu implementi ab altero faciendi, quo caſu poſt tempus durat obligatio. *l. Celſus. §. 1. ff. de arbitr.* ſed terminus fuit appoſitus ab vtraq; parte, prout in ipſo compromiſſo latius videre licet. Vnde cenſetur appoſitus ad finiendam obligationem. Itaq; ſi lapſo termino, per alium ſtetit, quò minus impleretur alter, eximitur ab obligatione. Et ex quo vnus non implet promiſſum in die conuentionis, alter reſilire poteſt à contractu. Quippe contractus talis recipit conditionem quandam, *hoc eſt*, ità compromitto, & volo obligari, ſi tu imples tali die, ſed ſi non impleas eâ die, ego de cætero non obligatus ſim. *Ità poſt Anto. de Butrio, formaliter tradit Abbas in c. ſicut, prope fin. Ext. de ſponſalibus.* Quare cum Illuſtriſſimi principes ad præſtitutam diem non impleuerint ex parte ſua edendo actiones, videtur, quòd nec ciuitas R. amplius compromiſſo obligetur. Ad idem in fortiori facit, quia videmus, quando alicui præſtitutus eſt terminus peremptorius ad agendum, quòd eo lapſo, non modò non audiatur, ſed etiam ceciderit à Iure ſuo. *l. ſi eo tempore. C. de remiſſ. pig. Vbi gloſ. plures ponit concordantias, ibiq; DD. communiter. l. ſi quis libertatem. verſ. planè. ff. de pet. hered. Vbi Ang. ſub. §. nam cùm quidam. nu. 2. gloſ. & DD. l. vnica. C. vt nemo inuit. ag. cog.* vnde multò magis in caſu noſtro per lapſum termini conuentionalis ad agendum receſſum videtur à compromiſſo, præſertim cum integrũ penè biennium poſt terminum effluxerit.

Traditum eſt enim, quamuis maximè actor, deducens ius ſuum in Iudicium, elapſo termino peremptorio, adhuc audiendus ſit, quòd tamen, aduerſario reluctante non ſit admittendus, niſi intra modicum tempus, *vt per Ioan. de Imo. in l. quamdiu. la. 3. col. fin. & ibidem Areti. col. 6. ff. de acquir. hered.* Argumento eſt, quod à maiori dicitur, quòd actor poſſit quidem purgare moram, ad conſeruandam actionem, ſi res integra, nec aduerſarij Ius factum ſit deterius, ſed hoc tantum intra modicum tempus *l. ſi ità quis 3[illegible]. §. Seia cauit. ff. de V. O. Vbi gloſ. & DD. Bart. in l. ſi inſulam. n. 23. & 24. ff. eodem titu. & ibid. Angel. col. 3. Caſtr. col. 3. Imol. col. 5. in princ. & cæteri.* Videmus porrò, quòd propter longiorem abſentiam arbitri, ſeu Compromiſſarij finitur Compromiſſum, vel pars poteſt recedere à compromiſſo, & redire ad viam ordinariam, & competentem Iudicem, *vt c. præſentata, vbi hoc not. Hoſt. Zab. Abb. in 3. notab. Imo. nu. 2. Aretin. col. 2. in princ. & Felin. nu. 2. Ext. de teſt.* Ergo etiam propter diuturnam ceſſationem partis compromittentis, cùm non differendarum litium cauſâ, ſed tollendarum ad arbitros eatur. *l. quamuis. 42. de arbitr.* Præterea hoc ſuadetur per textum appoſitum *in l. ſi cum Dies. §. ſi quis ex litigatoribus. ff. de arbitr.* Vbi dicitur, ſi vna pars idcò non adfuerit, quòd abſentia Reip. cauſâ, aut valetudine, aut aliâ iuſtâ de cauſâ impedita ſit, tamen compromiſſi pœnam committi: At ſemel commiſſâ pœnâ ſoluitur compromiſſum *l. ſi duo 39. §. fin. de arbitr.* Igitur ſi Illuſtriſs. principibus in caſum, ſi intra quatuor menſes, vel ad illam primam Martij Anno 74. actiones non reddidiſſent, pœna fuiſſet conſtituta, ſine dubio pœna fuiſſet commiſſa, non obſtante impedimento, ex quo ad dictam diem coram compromiſſarijs non comparuerunt, & ſecundum placita conuentionis actiones non ediderunt, & ità fecerunt, ne cauſa inchoaretur, ne lis conteſtaretur, *d. §. ſi quis. l. diem proferre, 32. §. ſi quis litigatorum. de arbitr. l. 2. C. eodem tit. cum vtrobiq; not.* Vnde fit, vt Ciuitas R. compromiſſo per diuturnum ſilentium, & emanſionem aduerſæ partis ſoluto, non ſit in poſterum adſtricta. Cùm non videatur ſatis commoda [illegible] diuerſitatis ratio, quò ad finiendum compromiſſum ex longâ abſentiâ, vel impedimento, ſiue ſit appoſita pœna, vel non. Idem ſic poteſt deduci, quòd compromiſſum ſoluatur, quando vtraq; pars ſuâ voluntate ab eo recedit, *l. nihil tàm naturale. cum ibi not. de reg. iur. tradit Roma. conſ. 338. n. 1.* Voluntas autem non tantùm verbis, ſed multò magis per facta, & non facta declaratur. *c. dilecti. 2. Vbi gloſ. Ext. de appellat. l. Paulus reſpondit. ff. rem rat. hab. l. reprahendenda. C. de inſtit. & ſubſtit. Alex. conſ. 55. n. 12. vol. 5. Barba. conſ. 6. col. 6. n. 10. vol. 1.* Sed cùm Illuſtriſſimi principes ad præſtitutam diem non comparuerint, nec compromiſſo paruerint, eo ipſo ſuâ voluntate à compromiſſo receſſerunt. Ergo & Ciuitas voluntate ſuâ in recedendo correſpondere potuit, vel adhuc poteſt, ne deinceps compromiſſo illo obligata maneat, quod voluntate alterius partis iam ſolutum eſt. Imò & aliàs generali regulâ conſtat, ſi vna pars non ſeruet placita conuentionis, quòd nec altera teneatur amplius ea obſeruare, ſed liberum ſit ei, à totâ conuentione reſilire. *l. ſi diuerſa, cum ibi not. per Bald. & alios. C. de tranſact.*

Deniq; compromiſſi forma ſeruanda eſt, & eâ non ſeruatâ, actus eſt nullus. *c. examinata.*

Ext. de confirmat. vtil. & inut. l. non distinguemus. §. de officio. de Arbitr. Corn. consil. 49. num. 9. vol. 4. Lud. Gozadi. consil. 72. nu. . cum similib. vt per eos, sed plus quam clarum est iam, quod per non obseruationem termini, ad proponendas actiones præfixi, præsertim ex duplicato tempore, vltra transcurso formam compromissi fuisse neglectam. Ergo nihil amplius ex illo primo compromisso valebit. Nec tenetur ciuitas de nouo compromissum facere. Licet enim vigore transactionis inter Illustrissimos principes, & ciuitatem, 21. die Septemb. Anno 73. G. initæ de controuersis adhuc articulis omninò debuerit compromitti atque adeò compromissum sit, *vt legitur in illius vers.* Damit nun aller solcher streittigen Punct halben/ *& latius in ipso compromisso, 1. die Octob. concepta, maximè fol. 1. ibi.* Sondern in dem auffgerichtem Vertrage etc. zu Recht / vnnd schleuniger verfassung aussgesetzt worden etc. tamen, iam annihilato compromisso, denuò compromittere ciuitas non tenetur. Quicquid enim sit, si ex forma statuti aliqui de controuersijs debeant compromittere, hoc constat, si compromissum voluntate partium initum, vel ab homine, vt fiat, ordinatum, semel expirauit, quòd non possint partes compelli, vt iterum compromittant, quamuis prius partium fecerint, vel ità testator disposuerit, vt de talibus controuersijs inter eos compromittatur. Quia satis est, semel fuisse compromissum. *Ita notab. trad. Bald. in l. si vt proponis. la. 1. prope fin. post. vers. in 3. glos. C. quo. & quan. iudex. & in l. 1. quæst. 4. C. de his, quæ pœna no. Iason in l. duobus. §. si ei, qui. num. 14. ff. de iuretur. & in l. diuertio. §. quod in anno. num. 21. ff. sol. matr. & in l. prætor ait. §. deinde. num. 11. & 12. ff. de oper. no. nunc. In quibus locis plurima alia ad hoc comprobandum deducit. Idem Felin. in c. 2. num. 3. & seq. Ext. de treuga, & pace Socin. Senior cons. 221. num. 3. & 4. vol. 2. Philipp. Decius cons. 93. sub num. 3. & 4. cum similib. vt per eos latè hoc tractantes.*

Verùm his, & similibus non obstantibus, existimamus, non ex illâ rudi superficie compromissi, sed ex medulla ei⁹ resolutionem formatæ quæstionis petendam esse. Quandoquidem compromittentium mens etiam tacita, ac latens inuestiganda, & inuestigata seruanda est, *argumen. l. cùm quid. & l. non omnis. ff. si certum petetur. & c. si intelligentia. ext. de R. I. tradit Bap. à S. Blasio in tract. de arbitr. quæst. 40. post med. nu. 50.* Verbum porrò nullum in conuentionibus debet esse otiosum, imò & syllabæ, si fieri posset, deberent aliquid operari. *l. in leg. ff. de contrah. emp. & l. in c. solita de maior. & obed. & in c. si Romanorum. 19. distinct. Bald. in rubr. C. de contrah. emp. quæst. 9. Iason in l. 2. §. creditum. nu. 24. ff. si cert. petat. Alex. cons. ... Decius cons. ... Zas. cons. ...*

Modò in compromisso sic dicitur. Erstlichen sollen gemelte Compromissarij zu G. den 1. tag Martij/ auff vorgehendes beyder Partheyen zuschreiben erscheinen etc. vnd auff denselben termin jedes theil/ welches sich Klegers Stadt zuhalten anmassen würdt/ seine Klagen etc. vbergeben lassen. Quibus verbis clarum est, ad ... illum terminum præstitutum fuisse, & conditionaliter, si voluntate partium renouetur, præmissis ab vtraq; parte ad compromissarios literis, qui ablatiui absoluti resoluuntur in conditionem. *l. à testatore. ff. de condit. & demonst. Vbi not. & pleuè post alios Iason, in rub. ff. sol. matr. à prin. & ibid. Socin. Iunior in 1. parte. n. 10. & seq. Io. Bolog. num. 120. & seq. & alij moderni omnes apud quos ad nauseam vsq; videri potest.* Et quamuis illi multas distinctiones, declarationes, & limitationes ad illam regulam ponant. tamen in casu nostro nulla potest verè applicari. Quia verba illa auff vorgehendes beyder Partheyen zuschreiben etc. non tantum in modum ablatiui absoluti, sed verè in conditionem verti possunt, *hoc est*, si prius ab vtraq; parte ad compromissarios perscribatur, quòd tunc debeant ad illam diem G. comparere, non aliter. Et secus interpretanda essent superflua, ociosa, & sine omni effectu operandi, quod tolerari non potest, vt suprà allegauimus. Nobis autem non constat, nec credimus, quòd Illustrissimi principes ex parte suâ literas præmiserint ad compromissarios. Vnde licet non comparuerint ad 1. diem Martij, neq; actiones ediderint, tamen compromissum non est solutum, quia ex ipso compromisso poterant tunc literas non mittere, & ità Iudicium inchoandū differre. Hoc enim tacitè sense... partes sub illis verbis, quòd æquè seruandum est, vt præallegauimus. Igitur non potest ex eodem capite compromissi processus differri, siue terminus tacitè prorogari, & ex eodē penitus dissolui. Cùm inducta ad vnum finem non operentur contrarium. *§. fin. Instit. de replic. l. 2. in fin. C. de iureiuran. propter calumn. &c.*

Secundò ad diem facit compromissi articulus, könnte auch der ein/ oder ander theil/ mit seinem setzen/ oder gegensetzen zeitlicher / dann in 4. Monaten jedes termins fertig werden so sollē die compromissarij macht haben/ solchen terminū ex officio zukürtzen/ so wol als sie auch macht habē sollen/ ex iunctâ causæ cognitione, vel prorogationē termini dem einen/ oder andern theil zugeben. Ergo non præcisè arctabantur Illustrissimi principes ad obseruationem termini. Et quamuis Compromissarij hanc prorogationem neq; præsentes, neq; per nuncium, nec per epistolam fecerint, prout requiritur, *iux. l. diem proferre 32. in prin. & l. non distinguemus 7. §. dies vbi not. ff. de arbit. & pulchrè per Bal. cons. 300. col. 4.*

vol. 4. & conf. 301. vol. 1. secundum antiquam impressionem, tamen in casu nostro hoc non opus fuit, in quo sub illâ conditione pendebat terminus primus, si prius ab vtraq; parte per literas significatum esset compromissarijs, vt ad illam diem 1. Martij præstò essent, recepturi libellos, & inchoaturi Iudicium ex compromisso, quod ex parte Illustrissimorum principum factum non est. Idcircò cùm terminus non aliter fuerit firmus, nisi præmissis literis declararetur, non possunt Illustrissimi principes videri in termino non comparuisse. Et cùm prius in compromisso sic pactum erat, alia notificatio vel compromissariorum, vel partium non requirebatur, *iuxta. Eum, qui certus de reg. iur. in 6. cum ibid. plenè nota. per gloss. & DD.* Et consequenter compromissum non est solutum, quia hoc non important verba eius, quæ ad hoc, an prorogari terminus possit, tacitè, vel expressè vnâ, vel alterâ parte consentiente, vel dissentiente, præcipuè ponderanda sunt, *vt præ cæteris copiosè tradit Albericus de Rosa. in l. non distinguemus. §. dies. ff. de arbitr.* ita quòd simus extra terminos Iurium præallegatorum. Nam principium prorogationis hic non fuit positum in potestate compromissariorum, vt in illis Iuribus, sed merè in potestate partium, vt scilicet terminus edendarum actionum, & adhærentium, per se prorogaretur, si non vtraq; pars eundem diem, præmissis literis ad compromissarios, confirmasset. Itaq; cùm ex parte illustriss. principum hoc non fuerit secutum, manet inter partes ex tacitâ prorogatione, diciturq; idem compromissum. *l. si cum dies. in prin. vbi gloss. & Bald. ff. de arbitr. cum simil. vt per Dec. consl. 93. ante num. 3.*

Tertiò videmus, si compromissum factum sit simpliciter sine præstitutione diei, ad definiendam causam, quòd omninò necessè sit, arbitro diem statuere, partibus consentientibus. Et si hoc prætermiserit, tunc lite, coràm eo contestatâ, compromissum finitur triennio, tanquam & instantia, & ipse arbiter desertus fuerit. *l. item si vnus, in fin. princ. aliàs ver. [illegible] multo post. ff. de arbitr. Vbi not. Bart. & [illegible] Abbas in c. [illegible] d. lectiu. in fin. Ext. eodem tit. [illegible] 33. col. pen. in princ. lib. 3.* Si vero Iudi[illegible]ndum fuit cæptum, siue lis nondum [illegible] tunc compromissum dicitur per[illegible] partes perpetuò possunt eundem arbi[illegible] adire, ipseq; cogendus est, sententiam d[illegible], *per text. not. in l. sed si compromissum. l. [illegible] de arbitr. [illegible] bi in specie not. Bald. Idem tenet Ang. & Mat. de Fano. in sua disput. incip. Compromisimus, ad fin. [illegible] m Spe. in tit. de arbitro. §. differt. num. 14. & [illegible] id. Ioan. Andr. in addit. sub litera S. Idem Bapt. de S. Blasio in tractatu de arbitro. quæst. 69. circa med. & Guido Papa, in decis. 240. per tot.* qui expressè dicunt, vere cautum non reperiri, quod compromissum tempore finiatur, *arg. l. Obligationum ferè. §. placet. ff. de actio. & oblig.* Imò etiamsi instantia perijsset, tamen nec Compromissum, nec potestas arbitri exspirat antequam sit litigatum, sed perpetua est, volente arbitro. Quia textus *in d. l. item si vnus. in fin. princ.* hoc solùm dicit, si multò post reuertantur ad arbitrum litigatores, non esse eum cogendum, sententiam dicere, sed per hoc non negatur, quod possit in causâ cognoscere, si velit. Itaq; potestas arbitri est perpetua, & instantia coram eo renouari potest, sicut coram Iudice ordinario. *Ita not. tradit Iacob. de Ares. in d. l. item si vnus, super vers. si multò post. ad fin. Albe. de Rosa. in d. l. sed si compromissum. ante num. 4. Alex. in l. si quis arbitratu. ante num. 21. ff. de verb. oblig. & Mart. Anno. Blanc. in tracta. de Compromiss. quæst. 7. rubr. ex sé finitur compromissum*, quorum rationem allegamus, & remissiones in hoc art. non transscribimus, cùm apud eos videri possint. Modò autem in isto compromisso nulla dies fuit præstituta definitioni causarum, nec facilè poterat. Quia ex hoc compromisso, in causis compromissis omninò iudicare debet Amplissimum Collegium Assessorum Cameræ Imperialis. Isti verò ab vtraq; parte deputati Consiliarij non tam compromissarij, quàm compromissi directores sunt, atq; tales, qui non merâ voluntate, sed suorum potius iussu compromissi directionem suscipiant, nec tamen ipsi definiant, sed Camera, vt expressius in copiâ compromissi cernere licet. Proinde succedit iam alia regula, quod simplex compromissum conuentionale tum demum finitur, quando ei dictâ sententia compromissarius satisfecit, aut satisfacere impeditur, *vt tradit Io. Bapt. Perusi. dictus Gener Bart. in tracta. de arbitr. lib. 13. in fin. præfationis. per text. in l. litigatores. in princ. l. licet autem. in fin. cum l. seq. l. dicere, & l. quid tamen. in princ. ff. de arbitr. cum simil.* Quare, si [illegible]m compromissum citius non finitur, nec vllum tale his datur impedimentum apud Cameram, aut dari possit, consequens est etiam, vt non finiatur, si apud Directores compromissi causa illicò non fuerit inchoata. Ex quo partes præcisè non arctabantur ad inchoandum processum, nec Compromissi Directores ad veniendum, nisi præmissis ad eos literis ab vtraq; parte. Absurdum enim esset, quòd duraret ipsum Compromissum, & finiretur directio, pars eius, *argum. l. qua de tota. ff. de rei vind. cum concord.* Nec potest Compromissum pro parte expirare, & pro parte durare, vt post alios tradit *Socin. Iun. consl. 66. num. 14. vol. 1.* Vel certè quâ ratione

ratione non finitur Compromissum, nisi per arbitrum sententiâ dictâ, eâdem ratione neq; directio Compromissi, nisi per directores ei fuerit satisfactum, quod fieri non potuit, antequam causæ inchoarentur, *argumento l. Titio vsusfructus. ff. de condit. & demonst.* Nec ad rem pertinet, si dicatur, quòd directio illa, eiusq; termini, quatenus expressi, sine vllâ pœnâ conuenti sint, Ideòq; in potestate ciuitatis R. veluti alterius partis nunc esse, Cùm Illustrissimi principes ad 1. diem Martij, vt fore putabatur, præmissis literis actiones non ediderint, Compromissum eludere, tanquam securi à pœnâ. *iux. l. si quis rem. 35. de arbitr.* Quia hoc, attentis suprà deductis, non erit sine periculo. Satis est enim, quòd pœna Conuentionalis 4000. aureorum statuta sit in eum, qui sententiæ, ex Compromisso dictæ contrauenisset, cum clausulâ, Ratâ manente sententiâ, vel laudo, prout ad finem Compromissi dicitur. Vigore enim clausulæ prorsus firmum manebit laudum, & sæpius contrauenìens, sæpius incidit in pœnam. *Vt in terminis tradit Cyn. in l. cùm anteà, C. de arbitr. Bart. in l. si duo. §. semel, ff. eodem. Vital. de Camba. in tractatu Claus. super claus. Rato manente pacto. in fin. & Cels. Hugo de claus. compromissi. sub vers. pœna toties. & de claus. contract. Rato manente pacto facit pœnam plures committi. cum simil. vt per eos.* Vnde cùm ex transactione, atq; ex Compromisso omninò super his controuersijs iudicare debeat Camera, & iudicatis sub prædictâ pœnâ standum, certè non impunè ciuitas R. processum ex compromisso detrectabit. Quia pars faciens, vel impediens, ne ad sententiam ex compromisso deueniatur, æque incidit in pœnam Compromissi, ac si sententiæ non stetisset *per text. notabilem in l. diem proferre, §. si quis litigatorem. ff. de arbitr. ibiq; not. & C. eod. tit. Vbi ad propositum nostrum post alios sic tenet Albericus de Rosa. Bart. Bald. Angel. Salicet. Paul. Castr. & alij, licet, quo ad alia quadam, dissentiunt, scilicet, an propter quamlibet contumaciam pars incidat in pœnam Compromissi, qua de re latius per Ioan. Bapt. in d. tracta. de arbitr. lib. 9. c. 6. per tot.* Et probatur etiam aliâ ratione. Nam stantibus prædictis, quòd communi consensu à Compromisso nondum fuerit recessum, si Illustrissimi principes ciuitatem conuenirent, coram Ordinario Iudice, ordinario modo, sine dubio inciderent in pœnam Compromissi *per tex. in d. l. si quis rem, de arbitr. & in specie not. Ioh. Fab. in d. l. 2. C. eod. tit.* Ergo & ciuitas, quæ, vt animaduertimus, partes reorum sustinebit, faciens, ne per Compromissum procedatur ad sententiam pœnam sustinebit. Quia actor, & reus ad paria Iudicantur *l. fin. C. de fruct. & lit. expens. cum simil.* Aliàs in potestate vnius partis futurum esset, etiam inuitâ alterâ soluere Compromissum, quod est contra *tex. in l. sicut. C. de actio. & oblig. in specie tradit Spec. tit. de arbitr. §. sequitur in princ. & Io. Bapt. in tract. a. de arbitr. lib. 5. cap. 1. num. 1.* Præsertim non obstante pœnali clausulâ compromissi, aut nunquam comparendo, seu mittendo suos deputatos Directores facere, vt altera pars, Iudicem Ordinarium accedendo, incidat in pœnam, quod est contra *tex. in l. ne in potestate. 31. de arbitr.* Et planè compromissum solutum esse per lapsum temporis aut termini, qui tamen à partium voluntate pendebat, vel certè non præcisè peremptorius erat, absq; lege asserere, erubescimus. *iuxta l. Illam. C. de collat. §. neq; illo. vers. Consideremus. in auth. de trient. & semiss.* Deniq; non est verisimile, quòd Illustrissimi principes, qui potissimum actoris partibus funguntur, malitiosè actionum editionem distulerint, sed magis credendum, quòd ex iustâ aliquâ causâ hactenus fuerint impediti, itá vt per se sint excusati. Habemus enim, etiamsi expressè de pœnâ conuenisset, si ad statutam diem partes non adfuissent, quòd tamen propter iustam causam, vel impedimentum commissa pœna non possit exigi, vel denegatâ actione, vel oppositâ exceptione, si pars illa, quæ impedita fuit, adhuc parata sit, apud eundem arbitrum stare, vel in eundem recompromittere, *per tex. in l. si cum dies. 26. §. si quis ex litigato. ff. de arbitr.* Ergo multò magis liberum hoc erit Illustrissimis principibus in casu nostró, in quo nondum pœna commissa est, ideòq; nec compromissum solutum.

Non obstant iam ea, quæ in contrarium fuerunt allegata, quia satis tolluntur ex proximè deductis. Verùm vt res euidentior fiat, succinctas responsiones accommodabimus.

Primùm igitur non obstat, quòd etiam terminus conuentionalis sit peremptorius. Quia Inno. Spec. Bal. Abb. & Dec. in loco, ad hoc citato, expressè loquuntur in casu, quando certus terminus fuit præfixus, ad decidendam causam, quem dicunt habere vim conclusionis in causâ, ita vt eo lapso probationes amplius fieri non possint, *vt per eos*, sed in casu nostro de tali termino nequaquam fuit conuentum. Ergo illa doctrina non pertinet ad propositum.

Præterea illi DD. præsupponunt aliquam litis contestationem, saltem sub termino generali factam, aut fiendam, aliàs parum benè loquerentur de probationibus, & conclusione in causâ, *vt patet ex plenè not. sub tit. vt lite non contest. Ext. & in terminis latius*

per

per lapsum in 2. reper. l. admonendi, ante num. 81. ff. de Iureiur. Ideo nihil mirandum est de illorum conclusione, cum lite contestatà, & sic in medio causæ quilibet termin° sit peremptorius, *argument. gl. 2. in c. 1. de dolo, & contumac. in 6. & not. Bald. in c. licet causam. num. 9. Ext. de probat.* At in casu nostro nedum contestata, sed ne inchoata quidem lis fuit, Ideò terminus non potuit esse peremptorius, cùm hoc non fuerit expressum, sed potius contrarium, vt ille denuo per literas confirmaretur. Proinde non obstat etiam doctrina Antonij de Butrio & Abb. *in c. sicut. prope fin. Ext. de sponsal.* quia illi post text. & glos. ibi expressè loquuntur de certo termino, obligationi præfixo, correspectiuè, vel potius, quando terminus fuit appositus ad sollicitandum principium noui contractus, quo elapso, re infecta, quilibet tacitè declarat, se nolle contrahere, & sic altero non implente, alter eximitur ab obligatione, *vt latius per eos.* Noster autem casus longè ab illo dissimilis est, quia ad validitatem, & inducendam obligationem compromissi, nō fuit præstitutus terminus, intra quem vtraq; pars impleret, sed compromissum purè, & absolutè factum est, termini autem circa directionem eius solùm aliqualiter statuti fuerunt, nec tamen præcisè, aut peremptoriè, vti suprà deduximus, vnde non potest per lapsum vnius termini altera pars ab obligatione compromissi exempta videri, *vt in simili dicit idem Abb. in d. c. sicut in final. verbis. Ext. de sponsal.*

Minus obstat illud, quod, post elapsum terminum peremptorium, ad agendum agere volens amplius non audiatur. Quia in isto compromisso, præsertim à principio nullus fuit terminus peremptorius præfinitus, ità vt ex diuersis nihil inferatur. *l. Papinianus exuli. ff. de minor. l. naturaliter. §. nihil commune, vbi omnes DD. in notab. ff. de acquir. possess.* Quare omnia, quæ de termino peremptorio allegata sunt, vel allegari possunt, eadem ratione concidunt.

Deinde etiam, nisi Iudex finito termino, pronunciauerit, actorem de cætero non esse audiendum, vel in ipsa citatione peremptoriâ adiecerit comminationem, nisi egerit intra terminum, quod postea non audietur, adhuc audiendus est, *argument. to l. Tutor, qui repertorium. §. si deposit. ff. de administ. tutor. Inno. in c. Cum dilecti. Ext. qui matri. accusa. poss. Ang. Perus. in l. quamdiu, la. 3. num. 2. & 3. ff. de acquir. hered. Aret. in rubr. Instit. de except. col. 13. ante n. 24. & Gabr. in caut. 167.*

Verùm hec ista omnia nihil ad compromissarios, quorum potestas ex ipso compromisso desumenda est, nec aliud eis licet, quàm quod efficere vt possint, cautum est, *d. l. non distinguemus. §. de officio. ff. de arbitr.* Non subseruit etiam intentioni Ciuitatis, quòd actor ad conseruandam actionem possit quidem moram purgare, sed intra modicum temp° solùm. Quia nos non tractam° de conseruandâ actione, per aliquod implementum partis, vt loquuntur illa allegata. Ideoq; nec purgatio moræ cadit: sed agimus de vita, vel morte compromissi, firmiter initi, citra conditionem aliquam talis implementi, quo ad substantiam eius, quam directio illius, nondum verè cæpta, propter terminos nondum præcisos, mutare non potuit, *arg. Clem. 1. cum ibi not. per DD. de præbend.*

Nec quidquam mouet etiam, quòd propter diuturnam absentiam compromissarij pars possit recedere à compromisso. Quia non sequitur, quòd ideò etiam soluatur propter absentiam, & non compatitionem partis, quando in hoc nulla pœna sint conuenta. Ipsa enim pœna commissa facit, vt soluatur compromissum, mero iure non attento, quod pars legitimè fuit impedita, quamuis ex æquitate tunc pœnæ exactio non sortiatur effectum, vt dicitur in Iuribus, sub illo argumento citatis.

Sed in casu, quando pœna non fuit adiecta, vt in casu nostro, Iura illa nihil disponunt. Præterea illa iura præsupponunt, certum terminum fuisse præstitutum ad definiendam causam, & propterea etiam ex iustâ absentiâ committi [illegible] pœna. At in specie nostri [illegible] reperitur statutus. H[illegible] ,si Illustrissimi principes impedirent processum, ne causæ definiri possent, quod tunc in pœnam incidérent, quæ contrauenientibus laudo præstituta est in fine compromissi, *per d. §. si quis litigatorum. & d. l. 2. C. eod.* Sed hoc inaniter consideratur in proposito nostro, vbi coniecturæ sunt, Illustrissimos principes omninò secundum compromissum esse acturos, & causas prosequuturos.

Et ob id non obstat etiam, quod in sequenti argumento dicebatur, quòd ex non comparitione ad d. 1. diem Martij d[illegible] tiut voluntatem [illegible] recedendi à compromisso. Quia per facta declaratur quidem voluntas, vt loquuntur iura ibi allegata, sed per non factum, præsertim quando [illegible] non fuit staturus terminus, voluntas penitet solùm, non declaratur. Qui enim hodiè non facit, potest tamen post [illegible], vel cum paratus erit, facere. Et hæc naturali ratione constat, quam solam allegare sufficit. *l. fere oportet. §. sufficit. ff. de excus. tuto. l. vnica. §. in primo ad fin. C. de cadu. toll. & vtrobiq; Bald. notat.* Iam verò cùm ipsa ciuitas suspicetur, Illustrissimos principes

principes paratos esse ad agendum, siquidem agant, eo ipso facto consequenter declarabitur etiam animus eorum in tempus præteritum, *arg. l. si seruus plurium. §. fin. de lega. 1. l. si qui adul ery. C. ad leg. Iul. de adult. cum similib.* Et ità nō videbuntur a compromisso recessisse. Tandem nihil facit, quod compromissi formâ non seruata, actus erit nullus. Quia forma semper præcisa est, & dat esse rei. *l. Iulianus. §. sed etsi quis, ad exhibend. Ias. in l. hæc verba, nu. 37. & in l. nemo potest 1. lect. num. 13. ff. de legat. 1. & in l. cùm quis. num. 11. C. de Iuris & fact. ignorant.* Terminorum verò præstitutio maximè ab initio in hoc compromisso non fuit præcisa, sed à possibili, & commodâ vtriusq; partis significatione & expeditione pendebat. Neq; etiam directoribus, quò ad reliquum p oc ssum præcisa forma est præscripta, vt in ipso compromisso videre licet, vnde etiam hæc allegatio de formâ seruanda confunditur.

Quod argumentum planè nihil valet. Mittimus enim, quòd omnis definitio in iure periculosa sit, & plærunque subuerti possit. *l. omnis definitio. ff. de regul. iur. vbi Dec. & plenè Cagnol. num. 54. vsq. ad fin.* Et quòd aliæ arbitrorum definitiones per alios in diuersis locis tradantur. Hoc solùm isto loco pro responsione sufficiet, Quòd conuentus quò ad contrahentes obtinet vim legis. *l. legem. C. de pact. l. contractus. ff. de reg. iur. l. Casar. ff. de publica. l. quidam cùm filium, ff. de verborum obligation. l. pen. C. de donat. inter vir. & vxor. Bald. in consil. 39. vol. 5.* Et inciuile est, non totâ lege, vel conuentione perspectâ, vnâ aliquâ eius particula propositâ iudicare, vel respondere. *l. Inciuile. & ibi not. gloss. & DD. ff. de legi.* Sed in casu nostro non solùm hoc de directione processus, & Compromissi continetur in eius Instrumento, sed & ipsis compromissarijs tribuitur quædam potestas cognoscendi, Item circa terminos, dilationes, & alia. Et deniquè vt Cameræ Imper: Iudicij Assessores super actis transmissis pronuncient, prout latius continetur in ipsâ scripturâ eius. Quibus simul stantibus, vel secundum ipsam relatam definitionem arbitrorum, hoc erit verum Compromissum, quia & sub pœnâ Compromissum est, & Camera liberè debet causas definire. Et hoc modo argumentum à definitione retorquetur, cùm hisce arbitris conueniat definitio. *vt per Nicol. Euerhar. d. loco. 44.*

Parùm verò refert, quòd Camera in his causis nullum aliud videtur habere officium, quàm vt causas definiat, Alij verò processum dirigent. Quoniam non opus est, vt vnus arbiter omnia expediat, sed satis est, quòd ipse ex actis scriptis totam causam possit cognoscere, & definire, neq. aliud ei licebit, quàm quod inter compromittentes cautum fuit. *prout ad literam probat l. Non distinguemus. 37. §. De officio. & §. fin. ff. de arbitr.*

Quintò iterùm instat Dn. Consultor d. loco præsupponendo, quòd in Iudicem ordinarium partes non rectè compromittant. *l. Prætor. ff. de tut. & curat. dat. ab his, cum similibus, vt plenè per Marc. Anto. Blanc. in tract. de Compro-*

Compromiss.quæst.2.post num. 41. Cameram verò in hisce controuersiis fuisse, & esse ordinarium Iudicem. Ergo non censendum esse, quòd partes illicitè in eum voluerint compromittere *l. nemo potest cum notat. ff. de leg. 1.* Imò præsumuntur potius, se voluisse conformare legibus, *vt habetur per DD. in l. heredes mei. §. cum ita. ff ad Trebell.* Quoniam igitur Iudex Ordinarius causam alijs potest delegare, reseruatâ sibi cognoscendi, & sententiandi potestate. *auth. ad hæc. C. de Iudic. c. super quæstionum. extr. de offic. deleg. Maran. in Spec. parte 4. distinct. 5. num. 36.* Et quando Iudici ordinario committitur causa, non intelligitur alterata eius Iurisdictio, sed excitata, *vt per Maran. d. distinct. 5. in fine.* Partes porrò paeisci possint, quomodo, & in quantum ferri debeat sententia, neque per hoc natura iudicij alteretur. *l. si conuenerit 26. ff. de re iud.* Multò magis partes conuenire posse super modo procedendi, reseruatâ Iudici ordinario dicendâ sententiâ. *per locum à maiori, c. cui licet. de reg. iur. in 6.* Præsertim cùm factum Iudicis, & factum partis æquiparentur *per l. si ob causam. 13. C. de euictio.*

Nos autem breuiter dicimus, omnes, & singulas propositiones huius argumenti ad rem nostram falsas esse: Et quia tædiosum est in tàm impertinentibus hærere, paucis fatemur quidem, quòd factum Iudicis in terminis habilibus reputetur factum partis: atque hoc intelligitur, si modo Iudex ritè, ac rectè procedit, non aliàs *vt declarat Grauet. consil. 5. sub. num. 1.* Et eodem modo factum Arbitri dicitur factum partis. *vt ponit idem Grauet. consil. 202. num. 36.* Sed ex hoc ipso intelligitur non idem esse ex contrario. Vt factum partis reputetur factum Iudicis, cùm deficiat habilitas; neque vllibi in Iure hoc cautum rst, Vnde pro non dicto habendum *iux. l. illam. C. de collat.* Deinde ad argumentum à maiori quod attinet, tametsi *d. l. si conuenerit,* non ità simpliciter procedat, *vt ibi latè per Alexand.* neque obtineat in casu nostro, secundum ea, quæ infrà in quarto argumento contrario dicemus: Nicol. Euerhar. *in loco 66.* tradit illud procedere destructiuè, seu negatiuè tantùm, *vt per eum:* Et posito quòd interdum quoque affirmatiuè procederet, tamen id nihil ad nostram quæstionem concluderet, In quâ non quæritur, quid possint, vel non possint partes, sed quid fit illud, quod fecerunt?

Quod verò de Iudicibus delegatis dicitur. tàm alienum est à terminis, vt responsionem non mereatur, siquidem partes nullam causam delegare possunt, cùm ipsæ non habeant Iurisdictionem *l. 1. ff. de offic. eius cui mand. est Iurisdictio. vbi plenissi. not.* Et vix receptum est, vt illi Arbitri, qui ex necessitate Iuris, vel statuti in aliquo articulo assumuntur, per abusionem quasi Iuris delegati censeantur. *Vt patet in c. ab Arbitris, cum gloss. de offic. deleg. in 6. l. fin. C. de Iudic. l. Arbitro. cum gloss. ff. qui satisd. cog. tradit Corne. consil. 14. num. 1. & 11. vol. 2. & declarat Bald. & Salic. in l. 1. vterq. post princ. C. de arbitr.*

Præterea si in commissione causæ aliquid additur, vel detrahitur Iurisdictioni ordinariæ, siue circa modum processus, siue circa aliud, tunc non censetur excitata Iudicis Iurisdictio, sed ex ordinario fit delegatus. *Vt plenè prosequitur Iason in l. Ius autem ciuile. num. 2. 5. & seq. ff. de Iust. & Iure.* Reliqua tandem huius argumenti clarè in sequenti decisione resoluentur.

Imò ipsa argumenta contraria per se satis mutuò se confundunt, dum a contrarijs consultoribus hoc, de quo quæritur, modò conuentio, aut pactio appelletur, modò accessorium, modò appertinens, modò pars transactionis, modò quiddam profluens ex transactione, modò conuentio circa processum ordinarium, modò causa transactionis, modò aliud. Hæc enim non facilè in vnum actum simul conuenire possunt. Ità vt haud obscura sit eorum fluctuatio, & conatus euadendi proprios terminos.

Quamobrem nos constanter concludimus, hoc, de quo in themate proposito dubitatur, esse verum Compromissum. Et hoc, retentis ijs, quæ suprà in confutationibus diximus, per multa alia, Sed tamen citra prolixiorem deductionem demonstrabimus.

Primò præsupponimus pro vero, etiamsi Camera in hisce controuersijs fuit, ordinarius Iudex, quòd nihilominus rectè in illam potuerit compromitti, per varias rationes, quas in proximo nostro responso confutatorio, *post §. Tertiò pro parte Illustriss. Ducis cum §§. sequentib.* latè deduximus; quæ hîc pro repetitis habeantur. Multòque magis verè in eam potuit compromitti, si, quod inibi ostendimus, Camera in hisce causis non fuit ordinarius Iudex.

Secundò quòd eiusmodi conuentiones, vt libellus, litis contestatio, Articuli, probationes, ac deductiones coram certis personis deputatis, per certos terminos hinc inde fiant, & deinde omnia Acta irrotulata, & obsignata transmittantur ad Cameram pro ferendâ desuper sententiâ, dicantur vera

Compromissa, si ita partes voluerunt compromittere, nouerunt Domini Assessores, & nos à quibusdam qui eiusdem erant ordinis, quondam id accepimus. Idemq; sensit Mynsing. *Obserua. 2. cent. 5. nuper primùm edità*. Et licet ibidem dicat, si acta eoram Arbitris ventilata, ab iisdem transmittantur ad Camerales Iudices, vt secundum ea sententiam concipiant, & arbitris remittant, quod talia acta non recipiantur. Ex quo Assessores Cameræ non alijs consulere sed iudicare debeant. *iuxt. ordin. part. 1. tit. 13.* Tamen nos in tali casu non versamur, quia super istis causis Camera suo nomine debuisset sententiam dicere ex Compromisso.

Tertiò transactio nihil aliud est, quàm transitus quidam, seu recessus ab actione *iuxt. gloss. in l. 2. C. de transact. notat. in rubr. C. eod. & Iason in l. Iusiurandum. num. 1. ff. de iniurian.* Modò illa conuentio, quæ facta est circa transactionem, non potest esse transactio, quia per eam non fuit recessum ab actionibus, sed modus illis instituendis datus: Vnde si (prout Aduersarij volunt) esset solùm pactio, vel conuentio, tunc remaneret in nomine sui generis. Nam conuentionis nomen generalissimum est, comprehendens omnem, qui excogitari potest, contractum, & distractum, siue re, siue verbis, siue literis, siue expresse, siue tacitè, quomodo libet factum. *l. 1. §. conuentionis. l. conuentionum. cum gloss. & l. Labeo. ff. de pact.* Perinde atque genus comprehendit sub se omnes suas species. *l. si quid earum. §. Inter emptum. ff. de leg. 3.* Idem planè est in pactione, quod æquè nomen generis est, continens sub se omnes contractus, qui & omnes possunt dici pactum. *L. 1. cum sll. seqq. ff. de pact.* Sed cùm genus consistat solùm in intellectu: Neque hic simus in materiâ indifferenti, ità vt in dubio pactio talis possit accipi pro pacto nudo, *iuxt. l. Iuriugentium, §. sed cum nulla. ff. de pact.* non est possibile, quod realis, & actualis, absolutaq; partium conuentio, aut pactio remaneat in nomine sui generis, sed mox secundum habilitatem subiectæ materiæ transit in nomen specificum, & denotat, vel stipulationem, venditionem, Compromissum, vel quid aliud. *argument. l. si vno, ff. loca. & c. Intelligentia, extr. de verborum signif. Ista habentur per Iason. in rubr. ff. de verborum obligation. num. 1. & 4. Crot. num. 1. & sequent. Zas. num. 3. & 4. Ripa nu. 16. & sequent. Alciat. col. 1. & alij.* Sic etiam Bartolus *in l. si societatem, §. Arbitriorum ante num. 9. ff. pro Socio*, dicit, quòd Arbitramentum sit quædam transactio, siue potius conuentio in genere, per quam à lite receditur &c. Non tamen retinet hoc nomen generis, sed suum nomen specificum arbitramenti. Et planè cùm in casu nostro cùm subiecta materia, tum forma, tum reliqua omnia conueniant in Compromissum, necessariò fatendum est, quòd illa partium conuentio, hoc speciale nomen Compromissi assumpserit.

Quartò in memoratâ conuentione certæ personæ fuerunt deputatæ, quæ debeant esse Compromissarij, siue Directores in causis controuersis; Ergo necessariò intelligendum est, quod debeant esse Directores alicuius subiecti habilis. Porrò cùm partium conuentio, seu pactio iam esset firma, Directores eius amplius non requirebantur. Vnde Directores sunt eius, quod ex conuentione oriebatur, *hoc est*, Compromissi: Aliàs debuissent esse Directores nullius subiecti, quod plane ridiculum est. Cùm non entis nulla sit directio, aut Qualitas. *l. eius qui in prouincia, vers. fin. vbi ord. not. DD. ff. si cert. pet. cum simil. vt per Corn. consil. 14. num. 9. vol. 2.* Nec dicatur, quòd imò erunt Directores processus, ac Iudicij, vt sentiunt contrarij consultores. Quia hæc est magna violentia ad verba ipsius conuentionis. Et si verum amamus, fatendum est, quòd nemo partium vnquam rectè dixerit, aut constituerit Compromissarios, seu Directores Iudicij. Ipse enim Iudex Ordinarius hoc dirigit ex præscripto legum; Qui si aliquando publicis occupationibus impediatur, potest quidem causam delegare alteri, reseruatâ sibi sententiâ, sed tamen ità, omninò lis coram eo contestetur, & rursus in medio, causam audiat, & demum in fine, cuncta examinans, proferat sententiam. *Ità loquitur d. Auth. ad hac, C. de iudic. vbi Alexand. & cæteri declarant.*

Addimus, cùm Libellus sit de substantiâ Iudicij regulariter, *vt copiosè prosequitur Maria. Socin. Sen. in c. 1. num. 21. extr. de libel. oblat.* Atq; adeò in ipso Iudicio sit offerendus, *per text. in c. 2. vbi Maria. Soci. num. 4. & c. 3. vbi idem Soci. num. 1. extr. eod. tit.* Quòd partium conuentione ista substantialia nullo modo alterari possint. *vt not. gloss. & DD. in Auth. offeratur. C. de lit. contest. & Alexand. in d. l. si conuenerit. 26. num. 6. ff. de re iud.* Vbi licet partes possint conuenire qualem Iudex debeat ferre sententiam in causâ ciuili; non tamen valet conuentio eorum circa libellum, litis contestationem, & alia substantialia Iudicij. *vt ibi per eum multa alleg. & plura Soci. consil. 96. num. 1. & 2. vol. 1. Et gloss. in c. 4. in verf. consensu partium. ex. de offic. deleg.* rectè distinxit, quod partes circa solennia Iudiciorum possint

ſint paciſci, aut illa remittere, ſi modò ſolum ſ uorum partium concernant, puta vt teſtes non iurent, vt tempore Meſſium, aut Vindemiarum procedatur & ſimilia. Circa illas verò ſolennitates, quæ inductæ ſunt fauore publico, nempe Libelli oblationem, conteſtationem, ſententiam, partes non poſſe paciſci, & ſic neq; ordini Iudicij poſſunt renunciare. *l. 2. §. Sed quia veremur. c. de iurament. calum. l. Nemo poteſt, cum materia. ff. de leg. 1. Idem tradit Bartol. in l. ſi ſocietatem. §. Arbitriorum, ad num. 10. ff. pro ſocio. & ibid. alij. Panorm. in d. c. 4. col. 2. poſt princip. & plenius declarat ibidem Ioan. de Imol. num. 7. 8. & 9.* Subdens, ſi partes ita circa ordinem, & ſolennia Iudiciorum vellent paciſci, non vt Iudex procedat, tanquam Iudex, ſed tanquam Arbitrator, quòd tunc conuentio bene valeret, *per ea, quæ notan. in c. quintauallis, ext. de Iureiur. & in l. Sed & ſi in ſeruum. §. ſi quis Iudex. ff de arbitr.* Atq; in dubio interpretationem eſſe faciendam, quòd partes voluerint illi concedere poteſtatem tanquam Arbitratori, vt actus potius valeat. *c. Abbate, ext. de verbor. ſignifi. l. Quoties. ff. de reb. dub. Idem ponit Imo. in c. 1 poſt num. 24. ext. de libell. obla.* Loquitur autem ibi Imo. in caſu regulari, quo in Ordinarium Iudicem compromitti non poteſt, tanquam in Arbitrum, ſed ſolùm vt in Arbitratorem. Quod ſi verò in tali caſu verſatus eſſet, quo etiam in Iudicem Ordinarium compromitti poſſet, velut hîc noſter eſt, vtiq; idem dixiſſet, quò ad arbitrum, cùm nulla prorſus diuerſitatis ratio ſubſit, vt per ſe patet. Quare cùm in caſu noſtro Libellus non in ipſo Iudicio Cameræ, ſed coram dictis compromiſſarijs debuerit offerri, coram illis quoq; lis conteſtari, & reliqua, vſq; ad ſententiam, fieri ex conuentione partium: alterum horum ſequetur, vel quod talis conuentio circa ſubſtantialia Iudicij Ordinarij non valuerit, vel quod valuerit ſolùm in [illegible] compromiſſi, quod & verum eſt: Quoniam partes non cogitauerunt paciſci contra leges, neq; facere actum fruſtratorium. *l. Non cogendum. §. Sabinus. ff. de procu. l. Hæc ſtipulatio. §. Diuus. ff. vt leg. nom. caue.* Atq; aliàs per ſe talia dicuntur ſubiecta, qualia demonſtrant prædicata. *l. fin & ibi Iacob. de Areti. ff. de trit. Vino vel Oleo leg. l. 3. ff. de fundo inſtru. c. inter dilectos, vbi gloſſ. in verb. nequiuiſſet & Feli. ante num. 13. ext. de fide inſtru. Socin. Sen. conſil. 23. num. 23. vol. 1.*

Quintò ſi hoc, de quo hîc agitur, non eſſet Compromiſſum, non videmus, quomodo Exemplum dari poſſet, quo Compromiſſum diceretur in Iudicem Ordinarium ſupremum, quod tamen fieri poſſe, in proximo noſtro Reſponſo confutatorio ex vſu practico, & ex iure probauimus. Etenim ſi ſententiam dicet ex conuentione partium, ſeruato ordine proceſſus, in Camerâ, vel Parlamento conſueti, tunc inuanum fieret Compromiſſum, cùm etiam abſq; eo idem proceſſus futurus eſſet: Sin autem Iuriſdictio eius deſtituitur, ſaltem in aliquo, ſiuè minuitur, propter partium præſcriptam formam procedendi, tunc ſine dubio erit Compromiſſum, Ex quo illam formam obſeruare tenetur. Et hæc aliàs erat vna ratio, cur in Ordinarium regulariter compromittere partes non poſſent. Siquidem Iudex ſtrictè tenetur ſeruare ordinem Iudiciorum præſcriptum. *l. prolatam, cum ibi notat. C. de ſenten. & interlocu. omn. Iud.* Sed ſi in ipſum compromittant partes, nullâ ei præſcriptâ formâ procedendi, tum quia & Arbiter ipſe debet ſeruare ordinem ad inſtar Iudiciorum. *l. 1. cum notat. ff. de arbitr.* Via iudiciaria cum Arbitraria confunderetur, & Iudex eodem modo procedendo, tanquam Arbiter videretur contemnere Iuriſdictionem ſuam, *ſecundum Bald. in l. ſi qui ex conſenſu. C. de Epiſc. aud.* At ſi etiam modum procedendi præſcribant (vt factum eſt in caſu noſtro) multò magis receditur à Iuriſdictione illius Ordinariâ, cùm illa per partes ſic conſtringi nequeat. *Argumen. l. Priuatorum. C. de Iuriſdict. om. iud.* Et conſequenter ex tali modo, circa proceſſum præſcripto, liquet partes compromiſiſſe.

Sexto vel ex ipſo Euangelio Iudices iubentur eſſe contenti ſtipendijs ſuis. *c. 2. in fin. & c. Militare 23. quæſt. 1.* Et cùm Ordinario Iudici vel certi ſint deputati reditus, ſiuè certum conſtitutum Salarium, è quibus honeſtè viuere poſſit, non poteſt ipſe, nec ſui, neq; Aſſeſſorum ratione pecuniam accipere à partibus pro adminiſtrandâ Iuſticiâ, ſeu pro ferenda ſententiâ, ſed illam gratis debet expedire. *c. non licet. 69. ext. quæſt. 3. & c. Cùm ab omni 10. ext. de vita & hon. cler. in quibus locis plenius not. & per Spec. in tit. de Salar. §. 1. nu. 8.* Sic etiam Iudici Cameræ Imperialis Iudicij, eiuſq; Aſſeſſoribus certum ſtipendium annuatim eſt deputatum. *vt in 1. parte Ordinat. tit. 42. & 43.* Von vnterhaltung vnd Beſoldung des Kayſ. Cammergerichts Perſonen / Item von des Kayſ. Cammerric[illegible] / vnnd der Beyſitzer Beſoldung. quo ſtipendio debent eſſe contenti, & munus ſuum de cætero gratis obire, vt notiſſimum eſt. Proinde ſi Cameræ in hiſce controuerſijs ex partium conuentione ſententiam ferre deberet, tanquam Iudex Ordinarius, ne nummum quidem

à partibus pro labore accipere possit. Sed in casu, quando super quibusdam causis partes de modo procedendi conueniunt, vt totus processus, & acta posteà transmittantur ad Cameram Imperial. Iudicij pro ferendâ sententiâ, cui stare promittunt; Camera non gratis iudicat, sed siue ex consuetudine, siue ex ordinatione eidem ampla pecunia pro studio, labore, & ferendâ sententiâ persolui debet, id quod Illustrissimus Dux N. &c. & R. nouerunt, atq; adeò in vernaculis scriptis hinc inde missitatis, & quòd tanta pecunia in nostro quoq; casu pendenda sit, expressè fatentur. Ergo sanè in his causis non iudicare habet Camera, vt Ordinarius Iudex, sed ex compromisso tanquam quodlibet aliud collegium Doctorum, quorum industria eligitur ad arbitrandum, qui & ipsi licitè laboris, ac studij (vtcunq; arbitri sint) mercedem accipiunt. Nec enim ità dicuntur per sordes iudicare, vel Venalem dare sententiam, *de quibus loquitur. l. 3. C. de arbitr. & l. Venalem. c. quan. prouoc. non est necess.* Sed consentiente prius, & æqualiter contribuente vtraq; parte litigante, perinde, ac si ad instantiam vnius, vel simul etiam alterius partis, causa transmittitur peritis pro consilio resolutiuo. *de quo per Spec. in tit. de Assess. §. salarium, in fin.*

Septimò in memoratâ partium conuentione clarè disponitur, quòd completo tuto processu secundum formam præscriptam, omnia acta irrotulata, & obsignata transmitti debeant ad Iudicium Cameræ, & illa requiri, vt Acta cum omni studio ponderare, ac desuper sententiam Iuri, paci Religionis, & Decretis Imperij consentaneam concipere velit. Et quicquid à Iudicio Cameræ definitiuè pronunciatum erit, ambæ partes ratum, & gratum habere, & seruare promittunt, absque vllâ reuisione, aut quibuscunq; alijs remedijs, quocunq; nomine appellandis.

Ex quo rursus patet, quòd Camera in hisce causis non debeat iudicare, tanquam Iudex Ordinarius, sed effectus sit arbiter, *vt in terminis tradit Gozadi. in consil. 72. num. 2.* Aliàs sententia eius per viam Restitutionis, vel Reuisionis benè potuisset retractari. *vt in art. pen. & antepen. Ordinat. Cameræ.* Neq; moris est, vt partes, ordinariâ viâ sententiam expectantes, eiusmodi remedijs renuncient. Sed hoc proprium est compromissorum, seu Arbitriorum, à quibus etiam per se non potest appellari, vel simile remedium intentari de Iure Ciuili. *l. Arbitro. 9. ff. qui satisd. cog. l. Diem proferre. 32. §. stari, & l. Non distinguemus. 37. §. Cum quidem. ff. de arbitr. & l. 1. C. eod. tit.* Quicquid tandem diuersum sit de Iure Canonico. *iuxt. c. A Iudicibus. §. Quod de arbitris. vbi gloss. pen. in fin. 2. quæst. 6. c. 2. ext. de arbitr. gloss. fin. in c. ab arbitris, de offic. deleg. in 6. Spec. tit. de arbitr. §. 1. sub num. 3. Imo. in l. cum qui* [illegible]*am. la. 2. in fin. de leg. 2. Castren. in l. Nam & posteà. §. si minor. col. 2. prope fin. ff. de Iureiur.* Et propter hoc fortè per abundantem cautelam partes renunciauerunt omnibus eiusmodi remedijs: Vel ideò, quòd secundum quosdam à sententiâ Arbitri supplicari potest. *vt d. c. 2.* Vel quia omni Iure aduersus eam potest peti restitutio in integrum, *prout de his omnibus plenè Alex. in l. Nemo potest, num. 21. & 22. ff. de leg. 1. Et Mynsing. obseruat. 65. centu. 4.*

Octauò non contentæ fuerunt partes, renunciare omnibus remedijs, contra sententiam, sed etiam expressim apposuerunt pœnam quatuor millium aureorum, si quæ illarum contrauenisset. Et hæc pœnæ adiectio quoq; non conuenit in Ordinarium, sed verè tantùm in compromissarium Iudicem. *iux. l. fin. C. vbi, & apud quem cognitio in integr. restit. agen. sit. & l. Rem non nouam. §. 1. C. de Iudi. cum vtrobiq; not. per gloss. l. litigatores. §. 1. & 2. ff. de arbitr. Idem clarius vult tex. in l. 1. C. eod. dicens.* quod à sententiâ Arbitri ex compromisso appellari non possit, quia nec iudicati actio inde præstari possit, & ob hoc inuicem pœnam promitti, vt metu eius à placitis non recedatur. Ex hac eadem causâ tradit Ioh. de Imo. *in c. Cum tempore, col. 2. post med. ext. de arbitr.* Si ex præcedentibus, vel alijs circumstantijs colligi non possit, quæ fuerit mens partium, tunc si pœna fuit promissa, quòd præsumatur aditus vt arbiter. In casu autem nostro vltra pœnæ appositiones plures aliæ concurrunt, non modò coniecturæ, sed vrgentia argumenta, partim iam deducta, partim nunc deducenda. Vnde tanto magis citra hæsitationem erit iudicandum compromissum.

Nonò vt omnia conuenirent, partes in scriptutâ conuentionis dicunt per inculcationem verborum, se à Cameræ Iudicio expectare sententiam, vel Laudum. Quod etsi superuacuum fuerit. Cùm pronunciatio Arbitri verè dicatur sententia, & ità quidem plus, quàm in mille locis ab ipso iure. *vt testatur Ioan. Bapt. dictus Gener Bart. in tract. de arbitr. lib. 1. cap. 7. ad fin. l. Item si vnus, in princ. §. 1. & §. 2. ff. de arbitr. l. 1. & l. 3. C. eod. c. 1. & c. ex parte, & per totum ext. eod. tit cum simil.* Tamen, quia consuetudine quadam increbuit, sententiam Arbitri appellari Laudum, *vt per Io. Bapt. d. cap. 7. in princ. vbi & eius deriuationem ponit.* Quantumuis nouâ, ineptâ, & barbarâ voce, *vt post alios censet Alciat. in l. pronunciationem. nu. 7. ff. de verb. sig. & lib. 1. Parerg. cap. 45. in med.* Partes, quasi dubitationis tollendæ gratiâ, hoc nomen vsu iam inueteratum subiecerunt,

iecerunt, vt apertius constaret, eas Compromissum fecisse, non conuentionem ferendæ sententiæ in Iudicem. Siquidem, si omnium omnes libri peruoluantur, vbiq; passim obuiam fiet, quod Doctores nostri seculi, Laudum pro sententiâ, non Iudicis, sed arbitri accipiant. Et laudum, siue sententia Arbitris necessariam habet relationem ad compromissum, *vt per Corne. consil. 57. sub num. 16. vol. 3.* Atq; accedit potius ad naturam contractus, quàm Iudiciorum, *secundum Soci. Sen. consil. 124. num. 6. vol. 1.* Hinc est etiam, quòd, non apparente compromisso, laudum latum non valeat, *vt tradit Paul. Castr. consil. 97. nu. 6. lib. 1. voluit Alex. consil. 124. ante, & post num. 5. vol. 2. & consil. 48. ad num. 7. vol. 7.* Imò partes non possunt ratificare laudum, si non præcessit Compromissum, vt valeat in vim laudi. Ex quo peruersus est ordo substantialis. *c. Examinata, ext. de confirmat. vti. vel inuti. notat Bald. in tit. de pace constanti. super ver. sententia quoq́, post num. 2.* Licet, si partes ità consentirent, valere posset in vim pacti, *vt habetur in d. c. Examinata, & per Socin. Sen. consil. 220. num. 3. volum. 2. & Mattha. de Afflict. super constitut. Regni Neap. in prælud. quæst. 9. post num. 6.*

Decimò partes hine inde promiserunt pœnam 4000. aureorum, si alterutra sententiæ, vel Laudo lato à Camerâ non stetisset, aut contrauenisset, subiectâ expressâ clausulâ. Ratâ nihilominus sententiâ, vel Laudo. Quæ clausula solùm Compromissis aptari potest. *vt patet ex traditis per Cels. Hugo. in tractat. de Clausul. compromiss. sub vers. pœna toties, & Vital. de Camba. in tractat. clausul. super clausu. Rato manente pacto, in fin.* ne, scilicet, si per partis contrauentionem semel committeretur, ac solueretur pœna, deinceps arbitrio, siue laudo partes amplius non obstringerentur. Sed perpetuò illi starent, & pœna toties committeretur, quoties esset contrauentum. *iuxt. text. qui hæc omnia probat in l. si duo 39. §. fin. ff. de arbitr.* Imò stultum esset circa sententiam Iudicis hanc clausulam apponere, cùm si illa semel in rem iudicatam transierit, per se perpetuò firma maneat, adeò, vt nec repertis de nouo documentis retractari possit. *l. Imperatores, & per totum. ff. de re iud.* Imò propter d. clausulam: Rato manente Laudo, iudicantur esse duo Compromissa, vnum cum pœnâ alterū sine pœnâ. *vt tenet Bartol. in l. cùm antea. num. 3. C. de arbitr. & in l. Nemo potest, post num. 13. ff. de leg. 1. cum quo magis communiter tenent DD. vt ibid. per Iason. in 1. lect. num. 59. & in 2. lect. num. 89. Alciat. col. antepen. in fin. ante num. 49.* Et licet de hoc sit controuersia inter DD. alijs aliter clausulam interpretantibus, *vt ibi latius videri potest per Iason. Crot. num. 62. cum seqq. Repam, num. 68. cum seqq. Ioan. Hannib. nu. 415. cum seqq. & Ioh. Bolognet. num. 167.* In hoc tamen omnes conueniunt, quòd per talem clausulam enixum compromissum ostendatur.

Vndecimò si contractus iste pluribus modis iudicari posset (prout tamen non potest) in dubio fienda esset interpretatio ab eo, de quo magis participaret, *per text. in c. ad quæstiones, vbi Ioh. Andr. Abbas & alij, ext. de rer. permut. not. Bartol. in l. Aristo, in princip. num. 2. ff. de donat. Alexand. in l. 2. in princ. sub num. 6. & 8. ff. si cert. pet. & ibid. Iason num. 8. in fin. cum simil. vt per eos.* Item denominatio, & dijudicatio debet fieri secundum illam qualitatem, quæ est fortior, seu præponderat. *argument. l. Quæritur. ff. de statu hom. Angel. in consil. 348. sub num. 2. Areti. consil. 55. num. 4. in fin. Dec. consil. 358. num. 6.* Sed ex his, quæ suprà deducta fuerunt, vel cæco patere posset, quòd ista conuentio de Compromisso omnia participet, atq; adeò in illius qualitates præponderet. Vt nihil in se contineat, nisi quod Compromissum sapiat. Ergo sanè Compromissum verum esse iudicari debet.

Duodecimò forma dat esse rei. *l. Iulianus. §. Sed & si quis. ff. ad exhib. c. si motum de consecrat. distinct. 1. c. 1. & 2. & ibi Ioh. de Imo. ext. de consecrat. Eccles. vel Altar.* Et modus solennis, & forma declarant mentem, & intentionem actum gerentium. *l. Non codicillum, & l. Testium. C. de testam.* Quæ forma etiam quò ad Compromissum, consistit in ipsâ structurâ actus, & verbis Instrumenti desuper confecti, *vt est text. in c. Cùm olim. 7. ext. de arbitr. l. in conuentionalibus 52. ff. de verbor. oblig.* Porrò contractus in sui essentia talis censeri debet, qualis ex facie Instrumenti in primâ sui figurâ, & formâ apparet. *d. c. Cùm olim, l. cum precibus. C. de probat. notat Bald. in l. Rogasti. §. si tibi, in fin. ff. si cert. pet. & in c. 1. §. si Instrumentum, de nat. feud. Socin. consil. 264. num. 1. vol. 2. Corne. consil. 23. num. 1. volum. 3. Dec. consil. 587. num. 1. Ioh. Bolognet. consil. 7. num. 36. cum simil.* Modò sic instrumentum conuentionis, eiusq; figuram, ac formam à capite vsq; ad calcem intueamur, ilicò ex omni parte, aliud, nil nisi compromissum apparet, quâ de re ad ipsum Instrumentum nos referimus, & suprà fere illud ipsum per capita argumentorum demonstrauimus; Quamobrem fateri necesse est, hoc, de quo agitur, esse verum Compromissum. Posito etiam, quòd Camera in hisce causis Ordinarius Iudex fu-

dex futurus fuisset: Quod indebilioribus terminis expressè firmat *Lud. Gozadi. d. consil. 72. num. 2. dicens*, quòd conuentio facta inter partes de stando sententiæ Officialium Duanæ, cum promissione de non appellando, contraueniendo, vel reclamando, ex Iudice alioquin ordinario, efficiat Arbitrum, *vt per eum.* Vnde patet, quod multò magis hoc dicturus fuisset. Si (vt noster casus habet) apposita fuisset etiam pœna. Item clausula Rato manente Laudo, & alia, de quibus supra, & sic tot circa formam vna concurrentibus. *argum. c. ad nostram, ext. de empt. & vend. c. illo vos. ext. de pignor. & apertè vnis Ioh. Bolognet. d. consil. 7. num. 36.*

Decimotertiò cùm etiam ipsæ partes istud, de quo agitur, in Instrumento vbiq; nominauerint compromissum, planè amplius non est dubitandum, quin tale sit. Nam & aliàs si tantum sit dubium, vt nesciatur, ad quod genus magis tendat contractus, talem eum iudicamus, qualem contrahentes expressè nominauerunt. *l. Iurisgentium. §. quod ferè. ff. de pact. ibiq. Angel. & Castren. in princ. & Iason, num. 5. Bart. in l. cotem. §. qui maximos. num. 11. ff. de publica. Imo. in c. Cum M. Ferrariensis. nu. 2. ext. de constitu. Aretr. consil. 55. in fin.* Voluntas enim hominis non præsumitur esse aliena à verbis, nec quicquam dicere, quod mente non cogitauit. *l. Labeo. §. Idem Tubero. ff. de suppel. leg. c. Secundo requiris. ext. de appell. c. fin. de verb. signif.* Atq; in ore, & mente censetur esse vnum, & idem, *secundum Bald. in consil. 472. col. 1. in 2. parte.* Vnde etiam voluntas hominis dicitur consistere in verbis, sicut facies in speculo, *vt per Bald. consil. 202. sub nu. 6. parte 3. Grauet. consil. 35. num. 6.*

Nec quicquam releuat responsio contrarij consultoris per multa allegata dicentis, quòd contractus non sit iudicandus ex nominatione partium, sed ab effectu, *vt per eum, & pulchrè Cagnol. in l. Quoties idem sermo. 68. nu. 1. & 2. de reg. iur.* Quoniam verissima est replicatio, quod hoc ità demum fiat, quando effectus repugnat, seu aduersatur formæ verborum, *vt l. Lucius. vbi DD. ff. depos. cum multis concord. vt per Grauet. consil. 20. num. 5. ad quem breuitatis causa nos remittimus.* At in casu nostro effectus vbiq; cum formâ verborum consonat. Quippe dicta conuentio ad eum effectum, & [illegible] nem vere [illegible] ita fuit, vt causæ, super quibus inter partes transigendo conuenire non poterant, per illum modum deciderentur, quia à partibus i[illegible] se[illegible]rat[illegible] formâ præscriptus fuit. Qui effectus nullius est magis, quam c[illegible]mpromissi [illegible]prius, *vt patet in tot. tit. ff. C. & ext. de arbitr. & in l. si societatem. §. Arbitriorum cum not. ff. pro socio.* Ergo nec aliud, quàm compromissum iudicari debet. Maximè cùm partes non semel tantùm, sed in principio, in medio, & in fine Instrumenti, & per discursum sæpius illud compromissum nominauerint, & pro compromisso firmauerint, atq; obsignauerint, vt ex eius lectione apparet. Quoties enim agitur de voluntatis declaratione, verba geminata, seu iterata, etiam eodem tempore prolata, magis exuberantem voluntatem ostendunt. *l. Balista. ff. Ad S. C. Trebell. Iason in l. si quis in conscribenda. num. 24. & 25. ibidemq; Dec. num. 2. C. de pact. Alexan. consil. 101. sub num. 15. vol. 1. Curt. Sen. consil. 58. num. 2. & sequen. & Grauet. d. consil. 20. ante nu. 3.* vbi ad terminos nostros dicit. Cùm contrahentes sæpius fuerint vsi verbo Albergamenti quòd omninò voluntas eorum censenda sit talis, quòd voluerint proprium Albergamentum facere, non contractum illi similem. Et quis credat, in casu nostro partes, secum habentes peritissimos consiliarios, qui & contentionem illarum in scriptis redegerunt, dum sæpius appellant illud compromissum, Directores compromissi, & compromissarios, Laudum, pœnam, abrenunciatam reuisionem, & similia remedia, nec non clausulam, rato manente laudo, vbiq; impropriè esse locutos? Cùm tamen verba in contractibus propriè sint intelligenda. *l. 3. §. hæc verba. ff. de neg. gest. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercit. not. in c. Rodulphus, ext. de rescript. Iason in l. Re coniuncti. num. 130. de leg. 3. Alex. consil. 4. nu. 6. vol. 4. Soci. consil. 67. num. 8. volu. 1. Dec. consil. 412. num. 3. & 11. cum simil.*

Postremò, vt vno verbo tollantur etiam reliqua contrarij Dn. consultoris impertinentia argumenta, quæ omnia in hac penè forma consistunt. Istud compromissum, seu partium conuentio ad heredes transit, ex varijs causis, vel quia accessorium transactionis, vel pars, vel appendens, vel profluens, vel causa eius. Ergo est potius conuentio hereditaria, sicut & ipsa transactio. Animaduertendum existimamus, ac dicimus, hoc argumentum penitus falsum esse. Nam cùm hæc conuentio omnia requisita, qualitates, & formam compromissi habeat, & ob id in separato Instrumento concepta sit, non ideò minus debet appellari compromissum, etiamsi ad heredes transeat. Siquidem, quòd compromissum ad heredes non sit transitorium, non est de illius substantia, sed ex eo solùm contingit, quòd adeò stricti iuris est. Vt nihil in eo veniat, nisi quod nominatim dictum fit. *l. si cùm dies. 26. §. plenum & l. Non distinguemus. 37. §. De officio. ff. de arbitr.* Vnde nisi heredis mentio in compromisso fuerit expressè compræhensa, morte alterius ex litigantibus soluitur.

vt ur *l. Diem proferre. 32. §. 1. ff. de arbitr.* [illegible] dicitur tem [illegible] transeat, non [illegible] uenit, vtsq; & hoc Compromi[illegible] probarur in ijsdem iuribus, & expr[illegible] *Non dist[illegible] §. Quæsitum, prope fin. verf. Sed si & heredu. ff. [illegible] arbit.*

Manet [illegible] itur ex omnibus conclusio, quod [illegible] tur, fit verum compromissum.

Secunda quæstio est, an istud Compromissum [illegible] Illustrissimi Ducis I. A. vnius ex compromittentibus fuerit [illegible], vel an illud ad heredes eius transierit.

In qua breuiter respondemus, quod imò [illegible] Cùm in eo h[illegible] mentio non fuerit expressè comprahe[illegible]. Et compromissum sit strictissimi iuris, iuribus, & authoritat[illegible] in pr[illegible] Re[illegible] nostro plenè allegatis. Cui sane non refragatur quod in confutationibus allegat contrarius Dn. con[illegible] omnes contractus, cum Principe ui[illegible] bonæ fidei, maxime si cum subditis, aut vasallis fuerint celebrati, *vt ait Bald. in c. 1. §. [illegible] in princ. in tit. de pace constan. Zas. [illegible] parte 1. n. 6.* [illegible] Quoniam concesso, quod [illegible] allegata loquantur in materia fidelitatis, quæ facilius bonam fidem sequitur, Item in supremo Principe, vel eo salt[illegible], qui de facto non recognoscit superiorem [illegible] missis alijs [illegible] respo[illegible] accom[illegible] ex [illegible] quæ plenè scrib[illegible] *de pa[illegible] & in c. 1. à princip. ext. de pro[illegible]* Paucis dicimus, quod DD. non sine [illegible] appellent compr[illegible] stricti [illegible] singulari adiectione dicunt, ea esse adeo stricti iuris, vt nihil in eis veniat, nisi, quod nominatim expressum est. *d. §. plenum, cum concordan. supra alleg.* Proinde nunquam potest dici bonæ fidei, quando factum est in Arbitrum; Sed tunc solum potest fortè bonæ fidei, naturam recipere, quando factum est in Arbitratorem, & etiam super contractu bonæ fidei, *vt per DD. in l. sub prætextu. C. de transf act. & Io. Baptist. in tract. de arbitr. li. 1. cap. 8. num. 2.* Et ita ad finem bonæ fidei contrahentium persona non attenditur in compromisso, [illegible] rantùm persona eius, quæ debet arbi[illegible] & simul subiecta materia. Præterea [illegible] us transeat ad heredes, vel nō, [illegible] descendit ex capite bonæ fidei. Par[illegible] in stipulatione, quemadmodum stri[illegible] *quæ quid adstringendæ, vbi plen[illegible]* illa ramen per se, licet etiam condi[illegible] ad heredes. *§. Ex conditionali. Inst. de verb. [illegible] l. vnica. C. vt act. ab her. & contra hered. incip.* Sic est etiam in mutuo, & in alijs infinitis contractibus stricti iuris, qui non minus transeunt ad heredes, quam contractus bonæ fidei. Et in summâ quo ad contractus fit regula affirmatiua, quod illi, siue bonæ fidei, siue stricti iuris fi[illegible], ad heredes transeant. *l. si pactum. ff. de probat.* N[illegible] hoc [illegible] fit, ne transeant. *l. si necessari[illegible] §. pen. ff. de pig. act. l. si sine 22. §. si in stipulatione. ff. rem rat. hab.* At compromissum adeò pe[illegible] habe[illegible] naturam, vt in eo iura faciant regulam negatiuam, scilicet, compromissum ad heredes non transire, [illegible] hoc expre[illegible] fit. *d. l. Diem proferre. §. 1. ff. de arbitr. cum simil.* Quibus ita stantibus nihil interest, an subditi compromi[illegible] cum Principe suo, siue etiam subditi int[illegible] Quia Princeps [illegible] cendo, vel contrahendo obligationem init, sicut homo priuatus, & vti[illegible] commu[illegible] *vt per Dec. in l. Tra[illegible] num. 4. C. de pact. & consil. 286. nu. 6. & Gozadi. consil. 9. num. 44. cum simil. vt per eos.* Et vice versa quoq; subditi compromittentes, non a[illegible] Principem suum, aut se ipsos obligare intendunt, quàm prout Le[illegible] disponit: Ex quo eo[illegible] conform[illegible] velle iuri communi, *vt communiter notant DD. in l. heredes mei. §. Cum ita. ff. ad S. C. Trebell. Roman. consil. 510. num. 28. Socin. consil. 19. num. 6. volum. 1. & Corne. in consil. 190. post princip. volum. 3.*

Alterum Argumentum cùm in scri[illegible] Illustrissimi Duc[illegible] tùm etiam in [illegible] contra [illegible] sex eo in R. d[illegible] quod ipsi de Anno 76. cum iam Dux I. A. [illegible] in quodam producto, in Ducali [illegible] N. oblato inter cætera [illegible] quod causa, siue petitio Aduersariorum illas causas concerneret, quæ ab ipsis, & principibus suis in compromissum e[illegible] deduc[illegible] Ideoq; rogarint, vt Duces N. illas causas ex compromisso prius vellent vsq; ad finem peragere, &c. Et quidem secundum inductionem Dn. Consultoris bifariam. Primò quòd producta probent contra producentem [illegible] tanquam confitentem. *l. cùm precum. C. de lib. cau. [illegible] Examinata, num. [illegible] ext. de Iud.* Deinde, quòd Actus gesti declarationem recipiant ex ijs, quæ contrahentes poste[illegible] aut [illegible] *vt per Bartol. in consil. 59. num. 6. volu. 1. Paul. de Castro consil. 347. col. fin. num. 4. lib. 1.* Inde nimirum inferens, quod Compromissum istud nequaquam fuerit morte Illustrissimi Ducis I. A. solutum, cum ex prædictis verbis constet, Partes vsq; ab initio [illegible] xisse, vt compromissum ad heredes transiret, aliàs enim R. mortuo altero Duce non sollicitassent, vt causæ secundum compromissum terminarentur.

Nos

Nos autem respondemus, hoc argumentum nullius plane momenti esse. Inprimis, quia relata verba nulla continent R. confessionem, quod [illegible] fuerit inter partes vt compromissum ad heredes transiret, neque etiam Illustrissimus Dux V. hactenus illud affirmare ausus fuit. Vnde argumentum male ex confessione partis formatur, quæ non adest. Et tunc solùm fortè posset procedere, quando Illustrissimus Dux V. antea [illegible] contenderet, plus inter partes fuisse dictum, & nominatim, quod compromissum ad heredes transeat, minus autem in Instrumento scriptum, & mentionem heredum omissam, *prout in similibus habetur in l. cum Auus, in fin. ff. de condit. & demonst.* Non [illegible] in isto casu, quo solùm putat tacitè inter partes hoc actum fuisse, vt ad heredes transeat. Hoc enim, quamuis etiam aliunde quam ex tam obscura partis petitione verè constaret, in materia compromissi non sufficeret, sed exprimi debuisset, *Iuribus prealle[g]atis.*

Quoniam igitur nulla ex prædictis verbis explicata, aut ad rem apta poterit elici confessio, tota argumentatio residet in capite declarationis, quæ ipsa quoque eodem modo destruitur, dato etiam, quod R. animo benè deliberato [illegible] verba in memorato producto scripserint. Nam illa aut declarationem præcedentis compromissi deberent importare, aut prorogationem, aut renouationem. Sed horum neutrum importare possunt cum effectu. Ergo nihil verba sunt. Ad quod clarè demonstrandum præsupponimus, quòd Instrumentum probat suos limites. Et quod non [illegible] Instrumentum, nec nos dicere debemus. *text. est in l. Fideiussores Magistratuum. §. 1. ff. de fideiuss. not. Bald. in c. Rodulphus sub num. 6. ext. de rescript. & in c. venerabilem, ante num. 16. de elect. DD. in l. lecta. ff. si cert. pet. Bonus text. in l. ad probationem, [illegible]. C. de probat. & ibi Bald. in princ. & in medio. & Salicet. num. 2. dicentes.* Quod sit omissum in Instrumento, præsumi quoque, non actum fuisse inter partes: Et qui non nominatur in instrumento, nominatus etiam [in] Instrumento, *vers ibi.* Quod veri[illegible] in compromisso sine exceptione: Quia certè, nisi heredis mentio in compromisso expressa sit, illud ad heredem non transit. *d. l. Diem proferre. §. 1. ff. de arbit. & c. fin. ext. eod.* Constat autem ex lectione ipsius Instrumenti, quòd in eo heredum mentio non [sit comprehensa], vnde necessariò sequitur, quod memorata verba nihil contra R. faciant. Nam si declarationem faciunt ad compromissum [illegible], non potest esse noui compromissi inductio. Et è contrario, si dicta verba inducunt nouum compromissum inter partes, impossibile est, quod faciant declarationem ad [illegible], siquidem declarat, nihil noui facit. Et qui aliquid nouum facit addendo, detrahendo vel [illegible] is non dicitur declarare. *text. est in l. heredes palam. §. si quid post. ff. [illegible] ment. & ibi Bart. not. Bald. in l. fin [illegible] testib. Angel. in l. 2. ff. de Iurisd. [illegible] c. nouit. col. 1. sub 2. not. ext. de appell [illegible] in Authent. Hoc sacramentum post num. [illegible] ram. calum.* Itaque hi duo termini [illegible] ter se repugnantes, vt alterutru[m] [illegible] gi necesse sit. Nam eo ipso, quod [illegible] compromissum vetus, [illegible] non [illegible] esset, per hoc soluitur, *l. [illegible] ff. de arbitr. DD. in c. Innotuit. ext. [illegible] Host. consil. 215. num. 2.* [illegible]

Vtrumuis autem eligat Illustrissimus Dux V. propriò laqueo [illegible] superius relata verba renouati[onem] [illegible] uum compromissum non [illegible] rum lectione apparet. [illegible] rung die zum compromiß verfaste sachen betr[effen]/vnd gebeten/etc. vermüge der verfassung [solche] sachen erstlichen außüben zulassen/etc. [illegible] bus clarè loquuntur de expe[ditione] secundum compromissum, prius c[onc]epto non quòd per ista verba nouum [com]promissum. Non magis quoque cont[inent] verba aliquam declarationem [compromissi], cum simplicia sint, & [illegible] quicquam exprimant de herede, [illegible] lis cernitur: Atque si pro parte I[llustrissimi] Ducis dicatur, quòd illa tame[n] [illegible] ipsum demonstrent, ac declarent [illegible] quòd scilicet illi intellexerint [compromis]sum transire ad heredes: Prom[illegible] detur, quòd talis intellectus putat[iuus] [illegible] istimatio mentis, vel opinio no[n] [illegible] tati præiudicium; *l. Regula, in fin. [illegible] qui ignorantis. ff. de iur. & facti ignor. [illegible] nit concord. §. si quis rem suam [illegible] A[illegible] stit. de legat.* Etenim cùm Lex cl[amet] [illegible], heredis mentio facta in compro[misso] [illegible] fuerit, quòd morte soluetur, *d. [illegible] re. §. 1. ff. de arbitr.* Scriptura ve[rò] [illegible] probet limites suos, nec in ca[illegible] tio contineatur, *vt prædictum* [illegible] ur, quòd ista declaratio per[illegible] s non potuerit efficere, vt here[des] [illegible] compromisso sit inserta, q[uod] [illegible] fuisse comprehensam ex script[illegible] stat. Vnd[e] iam talis declaratio merè consistens in æstimatione mentis, in mente tamen co[ncepta] [illegible] tempore rece[p]ta, nihil operatur *in plures. §. Locator horrei ff. locati. [illegible] cipio Testamenti. ff. de [illegible] §. & si repet [illegible] condict. ob causam.* Aliàs omnia compr[illegible] transi-

Bart. ... tâ num. 5 ff. de testam. tut. Areti. ... taxtum, c. l. 3. ad ... & p... Dec. consil. 218 num. 9. Ruin. consil. 74. num. 12. vol. ...

Et si hoc est in v... imis voluntatibus, multò magis in contr... ibus: vel posito, quòd hoc ... esset sine dubio, quo ad vltimas voluntat... s, certe tamen in contractibus itâ erit, in quibus per se non fit tàm plena inter... *in testamentu. ff. de reg. iur. c. cum ... us, extr. de donat.* Imò quod in contractibus non fiat extensio de personâ ad personam, legibus expressum est. *Vt l. si vnus, 28. §. ante omnia. ff. de pact. l. 4. ff. locati. l. si quis arbitratu. 41. & l. si ita stipulatus, 126. §. pen. in fin. ff. de verborum obligation. Dec. consil. 555. num. 5. Iacob. Menoch. consil. 93. num. 5. lib. 1. cum simil.* In Compromissis verò hoc specialiter cautum est, non solùm, vt non alia, sed nec heredis persona comprahendatur, nisi hoc expressè actum sit. *d. l. Diem proferre. §. 1. ff. de arbit. c. fin. ext. eod.* Quæ tamen heredis personam aliâs in aliis contractibus citra expressionem contineretur. *l. si pactum. ff. de probat.* Itaq; stat solutio, quòd in Compromisso de subrogandis aliis Compromissariis, vel Notariis in locum præmortuorum, expressè fuit actum; Sed vt Compromissum transeat ad heredes non item. Et cùm diuersa, & separata sint, de vno ad aliud nihil potest inferri. *l. fin. de Calumnia l. Papinianus exuls. ff. de minor.* Quò fit, vt hoc Compromissum ad heredes non porrigatur: Siquidem casus iste omissus relinquitur dispositioni Iuris communis. *l. commodissimè, ff. de lib. & posthu. l. Quicquid adstringenda. ff. de verborum obligation. cum vtrobiq; notat.*

Nec obstat his replicatio Aduersariorum, posita circa ipsum argumentum, & rursus in resolutione rationum dubitandi. Quod imò hoc tacitum pro expresso haberi debeat, cum per necessariam consequentiam colligatur ex expresso. *per l. ad rem mobilem. ff. de proc. & l. 2. de iurisd. om. iud.* Et expressum, in vno connexo capitulo, in alio quo... intelligatur repetitum. *l. Quemadmodum, ... ff. ad l. Aquil. Tyraquel. de legi. connub. gloss. 5. ...* Nam, vt bonâ veniâ dicamus, hæc est fri... ...ffugela, & ad propositum nostrum euid... ...sa. Lex enim heredum mentionem o... ...exprimi desiderat, vt iam penè ad nauseam v... inculcauimus: Vnde non est contenta, vt ex ...aginaro intellectu colli...tur, vel habe...tur pro expressa, *vt eleganter, & copiosè deducit Felin. in c. translato nu. 5 extr. de constit. ad quem breuitatis causâ nos remittim...*

Porro connexa dicu...r, quæ separari non possunt, vel ea separari non conti...o... *l. eum actum, 18. ff. de ne... gest. vbi Bald. & ... gloss. fin. in fin. in ... prater... a. 5. extr. de off... de leg. Areti. in consil. 19. col. 6.* Et nisi aliqua sint inseparabiliter connexa, & necessaria, dispositum in vno, non habetur pro dispositio, quò ad alterum, quod par esse potest. *Vt per plura exempla demonstrat Felin. in d. c. praeterea. ante, & post n. 5.* Nemo au...em vnqu... peritus seriò dixit, quòd persona cum alia personâ habeat connexitatem, aut quòd dispositio facta circa casum vnius personæ, quo ad aliam personam habeat necessariam consequentiam. Cùm etiam naturali ratione constet, hæc duo inter se esse d... iuncta, vel certè separabilia.

Plures item sunt modi, & causæ, ex qu... bus soluitur Compro...um, quas enume...t Spec. *in tit. de arbit. Lanfran. de Oriaan eod. tract. parte 6. Ioan. Bapt. in eodem tra... lib. 1. Bianc. in tract. de Compromi... qu... late p... r eos.* Atq; hi omnes separatim pro vnâ causâ po... mortem partis compromittentis: Item p... o aliâ causâ separatâ mortem Arb... i, seu compromissarij: quod fuisset superfluum, si ex eo, quod mentio de successore vnius facta esset, porrigeretur etiam ad succe... al-terius: Sed eo ipso, quòd morte A... ...pter expressionem non solueretur C... ...missum, non deberet et... ...te v... us compromittentis & sic etia... ...ra, quod est contra expressa iura, per eos allegâta. Item in fortiori est tex. *in l. sed & interpellatur. 54. §. fin. ff. de arbitr.* Vbi dici..., si ab alterâ duntaxat parte heredis mentio comprahensa fit, ab alterâ non, quòd Compromissum soluetur morte cu... ...ex li... ...toribus, *vbi etiam plenius DD. not.* Et tamen in isto casu longè mai... erat, ex mente contrahentium, ratio subintel... ...ione ...m successoris, etiam quo ad a... ...am partem, quàm ex personâ Cnmpromissarij, vel Directoris, aut Notarij ad pe... ...m pa... Cùm & alioqui Actor, & Reus iu... ...centu... ...d paria. *l. fin. C. de fruct. & lit. expen. l. Non debet. cum ibi notat. ff. de regul. iur.* Et dispo... ...m in vno ex correlatiuis, dispositum quoque censeatur in altero. *Vt plenè per Nicol. Euerhar. in Topic. loco 76. & Bapt. à S. Blas. in tract. de correlatiuis.* Quod tamen in materia Compromissi *in d. §. fin.* expressè negatur. Vnde ex isto textu, vel solo, euertit... totum ...gumentum contrarij consultoris.

Quartum ex ordine, & Quintum Argumentum Contrarij Consultoris prorsus eiusdem farinæ sunt, quibus breuiter hoc intendit. Quòd Compromissum non debeat claudicare, *vt per Nepot. à Monte Alba. in tract. Except. artic. 4. num. 11. Latius Io. Bapt. in tract. de arbitr. lib. 2. cap. 4. num. 10.* Neque etiam inter compromittentes debet esse diuersitas obligationis, vt vna pars magis obligetur ad obseruantiam, *de quo Spe. in tit. de Arbitr. §. fin. num. 47. Abb. in c. fi. in fi. extr. de arbitr. & Ancha. in consil. 1. prope fin.* Imo absurdum est, quod ex vnâ parte expiret, ex alterâ vero non. *l. si cùm dies 26. §. pen. in fi. & d. l. sed & interpellatur 54. §. fin. ff. de arbitr. Soci. Iun. consil. 66. num. 16. vol. 1.* Ità verò esse, quod Ciuitas, aut communitas non habeat heredem, cùm sit persona ficta, perpetua, & nunquam moriens. *l. proponebatur, ff. de iudic. l. An vsusfructus, ff. de vsufruct. l. Mortuo. ff. de fideiuss. l. sicut. ff. quod cuiusq. vniuer. no. in quibus locis latius declarant DD.* Vnde ad seruandam æquabilitatem, sicut ex personâ communitatis R. morte non poterat finiri Compromissum, ità etiam nec ex parte Ducum N. &c. vel morte vnius debuit finiri.

Secundò, dispositio generaliter, & indistinctè loquens, à nobis non distingui. *l. 3. ff. de offic. præsid. l. de precio ff. de public. in rem Actio. l. 3. §. si liber homo, iunct: glos: verb: si accepisset. ff. de condict. ob caus. dat. Duen: reg. 133.* Sed generaliter intelligi debet. *l. 1. §. cùm vrbem, ff. de offic. præf. vrb. l. regula, §. fin. ff. de Iur. & facti ignor. l. 1. ff. de legat. præstand. l. 1. §. ait ergo. ff. de his, quæ in fraudem creditor. l. fin. & ibi Salic. C. de hered. & act. vendit. Grau. 1. cons. 133. num. 5.* Ità vt omnia compræhendat. *Bald. cons. 191. Incip. in testamen. lib. 1. Grauet. cons. 3. num. 1. & cons. 133. n. 5.* vtq; nihil intactum relinquat. *Bald. cons. 305. lib. 1. Grauet. cons. 3. num. 1. cons. 133. num. 5. Laur. Sylu. cons. 74. num. 9.* Et à generali dispositione nullus omninò casus excipi, vel eximi debet, *Paul. Castr. consil. 430. col. 3. lib. 1. Grauet. consil. 3. num. 1. lib. 1. facit id, quod tradit Bald. consil. 401. col. fin. lib. 1.* Etiamsi maior ratio sit in vno, quàm in alio. *l. 1. §. quod autem. iunct. gl. ff. de aleator. & lus. ale. Socin. l. 2. §. ex his. in princ. p. argument. illius textus, ff. de verborum obligation. Decius consil. 5. cons. 20. cons. 29. cons. 48. & cons. 61. col. 1. GoZad. cons. 35. num. 6. Grauet. cons. 92. num. 4. lib. 1.* Item etiamsi aliquis, vel aliqui ex illis casibus priuilegiati sint, *l. in fraudem, §. fin. & ibi Baldus, ff. de testam. mil. Bald. l. omnes populi, ante fin. ff. de Iust. & Iure. Dec. l. 1. col: 2: ff. de regulis Iuris, Decius l. nemo potest, ff. eod. Deci: l. 1. col: 4. versic: vbi moneta. C. de sentent: quæ pro eo, quod interest. Dec: c. cùm ordinem. col. 2. extr: de rescript: Dec: consil: 48. consil: 61. cons: 231. consil: 301. & consil: 531. Francis: Rip: l. 1. nu. 14. ff. sol: matr: GoZad: consil: 97. num: 7.* Et prædicta vsque adeò vera sunt, vt procedant

etiam in materiâ odioſâ. *Angelus l. fin. col. fin. verſic. quaritur. ff. de conſtit. princip. Antonius de Butrio. c. olim. Extr. de verborum ſignif. Dec. c. 1. col. 2. lect. 1. Ext. de Conſtit. Decius conſil. 5. conſil. 115. conſil. 289. conſ. 353. col. 2. Franciſc: Aret. l. cum lege. argum. illius sextus. ff. de teſtam. GoZad. conſ. 59. num. 13. & conſil. 66. num. 23. Aym. Granet. conſil. 118. num. 14. lib. 1. Facit text. l. filium. ff. ad Senatusconſult. Macedon.* Item pœnali. *gloſ. c. contra Chriſtia. verb. procedendi. de haretic. lib. 6. GoZad. conſil. 19. num. 17. conſil. 51. num. 14. & conſil. 103. num. 9.* & Iuris communis correctoriâ. *gloſ: d. c. contra Chriſtia: Imol: l. ſi verò. §. de viro. ff. ſolut: matrimon: Alexand. Auth: ex teſtamento, col: 3. verſic: ſolùm reſtat. C. de collat. Hieron: Grat: conſil: 59. col: 2. & conſil: 95. nu. 14. lib: 1.*

Huc accedit, quòd generalis promiſſio, ſiue conceſſio generaliter præiudicet. *l. fin. C. de dot. promiſſ: Baldus, l. pactum, quod dotali. quaſt. 17. C. de collat. Baldus conſil: 176. in princ: lib. 4.* quòdq; promittens, vel concedens aliquid verbis generalibus intelligatur ſaltem in genere cogitaſſe de omnibus, etiam incognitis, eamque ob cauſam ſub promiſſione, ſiue conceſſione generali regulariter & incognita compræhendantur. *Bartolus l. ſi pratextum, C. de tranſact. Bartol. l. ſi de certâ, & ibi Iaſon, col: fin: C. eod. tit. Angel. l. qui Iure militari. ff. de teſtam. milit. Angelus l. qui Roma, §. duo fratres, ff. de verborum obligation. Ioan. de Imol. c. conquerente. col. 14. Extr. de offic. ordin. Paul. Caſtr. conſil. 30. incip. ſuper puncto iſto. lib. 1. Alexand. conſil. 42. col. 4. lib. 1. & conſil. 11. num. 12. lib. 2. Socin. conſil. 102. col. 4. lib. 3. facit text. l. ſi is, qui. §. ſi libero. & ibi Alb. de Roſa. ff. mandati. l. regula. §. qui ignorauit. ff. de Iur. & facti Ignor. Sigiſmund. Neapol. conſil. 35. num. 9.* & ſibi imputare debent promittentes, ſiue concedentes generaliter aliquid, quòd non cogitauerunt, ſub verbis generalibus omnia compræhendi, etiam incognita. *Bald. l. tres fratres. ff. de pactis. Bald. l. ſub pratextu, C. de tranſact. Alexand. conſ. 11. num. 12. lib. 2.*

Prætereà generalis diſpoſitio tantum operatur, quò ad quamlibet ſpeciem, quantum operatur ſpecialis diſpoſitio, quod ad ſpeciem, in illâ expreſſam, *l. ſi duo. & ibi Bartol. ff. de adminiſt. tutor. l. gallus. §. inſtituens, & ibi Baldus, & Alexand. ff. de liber. & poſtu. l. ſi chorus. in princip. ff. de legat. 3. l. omnes, & ibi Baldus, & Angelus, C. de praſcriptio. 30. vel. 40. annor. Signorol. conſil. 30. incip. factum tale eſt.* Et in ſpecie, quòd prædicta etiam locum habeant in priuilegijs, quòd videlicet priuilegium generaliter, & indiſtinctè loquens generaliter intelligendum, nec à nobis diſtinguendum ſit, expreſsè tradit Angelus *l. fin. & ibi Iaſon, num. 33. lim. 1. ff. de conſt. princip. Antonius de Butrio. c. olim. & ibi Panormit. num. 4. Extr. de verborum ſignific. Calder. conſil. 1. tit. de conſanguin: & affin. Iaſon l. 1. lect. 2. num. 18. C. de Sacroſ. Eccleſ. Dec. l. in omnibus cauſis. num. 12. ff. de regul. Iuris. Dec. c. cùm acceſſiſſent. num. 14. Extr. de Conſtit. Card. Pariſ. conſil. 22. num. 6. lib. 4. Hier. Grat. conſil. 130. num. 16. lib. 2.* Et hoc vſque adeò verum eſt, vt in priuilegijs oratio indefinita æquipolleat vniuerſali. *c. quia circa, & ibi gloſ. & Panormit. Extr. de priuileg. Steph. Bertran. conſil: 7. num: 2. verſ: prætereà quod verba priuilegij, lib. 3. par. 2.* Sed priuilegium, conceſſum Ciuitati, atque ciuibus S. ſub Anno 1290. generale eſt, & generaliter concedit, quòd nullus Burgenſium, cuiuſcunque conditionis fuerit, ad aliquod Ius Canonicum, ciuile, vel vaſallagium, dictum Manrecht/extra Ciuitatem S. euocari, vel citari debeat per ipſos Duces, heredeſuè, aut ſucceſſores eorum, aut alios Dominos temporales, vel ſpirituales, aut ſubditos ipſorum Ducum, cuiuſcunque conditionis, ſtatus, vel dignitatis exiſtant. Nec in illo priuilegio vlla ſit diſtinctio, vtrum ciues S. extra ciuitatem S. citentur, vel euocentur, tanquam pars, an verò, tanquam teſtes, nec etiam, vtrum illa lis, ſiue cauſa, in quâ quis ipſos extra ciuitatem euocare vult, ſit cauſa ciuilis, criminalis, an verò ſpiritualis.

Igitur ſequitur, illud priuilegium nullo modo diſtinguendum, vel reſtringendum, ſed generaliter intelligendum, & ità accipiendum, vt ciues S. in nullâ penitus lite, ſiue cauſâ, ſiue illa lis, vel cauſa ſit cauſa ciuilis, vel criminalis, aut etiam ſpiritualis, neque vt teſtes, neq; vt partes ad aliquod iudicium Canonicum, ciuile, vel feudale, extra ciuitatem S. citari, vel euocari poſſint, aut coram talibus iudicijs comparere cogantur.

Tertiò, verba vniuerſalia ſunt maioris efficaciæ, & virtutis, quàm verba generalia. *Bartol. l. generali. §. vxori. ff. de vſufr. lega. Bartolus l. ità. ff. de auro, & argent. lega. Dec. l. omnia. col. 1. ff. ſi certum petat. Dec. c. ſedes Apoſtol. col. 4. circa fin. Ext. de reſcript. Aym. Granet. conſ. 86. n. 6. & conſ. 194. col. anteпen. verſ. 4. Roma. conſ. 44. Laur. Sylu. conſ. 95. n. 17.* omniaq; compræhendunt, quæ excogitari poſſunt, *Dec. conſ. 29. col. 2. in fin. Aym. Granet. conſ. 105. num. 3. Laur. Sylua. conſ. 95. num. 17. argum. l. Iulianus. ff. de leg. 3. l. à procuratore. C. de mandat. l. in fideicommiſſi. §. cùm Pellidius. ff. de vſur. l. cùm virum. & ibi Bald. oppoſ. 2. C. de fideicomm. c. ſoluta, Ext. de maior. & obed.*

nullo

nullo penitus excepto. *Frider. de Senis cons. 84. Laur. Sylua. cons. 95. num. 19.* ideòq; pulcrè Baldus inquit, verba vniuersalia adeò omnia comprehendere, vt nulla persona, nullus casus, nullusq; locus exceptus intelligatur. *Bald. cons. 328. incip. Rex Roman. col. 3. lib. 1. quod consilium refert, atq; sequitur Laur. Sylua. cons. 95. n. 17.* Et hoc vsque adeò verum est, vt dispositio vniuersalis non tantùm præsentia, verùm etiam futura comprehendat. *Bartol. l. serui electio. §. fin. ff. de leg. 1. Bartol. l. Julian. ff. de legat. 3. Specul. in tit. de Syndico. vers. quid si an aliqua. Specul. in tit. deposi. §. 10. vers. sed pone. Cardin. Paris. cons. 79. num. 43. lib. 2.* Quinimo verba vniuersalia, in dispositione aliquâ posita, hoc operantur, vt illa dispositio comprehendat ea, atq; ad ea extendatur, quæ alioquin in illâ dispositione non includerentur. Ideòq; licet sub legato, donatione, vel concessione rerum, in certo loco existentium non comprehendantur res venales, ibi existentes, Attamen hoc non procedit, si legans, donans, vel concedens res, in certo loco existentes, vsus fuerit verbis vniuersalibus, atq; dixerit, se legare, donare, vel concedere alicui omnes res suas, in isto loco existentes. Tunc enim sub tali legato, donatione, vel concessione etiam res venales, quæ in isto loco sunt, comprehenduntur. *Bart. l. generali. §. uxori. ff. de vsufruct. lega. Alexand. cons. 118. num. 5. lib. 5. Mattha. de Afflict. decis. Neapol. 206. Dec. cons. 76. nu. 2. Beneuent. Strach. in tracta. de mercatoribus. tit. Mandati. §. reliquum. num. 3.* Similiter, licet appellatione rei, in certo loco existentis, pecunia ad fœnerandum, expendendumuè destinata non contineatur, hoc tamen non procedit, quando illa dispositio, in quâ facta est, mentio rerum existentium in certo loco, est vniuersalis, & verbis vniuersalibus concepta: Tunc enim pecunia, etiam ad expendendum, fœnerandumuè destinata, appellatione rerum, in certo loco existentium, comprehenditur. *Card. Paris. cons. 79. num. 45. lib. 2.* Eodem modo licet appellatione rerum mobilium, & immobilium non comprehendantur nomina debitorum, item & Iura, & Actiones, Attamen hoc fallit in dispositionibus, conceptis sub verbis vniuersalibus. Eamq; ob causam sub donatione omnium bonorum mobilium, & immobilium etiam Iura, & Actiones comprehenduntur. *Guilhel. Bened. rep. c. Raynutius. verbo cætera bona. num. 8. Ext. de testam.* Et statutum prohibens quæcunq; bona, siue mobilia, siue immobilia in extraneos transferri, etiam Iura, & Actiones complectitur, *Alciat. l. mouentium. ff. de verborum signif.* Huc accedit, quòd, licet verbum, heres, in inuestiturâ, siue concessione feudi positum, intelligatur tantùm de herede sanguinis, atque de descendentibus ex primo acquirente: hoc tamen non procedit, quando feudum est alicui, & successoribus, siue heredibus quibuscunq; concessum: Tunc enim verbum, heres, siue, successores, in inuestiturâ, siue concessione feudi positum, omnes omninò heredes, etiam extraneos, imò legatarios, & fideicommissarios, reliquosque heredes improprios complectitur. *Bald. l. 1. quæst. 34. ff. de rerum diuisio. Bald. c. Imperialem. in princ. de prohib. feudi alienat. per Frider. Abbas, Panorm. cons. 3. dub. 3. lib. 2. Roman. l. etiam, in princip. & ibi Alexand. col. fin. ff. solut. matr. Roman. l. ad tempus. §. 1. ff. de vsucap. Alexand. & Iason l. quædam. §. nihil interest. ff. de edendo. Alexand. l. Gallus. §. etiam. col. 2. ff. de liber. & posthum. Alexand. l. patroni. in princip. col. penult. ff. ad Senatuscons. Trebell. Alexand. l. quod dicitur. la. 2. col. penult. ff. de verb. oblig. Alex. cons. 7. num. 8. lib. 6. cons. 95. col. 2. lib. 7. Corn. cons. 16. col. 4. lib. 2. Socin. l. quadam relegamus. col. 2. versic. quinta conclusio. ff. de rebus dub. Ias. l. cum filiofamil. num. 89. ff. de legat. 1. Iason l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisdare cogantur. Ias. in prælud. feudor. num. 46. & 128. Ias. cons. 27. cons. 55. lib. 2. cons. 89. lib. 3. & cons. 115. lib. 4. Albert. Brun. cons. 9. col. 3. Ozad. cons. 6. num. 43. cons. 8. col. 5. & cons. 14. num. 22. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 386. num. 5. Card. Paris. cons. 65. num. 10. lib. 3. Ruin. cons. 20. col. 2. lib. 1. cons. 103. col. 6. vers. nec etiam. lib. 3. Curt. in tract. feud. 2. parte. 3. part. princip. num. 62. & 4. parte num. 290. Iacob. de S. Georg. verbo, & cum pacto. col. 3. num. 11. Roland. à Valle cons. 5. num. 45. & 46. Fel. c. quia. num. 5. Ext. de Iud. Fel. c. in præsentiâ. num. 26. Ext. de probat. Barb. rep. l. cum acutissimi. col. 70. C. de fideicomm. Catell. Cotta. memor. incip. Feudum concessum mihi memor. priuilegia, & memor. quibuscunq.* Idem est, si in Inuestiturâ, siue concessione feudi dictum fuerit, feudum esse concessum Titio, & omnibus heredibus, siue successoribus ipsius. Namque & hoc casu appellatione heredum in Inuestiturâ, siue concessione feudi omnes omninò heredes etiam extranei, & improprij, quales sunt legatarij, & fideicommissa: comprehenduntur. *Bald. c. in præsentia. col. 2. Ext. de probat. Alexand. cons. 30. num. 25. lib. 5. cons. 195. col. penult. lib. 6. Curt. Iunior. cons. 1. col. 2. Dec. cons. 294. col. 2. Roland. à Valle cons. 5. num. 36. & 37. & cons. 60. num. 49.* Et licet in concessione generali non comprehendantur, neq; veniant regalia, attamen in concessione vniuersali, siue factâ verbis vniuersalibus, regalia comprehenduntur. *Dec. cons. 197. nu. 2. circ. fin. Grauet. cons. 294. col. 3. vers. sed magis. Iohann. Cephal. cons. 150. num. 11. Laur. Syluan. cons. 1. num. 29. lib. 1.*

Sed priuilegium à Ducibus P. concessum ciuitati S. de quo in casu præsenti agitur, est

non tantùm conceptum verbis generalibus, sed etiam verbis vniuersalibus, sicut hoc patet ex illis verbis, NVLLVS BVRGENSIVM &c. quam dictionem NVLLVS, esse vniuersalem negatiuam, dubió omni caret. Idem etiam apparet ex illis verbis, Cuiuscunque Conditionis, quæ verba similiter vniuersalia sunt, Item ex verbo, ALIQVOD, quod verbum similiter vniuersale est. *gloss: c. quod clericis, in princ: Extr. de for: compet: gloss: c. si propter. de rescriptis, lib. 6. Host: c. cùm satis. Extr. de offic: Archidiac. Ioan. Andr. c. quisquis. Ext. de elect. Domin. consil: 29. col. 1. consil. 35. col. 2. consil. 65. col. 3. Socinus repetit. l. si filius. col. antepen. ff. de vulg. & pup. Socin. cons. 3. col. 3. lib. 3.*

Igitur sequitur, propter ista verba vniuersalia prædictum priuilegium, Ciuitati S. concessum, multo magis latè interpretandum, & ita accipiendum, vt omnes omnino casus comprehendat, vtque in nullo penitus casu ciues, vel incolæ ciuitatis S. neque tanquam pars, neque tanquam testes in nullâ penitus causa, ciuili, vel criminali, extra ciuitatem S. comparere cogantur.

Quartò verba geminata multùm operantur. *l. Balista, & ibi Bartol. & DD. ff. ad SCtum Trebell. l. cùm scimus, & ibi Bartol. & Alex. C. de agricol. & censit. lib. 11. Card. Paris. consil. 6. num. 12. consil. 54. num. 67. lib. 1. cons. 12. num. 69. lib. 2. cons. 5. num. 64. & cons. 32. num. 29. lib. 4.* Et sunt maioris efficaciæ, quàm dispositió vniuersalis simplex. *Gozad. consil. 30. num. 1. Cephal. consil. 126. num. 18. Aym. Grauet. consil. 105. num. 4. Laur. Syl. consil. 95. n. 19. Barbanter consil. Curt. Sen. consil. 65. num. 19.* Illaque ostendunt & enixam, & latissimam voluntatem disponentis. *Bald. c. eam te. col. 2. Ext. de rescript: Curt: Sen: consil. 52. col. 1. cons. 63. col. 16. Anton. Corset. in tract. de verb. geminat: Card: Paris. consil. 10. num. 57. cons. 32. num. 52. & cons. 131. num. 1. lib. 1. cons. 9. num. 43. consil. 10. num. 29. consil. 15. num. 20. lib. 3. consil. 1. num. 26. consil. 10. num. 31. & consil. 48. num. 24. lib. 4. Laur. Syluan. consil. 64. num. 4.* Nec non mentem deliberatam, & appensatam. *Cardin: Paris. consil: 89. num. 23. lib. 3. Aym. Grauet. consil. 105. num. 4 & consil. 201. num. 44. Paul. Castr. consil. 115. col. 2. lib. [illegible] Laur. Syluan. consil. 64. num 4.*

Huc accedit, quòd geminatio, siue reiteratio ostendat mentis perseuerantiam. *Argum. l. vnica. C. de plus petitio.* & tollat suspicionem deceptionis. *l. si mulier. C. ad SC. Velleian.* & significet præ[illegible] mentem disponentis. *Bald. c. eam te. Ext. de rescrips.* Nec non etiam amplìet effectum dispositionis. *Bald. l. fructus. C. de action. empt.* & efficiat vt sub dispositione compræhendantur illa, quæ alioquin sub illâ dispositione non compræhenderentur. *Ruin. consil. 98. num. 12. vsq. ad num. 29. lib. 2. Nicol. Eberhard. in loc. à locus. geminat. seu aclius, multiplicat. reiter. Guilhel. Bened. rep. c. Raynutius, verb. cætera bona. num. 8. Ext. de testam.* His adde, quòd verba geminata non patiantur aliquam restrictiorem diminutionem. *Laur. Sylu. cons. 49. num. 26. Iason l. 1. §. nunciatio. num. 5. versic. ego limito modo notabiliter. ff. de oper. noui nunciat. Laur. Sylu. consil. 88. num. 4. Corn. cons. 384. col. 6. lib. 1. Grauet. consil. 290. num. 4. vers. nono considero, Socin. cons. 297. num. 6. lib. 2.* vel exceptionem, *Aym. Grau. cons. 201. nu. 42.* atq; compræhendant omnia, etiam dissimilia, & maiora expressis. *Socin. cons. 47. col. 6. in fin. lib. 4. Iason cons. 96. col. 2. lib. 4. Laur. Sylu. cons. 66. nu. 14. & cons. 88. nu. 4. Curt. Sen. cons. 30. nu. 2. Grauet: cons: 290. nu. 4. vers. nonò considero. lib. 2.* Item etiam insolita. *Alex. cons. 90. col. pen. lib. 5. Aym. Grauet. cons. 290. nu. 4. vers. nonò considero. lib. 2.* Et verba vniuersalia geminata habent vim specialis expressionis, siue nominationis. *Franc. Curt. cons. 48. col. 14. & cons. 49. Corset. in tract: de verb: gemin. Card. Paris. con. 9. n. 20. lib: 3. Laur: Sylu: cons. 95. nu: 17.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt sub dispositione, concepta verbis geminatis compræhendantur regalia. *Paul. Castr. consil. 63. versic. quintò etiam patet. lib. 1. Raph. Cuman. cons. 162. num. 3. Socin. Iun. consil. 8. num. 36. cum sequentib. lib. 3. Aymon. Grauet. consil. 19. nu. 8. Ioan. Cephal. consil. 150. Iason consil. 45. num. 5. lib. 1. Laur. Sylu. consil. 96. num. 16. lib. 2.* Cùm itàque prædictum priuilegium sit conceptum non tantùm verbis vniuersalibus simplicibus, sed etiam ve[rb]is vniuersalibus geminatis, prout ex inspectione illius priuilegij liquet; Etiam ex hoc capite sequitur, illud priuilegium latissimè interpretandum, nec vllo modo restringendum esse.

Quintò priuilegium quodlibet in præiudicium concedentis latissimè interpretandum est, *Panorm. c. cùm dilect. Ext. de donat. Panorm. c. quia circa. Ext. de priuileg. Panorm. c. vltim. Ext. de verborum signific. Bertrand. consil. 7. num. 2. lib. 3. par. 2. Bertrand. consil. 15. num. 5. Consil. 279. num. 20. lib. 6. consil. 38. num. 3. lib. 7. Franc. Nicoutius rep. rubr. num. 119. ff. solut. matri. vbi ipse ad hoc infinitas autoritates citat, ex quibus facilè liquet, hanc opinionem communiter receptam.* Sed in nostro casu agitur de interpretatione priuilegij non aduersus tertium, neq; in præiudicium tertij, sed aduersus concedentis successores, qui vnà cùm concedente eadem persona reputantur. Igitur etiam ex hoc capite sequitur, hoc priuilegium latissimè interpretandum.

Sextò

Sextò, priuilegia, respicientia vtilitatem publicam, latiùs interpretari debent, *Ruin. consil. 287 num. 3. lib. 1.* Similiter & omne, omnino priuilegium fauorabile, siue fauorem continens latissimè interpretandum est. *Socin. iun. cons. 93. num. 31. lib. 3.* & confirmatur, tum per id, quod alibi traditur. Dispositionem quamlibet, quantumuis strictam, latè interpretandam eo casu, quando illa dispositio fauorem continet, *Dec. l. qui se patris, nu. 24 & 26. C. vnde lib. Ruin. consil. 195. num. 10. lib. 1. consil. 118. num. 10. lib. 2. cons. 9. num. 5. lib. 4. Roland. à Vall. consil. 72. num. 64. cum seqq. lib. 1.* tum, quia Dd. in simili traduut, priuilegium, sapiens beneficium, latissimè interpretandum esse, *Ioan. Andr. & Anton. de Butrio, c. olim, Extr. de verbor. significat. Felin. c. causam, quæ, num. 22. cum 2. seqq. Ext. de rescript.* Sed illud priuilegium, de quo in casu præsenti agitur, est admodum fauorabile, & continet non tantùm fauorem ciuium S. sed etiam Reip. vtilitatem respicit, cùm & publicè, & priuatim intersit, ne homines extra illam ciuitatem, in quâ degunt, à negotijs suis auocentur. Igitur sequitur etiam ex hoc capite, illud priuilegium latissimè interpretandum.

Septimò omnia omninò priuilegia ità interpretari debent, ne sint superuacua, sed vt aliquid operentur. *c. si Papa, & ibi Dd. de priuileg. lib. 6. facit text. l. si quan[illegible], in princip. ff. de legat. 1. [illegible] solita, & ibi Felin. & Dd. extr. de maior. & obedient.* Similiter & omne priuilegium ità intelligendum est, vt addat aliquid [illegible] communi, atq; vltra Iuris communis dispositionem aliquid operetur. *c. in his, Extr. de priuileg. c. pastoral. in princip. & ibi Dec. [illegible] & Dd. Extr. de appellatio. l. 1. in fine. ff. ad municipal. Host. & Dd. c. 1. & ibi Felin. num. 4. Francisc. Ripa, num. 41. Extr. de rescriptis. Bald. Authent. habita, nota. 3. C. ne filius pro patre. Calderic. c. 1. titul. de offi. Archid. Petr. de Ancher. [illegible] 182. col. fin. Felin. c. causam. num. [illegible] extra, de [illegible] ptis.* Igitur sequitur, illud priuilegium, de quo in casu præsenti agitur, ne illud [illegible] superuacuum, & vt aliquid vltra Iuris communis dispositionem operetur, ità intelligendum esse, quòd ciues S. neq; vt testes, neq; vt partes in vllo aliquo casu, vel ciuili, vel criminali ad iudicium alio[illegible] ciuitatem S. citari, vel euocari possint.

Octauò dubio omni caret, Iurisdictionem, siue merum & mixtum Imperium præscribi, vel præscriptionis ope acquiri posse, *Iacob. de Belvis. Guilh. de Cugun. Oldrad. Bartol. Alb. de Rosa. Paul. Castren. & Dd. l. imperium, & ibi Bald. in rep. col. 9. & Iason num. 20. ff. de iurisd. omn. Iud. Bartol. Imol. & Roman. l. 1. §. Denique, ff. de aqua quotid. & æst. Petr. Bald. & Cyn. l. 1. C. de emancipat. liber. Angel. l. hac autem Iura, col. fin. ff. de seruitut. vrb. præd. Salic. l. 3. §. fin. ff. de testib. Panorm. & Dd. c. cùm contingat, col. 4. Ext. de foro compe. Oldr. consil. 254. Ioan. Lup. Rep. c. per vestras, not. 2. §. 1. num. 77. Ext. de donat. inter vir. & vxor. Franc. Balb. in tractat. præscript. 2. part. 5. part. princip. quæst. 3. Couar. repet. c. posse. part. 2. §. 3. num. 1. de reg. Iur. lib. 6. Card. Paris. consil. 9. num. 22. lib. 1.* Et Iurisdictio, merum & mixtum Imperium contra inferiores a summo Principe acquiritur præscriptione communi, præscriptione nempe longi temporis, decem nempe, vel viginti annorum, cum titulo, & absq; titulo præscriptione triginta annorum. *Bart. l. iusto. §. non moneat. num. 4. ff. pro empt. Bart. & Dd. l. si ego, §. 1. ff. de Public. in rem Actio. Bald. l. 1. num. 18. C. de emancipat. lib. Bald. cons. 439. lib. 3. Petr. de Anchor. consil. 142. num. 11. Alexand. consil. 16. num. 27. lib. 5. Francisc. Aretin. consil. 154. col. fin. Fransc. Balb. in tractat. præscript. 2. part. 5. partis princip. quæst. 3. num. 4. & 5. Iason l. imperium, num. 22. & ibi Cassa. Valas. in rep. num. 136. limit. 1. ff. de Iurisd. omn. Iudic. Couarr. rep. c. possessor, part. 2. §. 3. num. 5. de reg. Iur. lib. 6. Cardin. Paris. consil. 9. num. 22. lib. 1. Fer. Vasquius in tractat. quæst. illustr. cap. 83. num. 36.* Illudq; penitus indubitatum est, Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium lapsu, siue cursu decem annorum indistinctè præscribi ab eo, qui prius Iurisdictionem, merum & mixtum Imperium habuit, & agit de Iurisdictione iam habitâ prorogandâ *Guil. de Cugne. Alb. & Dd. l. imperium, & ibi Bald. in rep. Ias. nu. 21. & Cass. Valas. num. 134. num. 136. limitat. 2. ff. de Iurisd. omn. Iud. Anton. de Butr. c. cùm contingat. Ext. de foro competenti.* Similiter quoq; certi Iuris est, quòd habens Iurisdictionem, eam non per vsum quadraginta annorum amittat. *Bart. consil. 189. num. 13. & 14. lib. 1. Bart. l. licitatio, §. eorum, ff. publican. Alexand. consil. 168. nu. 27. vers. Item respon. lib. 5.*

Sed certum est, quod Ius examinandi, vel euocandi testes sit Iurisdictionis species, & ad Iurisdictionem pertineat. Igitur sequitur, eum, qui Ius tale, siue potestatem examinandi, vel euocandi testes habet, illud Ius per non vsum 40. annorum amittere. Nec non & contra tale Ius præscriptionem præsertim 40. annorum admitti, atq; magistratum quemlibet, alioquin Iurisdictionem habentem, spacio decem annorum, hoc Ius præscribere posse, ne quis ex suis subditis ex illo loco, in quo ipse Iurisdictionem habet, ad alium locum, testimonij dicendi causâ, euocari possit.

Cùm itaq; in casu præsenti Principes P. vltra 40. annos, neq; in criminalibus, neq; in ciuilibus causis, vllum reste[illegible] ex ciuitate S. ad aliud iud[illegible] euocauerint, atq; per illud tempus, & vltra senatus S. omnes ciues S. qui in litibus, vel controuersijs ciuilibus, vel criminalibus, extra ciuitatem S. pendentibus, in testes nominati fuêre, examinauerit, dubio omni caret, etiam posito, ciuitatem S. prædictum priuilegium, ne quis ciuium S. testimonij dicendi causa in causis, siue litibus ciuilibus, siue criminalibus, extra ciuitatem euocari possit, non habere. Attamen per lapsum dicti temporis, & Duces P. amisisse hoc Ius, ne quem ciuem S. in litibus ciuilibus, vel criminalibus testimonij dicendi causâ, extra ciuitatem S. euocari possint, & senatum S. acquisiuisse hoc Ius, ne quis ciuis S. testimonij dicendi causâ, extra ciuitatem S. in litibus ciuilibus, vel criminalibus euocari possit.

Nonò priuilegium vniuersale, siue Ius vniuersale respiciens, per contrauentionem particularem, siue contrauentiones particulares non amittitur. *l. voluntaria, & ibi Cyn. C. de excus. tutor. Bart. l. 2. §. fin. ff. de decurio. Innoc. c. accedentibus. Ext. de priuileg. Bald. consil. 232. in fin. lib. 4. Bald. c. pleramq; col. fin. Ext. de rescrips. Bart. l. fin. cir. fin. & ibi Ias. num. 58 ff. de constit. princip. Abb. c. cum accessissent, & ibi Feli. num. 28. Alexand. consil. 33. lib. 5.* Similiter per contrauentionem, siue actum contrarium priuilegium concessum nunquam amittitur, eo casu, quando ille actus talis est, in quo potest capi alia coniectura, quàm renunciationis priuilegij, vtputa, si in illo actu posse capi coniectura talis, quòd expediens talem actum hoc fecerit propter reuerentiam, & obedientiam, superiori præstandam. *Cyn. l. voluntaria. C. de excus. tut. Ant. de Butr. c. accedentibus, col. 2. Ext. de priuileg. Alex. cons. 33. col. 3. lib. 5. Card. cons. 130. Feli. c. cùm accessissent, num. 28. & ibi Dec. num. 17. conclus. 5. limitat. 5. Ext. de constitut. Iason l. fin. num. 58. limit. 8. ff. de constit. princ.*

Eodem modo & priuilegium per contrarium actum nunquam tollitur eo casu, quando illud priuilegium non per actum momentaneum, sed per actum successiuum, tractum temporis habentem, nempe per consuetudinem, siue præscriptionem acquisitum fuit, *Inno. & Dd. c. accedentibus. Ext. de priuileg. Archid. c. in his, distinct. 11. Anton. de Butr. c. cùm accessissent, & ibi Felin. num. 30. limit. 7. & Dec. num. 17. conclus. 5. limit. 6. Ext. de constit. Anton. de Butr. c. fin. char. 3. Ext de consuet. Abbas consil. 94. circ. finem, lib. 1. Ias. l. fin. num. 58. lim. 7. ff. de constit. princip.* Et idem quoq; Iuris est, si simul concurrat priuilegium, actu momentaneo acquisitum, & præscriptio, siue consuetudo. Eam ob causam, quia in mixtis, siue quando concurrunt duo, vel plura circa idem, semper consideratur id, quod efficacius, firmius, & potentius est. *l. quæritur, ff. de stat. hom. l. generaliter, ff. de fideiuss. Ias. l. imperium, num. 3. ff. de iurisd. omn. iudic. Alciat. rep. l. 2. num. 31. ff. de verb. oblig.*

Præterea quoq; priuilegium, concessum Ciuitati, per actum contrarium, à singularibus ciuibus factum, vel præsumtum, nunquam tollitur, *Alexand. cons. 33. lib. 5. Felin. c. cùm accessissent, num. 29. limit. 3. & ibi Dec. num. 18. Ext. de constit. Iason l. fin. num. 58. lim. 3. ff. de constit. princip.* Et confirmatur ex eo, tum quia dubio omni caret, quòd singulares ciues non possunt expressè renunciare priuilegio, ciuitati concesso, & certum est, quòd per contrauentionem, siue actum contrarium, celebratum vel præsumtum ab eo, qui priuilegio expressè renunciare non potest, priuilegium nunquam tollatur, nec ei derogetur, *Innoc. c. accedentibus, Ext. de priuileg. Abbas c. pro illorum. Extr. de prebend. Abbas c. cùm accessissent, & ibi Felin. num. 29. limit. 3. & Dec. num. 17. conclus. 5. limit. 2. ext. de constit. Bald. consil. 287. lib. 4. Card. cons. 38. in fin. & cons. 130. col. 2. Iason l. fin. nu. 58. limitat. 3. ff. de constitut. principum.* tum, quià priuilegium, concessum Ecclesiæ, non amittitur per contrauentionem singularium Canonicorum, vel clericorum. *Innocent. c. accedentibus. Ext. de priuileg. Bald. consil. 237. lib. 4. Card. consil. 130. col. 2. Panorm. c. cùm accessissent, & ibi Feli. num. 29. Dec. num. 18. ext. de constit. Ias. l. fin. num. 5. limi. 3. ff. de constit. princ. Petrus de Perus. in tract. de quarta parrochial. c. 5. col. 2. vers. ex prædictis insurgit.*

Sed illud priuilegium, de quo in casu præsenti agitur, est priuilegium vniuersale, respiciens omnes omninò ciues, & incolas ciuitatis S. item omnes omninò lites, & casus, tam ciuiles, quàm criminales, nec non omnia iudicia extra ciuitatem S. existentia, siue agitata, & est concessum ciuitati S. nec non & consuetudine, siue lapsu temporis 40. annorum, quod vim consuetudinis, & præscriptionis obtinet, roboratum. Igitur sequitur, etiamsi probari posset, plures ciues contra hoc priuilegium quid fecisse, & testimonij dicendi causâ, extra ciuitatem euocatos paruisse, & extra ciuitatem profectos, per hos tamen actus contrarios ciuitatem S. prædictum priuilegium, sibi competens, non amisisse, nec ei derogatum esse.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi & Senatus S. & tota ciuitas actus aliquos, ad mandatum, siue requisitionem Ducum P. prædicto pri-

&o priuilegio contrarios celebrasset, cùm præsumatur iste actus celebratus eo animo, vt superiori obedientia, & reuerentia præstetur, senatum, & ciues S. per hosce actus prædictum suum priuilegium non amisisse.

Vlterius ex hoc infertur, etiamsi fides fieri possit, senatum, habito consilio cum omnibus omninò ciuibus ciuitatis S. actus aliquos, prædicto priuilegio contrarios, non ad mandatum Principum, sed sponte, & liberâ voluntate celebrasse, per hosce tamen actus prædicto priuilegio non esse derogatum.

Decimò, licet priuilegium per abusum amitti debeat. *c. priuilegium. 11. q. 3.* attamen abusus non præsumitur, sed ab allegante probari debet, tùm, quia abusus facti est, & in facto consistit: Et certum est, quòd facta non præsumantur, sed probari debeant. *l. Denique, ff. ex quibus caus. maior. l. quacunque, in princip. ff. de Public. in rem Act. l. in bello, §. facta, ff. de captiu. & postlimin. reuers. l. 1. C. de mand. princip. l. 1. C. de probatio. cum simil. allegat. per Aymon. Grauet. in tract. de antiquit. tempor. par. 1. §. propositum nostr. nu. 75.* tùm quia abusus delictum est, & certum est, delictum non præsumi. *l. meritò, ff. pro socio, l. quoties, §. pro dolo, ff. de probatio. Iason, l. non solùm, §. sed vt probari, de oper. noui nunciat. cum simil. allegatis.* Præterea illa regula, quòd per abusum priuilegium amittatur, procedit tantùm eatenus, quatenus quis priuilegio abutitur, vltra verò nõ, prout hoc expressè tradit *Decius, c. cùm accessissent, num. 17. conclus. 5. ext. de constit.* Et confirmatur, tùm quia pœna nunquam debet egredi metas delicti, nec se vlterius extendere, quàm delictum se extendit. *l. rescriptum, & l. heres, ff. de his, quibus vt indig. l. sancimus, ff. de pœnis, c. 1. & ibi Bald. Aluar. Mart. Laud. Præpos. & Dd. de vasal. qui contr. constit. Lothar. reg. c. 1. §. si quis miles, & ibi Mart. Lauden. & Præpos. de feud. sine culpâ non amitt.* tùm quia limitata causa limitatum producit effectum. *l. cancellauerat, ff. de his, quæ in test. delent: l. in agris, ff. de acquir. rer. domin. l. age cum Geminia: & ibi Iason, Dec. & Dd. C. de transact. cum multis simil. allegat. per Tyraq. in tract. Cessante causa, part. 1. nu. 142.*

Deinde etiam per abusum, siue delictum singularium ciuium Ciuitas priuilegium, sibi concessum, nunquam amittit: cùm sit clari, & indubitati Iuris, quòd factum, vel delictum singularium ciuium regulariter ipsi Ciuitati non noceat. *gl. l. aliud, verbo, refertur, & ibi Dd. de reg. Iur. glos. l. sed etsi ex dolo, ff. de dol. Ioan. Andr. c. felicis, §. fin. & ibi Gemin. de pœn. lib. 6. Bart. l. aut facta, §. fin. num. 9. ff. de pœn. Panorm. Ioan. de Anan. & Fel. c. dilectus, el. 2. ext. de Symon. Card. Flor. clem. 1. verbo, ciuitas, q. 2. & ibi Ioan. de Imol. col. 2. de pœnis, Ang. cons. 163. Fel. c.* cùm omnes, *Ext. de const. Corn. cons. 224. lib. 4. Oldrad. consil. 215. Paul. Castr. consil. 104. nu. 1. lib. 2. Bald: cons. 283. par. 1. Ias. cons. 139. n. 1. lib. 4. Aym: Grauet: cons: 21. nu. 8. Plat. rep: l. si quando, §. 50. nu: 9. C. vnde vi, Alex: cons: 47. nu: 10. lib: 6. Ruin: cons: 107. nu: 4. lib: 5. Card: Par. cons: 27. num: 102. lib: 1. Ias: l. ciuitas, nu: 2. & 3. ff. si cert: pet: Decius. cons: 221. num: 1. & 2. Rol. à Vall: cons: 66. num: 64: cum 3. seqq: lib: 2. fac: text: c. dilectum, & ibi Dynus de reg. Iur. lib. 6. l. semper, §. qui in sepulchro ff. quod vi, aut clàm.*

Quinimò non per abusum quidem, à Senatu alicuius ciuitatis præsumtum, etiam deliberatò, & ex proposito, ciuitas priuilegium suum amittit, nisi senatus tale quod præsumsisset, conuocatis prius solenniter omnibus ciuibus, & habito tractatu, & deliberatione cum omnibus ciuibus ciuitatis. *Bart. l. aut facta. num. 11. ff. de pœn. Oldrad. consil. 66. & consil. 315. Alex. consil. 105. nu. 33. lib. 3. Corn: cons. 224. lib 4. Præpos. c. 1. §. præterea Ducatus, nu. 6. de prohib. feudi alien. per Fred. Soc. Iun. consil. 115. n. 25. lib. 2. Fel. c. nouit, num: 9. lim. 6. ext: de Iud. Fel. c. dilectus, el. 2. num. 9. ext de foro compet.* Priuilegium quoq; acquisitum nunquam per abusum tollitur, vel amittitur, *sicut hoc satis probatur, per text. l. 1. §. Marcellus autem ait, ff. de aqua quotid: & æst.* Idem quoq; Iuris est in Iure acquisito non ex contractu, sed ex priuilegio, quod in formam contractus transiuit. Tale enim Ius æquiparatur Iuri acquisito per contractum. *Bart. l. quod semel, ff. de decret. ab ord. faciend.*

Similiter quoq; & priuilegium, alicui concessum, propter benè merita, prætextu abusus, vel ingratitudinis non amittitur. *Alex. cons. 101. col. 1. lib. 1. & cons. 229. col. 1. lib. 2. Barb. c. nouit, & ibi Fel. n. 12. Ext. de iudic. Barb. cons. 2. col. 4 lib. 4. Socin. cons. 58. col. 3. lib: 1. cons: 74. col. pen. lib. 3. Ias: l. ex hoc Iure, ff. de Iust. & Iure, Iason, l. si non sortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. Ias. cons. 101. col. 3. & cons. 121. col. 4. lib. 4. Steph. Bertrau. cons. 157. num. 8. & cons. 254. lib. 3.*

Et sic ex prædictis infertur, licet Duces P. prætendant, ciuitatem S. prædicta priuilegia, sibi concessa, per abusum amisisse, cùm tamen suæ Illustres celsitudines de hoc abusu hactenus fidem non fecerint, suas Illustres Celsitudines se isto abusu prætenso tueri non posse.

Rursus ex hoc infertur, ciuitatem S. prædictum priuilegium non amisisse, etiamsi fides fieri possit de abusu singularium ciuium, vel etiam Senatus S. si probari nequeat, tale quiddam præsumtum, conuocatis solenniter omnibus ciuibus, & habito tractatu, siue deliberatione cum omnibus omninò ciuibus.

Deinde

Deinde illud priuilegium, de quo in casu præsenti agitur, non stetit in meris finibus priuilegij, sed transiuit in formam contractus, sicut liquet ex eo. Quia illud priuilegium non continet meram, & nudam concessionem, sed etiam continet obligationem ipsorum Ducum. Ex quo infertur, tale priuilegium per prætensum abusum non potuisse omitti, etiamsi fides fieri possit & de abusu, & istum abusum præsumtum, conuocatis solenniter omnibus ciuibus, & cum illis habitum tractatum, & deliberationem.

Vlterius ex hoc infertur, etiamsi illud priuilegium tale priuilegium esset, quod per abusum amitti potuisset, illoq; abusus fuisset præsumtus, conuocatis solenniter omnibus ciuibus, & cum illis habitâ deliberatione, & tractatu, per istum tamen abusum ciuitatem S. illud priuilegium non totaliter in vniuersum, sed tantùm eatenus, quatenus se abusus extendit, perdidisse.

Vndecimò, dubio omni caret, priuilegium penitus extinctum, & amissum; per præscriptionem, siue lapsum temporis, perinde, imò facilius recuperari, sicut illud de nouo præscriptione acquiri potuisset: Tùm, quia vnaquæq; res de facili reuertitur, & reducitur ad statum suum pristinum. *l. si vnus, §. pactus, ne peteret. & ibi Dd. & Ias. nu. 5. vsq. adnu. 22. ff. de pactis, c. ab exordio, iunct. glos. dist. in. 35. Bart. l. cætera, §. sed si parauit. num. 4. ff. de legat. 1. Spec. in tit. de Instrum. edit. §. nunc autem videndum, in princip. Bald. c. 1. in princip. de capitul. Conradi, Angel. cons. 10. num. 3. vers. secundò, quia res, Soc. consil. 59. num. 8. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. num. 31. ex quibus caus. feud. amitt. Tyraq. in tract. de primog. q. 24. num. 6. Tyraq. in tractat. de pœn. cons. 51. nu. 13.* Tùm quia regulariter quælibet res, etiam penitus extincta, & distincta reparatur, accedentibus illis, quibus interuenientibus illa res de nouo extrui, vel acquiri poterat. *Bartol. l. nuptia, argum. illius textus, ff. de ritu nupt. Ias. l. 1. §. si quis ædificium, ff. de oper. no. nunciat.*

Ex quo infertur, etiam posito, sed tamen non concesso, Ciuitatem S. prædictum priuilegium amisisse per contrarium actum, abusum, vel aliam ob causam, cùm tamen Ciuitas S. vltra 40. annos, ab hoc tempore computandos, semper vsa fuerit isto Iure, ne quis ciuium, vel incolarum, in causis ciuilibus, vel criminalibus, ad alia iudicia, extra ciuitatem S. euocari potuerit, ciuitatem S. per lapsum, siue præscriptionem illius temporis hoc Ius recuperasse, ne quis ciuis, vel incola ciuitatis S. in causis ciuilibus, vel criminalibus, extra ciuitatem S. testimonij dicendi causâ, euocari possit, vel euocatus comparere cogatur.

Duodecimò, Principi, superiorem recognoscenti, nullo modo permittitur, priuilegium suum, alteri, etiam subdito, concessum, reuocare. *Anton. de Butrio, & Imo. c. quæ in Ecclesiarum. Extra de constitut. Abb. c. at si clerici, §. de adulterijs. col. 4. Ext. de Iudic. Bald. l. 2. col. 8. C. de seruitut. & aqua. Fel. c. nouit, num. 11. Ext. de Iud.* Prætereà illud priuilegium, quod in formam contractus transiuit, nullus omninò princeps reuocare potest, siue ipse princeps superiorem recognoscat, siue non; Item, siue illud sit concessum subdito, siue extraneo. *Bartol. l. omnes populi, quæst. 3. princip. ff. de Inst. & Iure. Alex. cons. 192. lib. 2. & cons. 30. col. 2. lib. 5. Ruin. consil. 196. num. 8. lib. 1. Bald. l. si cum mihi, ff. de dolo. Innoc. & Dd. c. nouit, Ext. de Ind. Archid. c. quicunq. 11. qu. 1. Archidiaconus c. licet, Canon. de Electio. lib. 6. Bald. c. fin. in princip. quo temp. miles. Bald. l. si quando in princip. C. de inoff. testam. Bald. l. fin. C. si contra ius, vel vtilitatem publ. Sigis. Neapol. inter cons. Alb. Brun. cons. 114. num. 257. Ioan. Cephal. cons. 58. num. 82. Ioan. Cephal. consil. 34. num. 26. Lauren. Syluan. consil. 34. num. 27.* Ideoq; traditum est, omnem concessionem principis, quæ in contractum transiuit, vel facta est per viam contractus, irreuocabilem esse. *Bald. c. 1. de nat. feud. Laur. Syluan. consil. 34. num. 29. lib. 1.* Et confirmatur ex eo, quòd nihil æquè conuenit humanæ fidei, quàm pacta, atq; conuentiones seruare. *l. 1. in princip. & ibi, Bart. Bald. & Dd ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de const. pecunia.* Atq; summus princeps ex pactis, contractibus, & promissionib. suis obligatur, illa firmiter obseruare, siue illa pacta, vel contractus fuerint initi cum subditis, siue non. *l. Cæsar, & ibi Bart. ff. de publican. l. penult. & ibi Bart. & Bald. C. de donat. inter vir. & vxo. c. 1. & ibi Bald. & Dd. de nat. feud. c. 1. & ibi Anton. de Butr. Imo. Abb. Fel. Dec. Ang. Bero. & Dd. ext. de probatio. Cyn. & Bald. l. digna vox, C. de legib. Iason l. si pecuniam, col. 6. ff. condict. cau. data, Iason, cons. 1. num. 4. lib. 1. consil. 177. num. 3. cons. 227. col. 5. lib. 2 consil. 76. num. 8. & cons. 93. lib. 3. Socin. Iun. consil. 126. num. 17. & 18. lib. 3. Laur. Syluan. consil. 34 num. 27. Ioan. Cephal. consil. 58. num. 78.* Imò & Deus ipse ex promissione, siue contractu suo obligatur. *Cyn. l. digna vox, C. de ll. Bald. l. 1. in princ. & ibi Ias. nu. 1. ff. de pact. Dec. c. 1. n. 1. ext. de probat. Laur. Syluan. cons. 34. num. 28.* Et contractus principis vel cuiuslibet alterius, habentis legis condendæ potestatem, obtinent vim legis. *d. l. pen. & ibi, Bart. & Bald. C. de donat. inter vir. & vxo. d. l. Cæsar, & ibi Bart. ff. de public. Bald. Alexan. Dec. & Dd. l. ciuitas, ff. si cert. petat.* Imò contractus, siue promissiones principum sunt longè fortiores, & firmiores legibus ipsius principis. *Bald. & Paul. Castr. l. 1. & ibi Iason num. 12. ff. de const.*

const. princ. Et licet princeps sit solutus lege legis, attamen se non est solutus lege contractus, vel conventionis. *Cyn. Bart. & Dd. l. digna vox, C. de ll. Bald. l. 1. & ibi Ias. num. 12. ff. de const. princip. Ias. l. 1. num. 4. C. de pac.* Et licet Deus subiecerit leges principi, Attamen non subiecit ipsi contractus. *Bald. l. 2. C. de seruitut. & aqua, Iason l. 1. num. 13. ff. de const. princip.* Ideoq; princeps in contractibus suis vtitur iure communi, eo nempe iure, quo priuati vtuntur. *Bald. & Ias. l. ex imperfecto, C. de testam. Decius, c. 1. num. 1. & ibi Fel. num. 1. ext. de probat.* Et consideratur, vt priuatus. *Laur. Syluan. consil. 34. nu. 28. facit id, quod tradit Bart. l. in fraudem, §. neq;, ff. de Iur. fisci.* Et præcisè obligatur ex suo contractu, siue conuentione. *Bald. c. 1. argum. illius text. de nat. feudi. Felin. c. 1. extr. de probat.* Vsq; adeò, vt princeps etiam de plenitudine potestatis non possit venire, contra suum contractum, promissionem, vel concessionem, neq; ius alteri ex contractu, vel concessione sua, quæ in formam contractus transiuit, quæsitum, tollere, auferre, vel diminuere possit. *Bald. c. 1. §. adhuc, col. 5. verb. item nota ex gloss. de pac. iur. fir. Paul. Cast. l. digna vox, C. de ll. Felin. & Dec. c. 1. num. 1. ext. de probatio. Dec. conf. 151. num. 11. & conf. 292. Iason consil. 1. lib. 1. consil. 233. lib. 2. & conf. 93. col. 8. vers. imo fortius, lib. 3. Alexand. Rube. consil. 50. Ruin. conf. 196. num. 19. lib. 1. Alciat. in tracta. de præsumptionib. reg. 3. præsumpt. 8. num. 6. Card. Paris. consil. 11. num. 116. & 117. lib. 1. Sigis. Neapol. int. con. Alb. Brun. conf. 114. num. 214. Ioan. Cephal. consil. 58. nu. 79. Aym. Grauet. in tract. de Antiq. temp. part. 1. §. circa primam, num. 17.* vbi ipse attestatur, hanc opinionem communiter receptam esse. *Rol. à Vall. consil. 66. nu. 33. lib. 2.* Vtq; princeps non modò ius quæsitum, verum etiam ius, quærendum alteri ex contractu, tollere nequeat. *Ruin. conf. 36. num. 17. conf. 69. num. 24. & conf. 99. nu. 7. lib. 3.*

Huc accedit, quod alibi traditur: Nihil esse, quod lumine clariore fulgeat, quàm recta fides, & obseruantia in principe. *l. inter claras, C. de summa Trinit. & fid. Cathol.* Et fertur, Aristotelem admonuisse Alexandrum, vt promissa seruaret, aliàs malus finis sequeretur. *Bald. l. 1. & ibi, Iason num. 1. ff. de pactis. Soburff. conf. 7. lib. 1.* Et quod infidum est, stabile non est. *Laur. Syluan. conf. 34. num. 29. vbi* [illegible] *Ciceronis pro hoc citat.* Et omnes contr[illegible] principe initi, censentur esse bonæ fidei, & habent naturam contractus bonæ fidei. *Bal[illegible] §. si quis verò, in fin. de pal. consta. Bald. conf. 24. [illegible] Curt. Sen. conf. 48. col. 15. Iason, l. Ciuitas, ff. si certi petat. Prapos. c. 1. de nat. feud. Ant. Burg. c. cum dilecti, col. 16. ext. de empt. & vendit. Felin. & Dec. c. 4. uerg. num. 1. ext. de probat. Aym. Grauet. conf. 95. num. 9. lib. 1.* cui bonæ fidei nihil magis conuenit, quàm pacta atq; contractus seruare. *l. exemplo, in princip. ff. de actio. Empt.* nihilq; magis contrarium, quàm fidem fallere, vel promissa non adimplere. *Bald. l. princeps, ff. de ll. Bald. c. 1. in princip. de capita. qui curi. vend. Bald. c. 1. in princ. col. 1. de cap. Conrad. Laur. Syluan. conf. 34. nu. 29.*

Similiter & priuilegium concessum, pro precio, siue pecuniâ, aut simili re, irreuocabile est. *Bald. l. qui se patris, C. und. lib. Abb. Brun. conf. 97. nu. 3. vbi ipse attestatur, eandem opinionem etiam amplecti Paul. Castren. in loco ab ipso citato.* Eodem modo & priuilegium, concessum alicui propter bene merita, est irreuocabile, Nec à principe concedente vllo modo reuocari potest. Etiam ne propter ingratitudinem quidem, *Roma. conf. 436. Rom. l. si verò, §. de viro, fallent. 24. ff. solut. matrim. Alciat. lib. 1. de verb. signi. Bald. l. si cùm mihi, ff. de dolo, Alex. conf. 101. lib. 1. Barb. c. nouit. & ibi Fel. num. 12. ext. de Iud. Barb. conf. 2. col. 4. lib. 4. Socin. conf. 58. col. 3. lib. 1. consil. 84. lib. 3. Iason, l. ex hoc iure. 2. §. effectu, ff. de Iust. & Iure, Iason, l. si non fortem, §. libertus, ff. de condict. indeb. Iason, consil. 101. col. 3. & con. 230. col. 4. lib. 4. Stephan. Bertrand. consil. 254. lib. 3. Sigismund. Neapol. int. con. Alber. Brun. consil. 114. num. 259.*

Sed certum est, quòd Duces P. recognoscant superiorem, Romanum Imperatorem nempe. Igitur sequitur, Duces P. istud priuilegium Ciuitati, atq; Senatui S. concessum, reuocare non posse, potissimum, cùm ex inspectione illius priuilegij liqueat, illud in formam contractus transiuisse, atq; non esse priuilegium simplex, sed continere obligationem.

Decimotertiò, ex contractu, siue concessione principis non tantùm ipse princeps, sed etiam omnes omninò successores illius, tàm mediatè, quàm immediatè obligantur, siue illi successores per successionem, siue per electionem contrahenti, vel concedenti surrogati fuerint. *Bald. Paul. Castren. & DD. l. digna vox, C. de ll. Bald. & Dd. c. 2. ext. de probat. Iason, consil. 1. dub. 2. lib. 1. consil. 10. col. 2. lib. 3. Roland. à Vall. consil. 66. num. 38. lib. 2.* Multo verò magis hoc procedit in successoribus illorum principum, qui prædecessoribus non per modum electionis, sed per modum successionis surrogantur. Illi enim absq; omni dubio ex contractibus prædecessorum suorum obligantur, illosq; obseruare tenentur, perinde, vt quilibet successor priuati contractus, & pacta prædecessoris sui seruare tenetur. *Ias. l. n. 14. ff. de const. princ. Alb. Brun. con. 1. col. 4. & conf. 23. Ioan. de Anan. con. 81. col. 2. Mandel. conf. 67. n. 1. & 4. Cyn. & Paul. Cast. l. digna vox, C. de ll.*

Potiss-

Potissimum verò hoc locum habet in contractibus, celebratis a regibus, Ducibus, vel principibus, sub nomine dignitatis. Ex ijs enim successor in dignitate absq; omni dubio obligatur. *Bald. & Dd. l. digna vox. & ibi Alb. de Ros. nu. 3. Paul. Castren. nu. 4. C. de ll. Gemin. c. Abbate, §. sed ad hoc num. 1. & ibi Philipp. Franc. num. 2. de sent. & re iud. lib. 6. Ioan. And. Anton. de Butr. & Dd. c. 1. & ibi Panorm. num. 1. Deci. num. 7. Felin. num. 1. Angel. Bero. num. 27. ext. de probatio. Bertachin. in tract. de Episcop. lib. 4. par. 4. num. 187. Luc. de Pen. l. hi quos, col. penult. vers. ad omnia generalia, C. de fund. rei priuat. lib. 11 Bald. cons. 417. lib. 1. consil. 158. col. 3. lib. 3. Bal. c. 1. §. Marchio. num. 4. de his qui feud. da. poss. Bal. c. 1. §. imperialis. num. 8. de pa. confir. Ioan. Igne. rep. l. donationes. num. 18. C. de donat. int. vir. & vxor. Socin. consil. 60. num. 29. lib. 3. Rolan. à Vall. cons. 66. num. 38. lib. 2.* Et in dubio omnes contractus, à Regibus, siue principibus initi, censentur initi, nomine dignitatis, *Ioan. Igne. rep. l. donationes. nu. 10. C. de donat. int. vir. & vxor.* Vsq; adeò, vt secundum aliquorum doctorum sententiam procedat, etiamsi ille contractus fuerit initus, siue concessio facta, nomine proprio, non expresso nomine dignitatis. *Socin. cons. 34. nu. 3. & 4. lib. 3. allegans ad hoc Anton. de Bnt. c. veniens, ext. de transactio.* Multò verò magis hoc locum habet, quando concessio facta, vel contractus initus est, ratione rerum, ad Ducatum, siue dignitatem spectantium. *Soci. cons. 34. col. fin. lib. 3.* vel quando in illo contractu, siue concessione est facta mentio officij, siue dignitatis. *Soci. consil. 34. col. penult. lib. 3.* vel quando ille contractus à successione contrahentis cognitus, vel confirmatus fuit. *Bald. cons. 159. num. 15. lib. 3. Allegans ad hoc Pet. & Cyn. l. priuilegia. C. de SS. Eccles. facit id, quod tradit Ias. consil. 1. num. 1. circa fin. lib. 1.* Et concessio, facta respectu rerum, ad aliquam dignitatem pertinentium, indistinctè nomine dignitatis facta censetur: Etiamsi nomen tantum proprium expressum fuerit. *Abb. c. dilecti, ext. de foro compet. Abb. c. 1. ext. quod met. caus. Abb. c. aduersus, ext. de immunit. Eccles. Abb. cons. 93. lib. 2. Innocen. c. 1. ext. de translat. praelator. Bartol. l. terminato, C. de fruct. & lit. expens. Domini. c. si gratiosè, col. 2. de Rescript. lib. 6. Dom. cons. 64.* siue eo casu, quando nomen proprium, & dignitatis simul in concessione expressum est, nomen dignitatis praecedat, vel sequatur. *Bart. l. terminatio, nu. 7. C. de fruct. & lit. expens. Abb. c. dilecti, num. 7. ext. de foro compet. Dom. c. si gratiosè, de Rescript. lib. 6. Conar. c. requisiuisti, num. 2. vsq; ad num. 9. ext. de testam.*

Similiter ex contractibus Ducis, vel principis successor in dignitate indistinctè obligatur, quando princeps, vel Dux [illegible] hit vel [illegible] pertinent[illegible] us ad o[illegible] suu[illegible] iuxta morem principatus, siue Ducat[illegible] *l. 1. in princip. & ibi Ias. ff. de const. prin.* [illegible] *Vall. cons. 66. num. 39. lib. 2.*

Sed absq; omni dubio [illegible] quo in casu praesenti agitur, concessi[illegible] bus P. ciuitati S. est facta mentio digni[illegible] ill[illegible]q; concessio est facta respectu re[illegible] Ducatum P. pertinentium, & ab o[illegible] successoribus primi concedentis in [illegible] diem confirmata. Igitur sequitur, [illegible] Duces ex illa concessione perinde o[illegible] sicut primus concedens ex illa obligatus fuit. Eamq; ob causam suis illustribus C[illegible] nibus nullo modo permitti, illam concessionem retractare.

Decimoquartò, licet superioribus magistratibus permissum sit, causas, spectantes ad inferiorum magistratuum cognitionem, ad se auocare. *l. iudicium soluitur, & ibi Bartol. Bald. & Dd. ff. de Iudic. l. contra pupillum, §. is qui ad manus, & ibi Alexan. ff. de re iud. c. vt nostrum, & ibi Phil. Franc. Dec. & Dd. ext. de appellat. c. volentes, & ibi Panorm. & Dd. ext. de offic. deleg. §. Iurisiurand. Auth. de defens. ciuit. Inno. Panor. & Dd. c. Cùm M. Ferrariensis, & ibi Fran. Rip. num. 194. cum seqq. ext. de constit. Sal. l. hac lege, C. de donat. Innoc. c. cùm ab Ecclesiarum, ext. de offic. deleg. Decis. Capell. Tholos. 450. Pet. Rebuff. rep. l. quod iussit, num. 61. ff. de re iud. Gemin. consil. 47. Iason, consil. 144. col. 1. lib. 2. Pet. Rebu[illegible] in tract. de Euocat. quaest. 5. Conarr. pract. q[illegible] cap. 9. Bald. l. 1. nu. 23. C. quomodo, & quan[illegible] iud. Rol. à Vall. cons. 48. lib. 2.* Et sic videba[illegible] cendum, Etiamsi senatus S. hoc ius, atq; facultatem habeat, ne quis ciuis, siue incola ciuitatis S. testimonij dicendi causâ, in [illegible] ciuilibus, vel criminalibus extra ciuitatem S. euocari possit, quòd ciues S. in litibus, extra ciuitatem pendentibus, in testes nominati, coram nullo alio iudice, quam coram senatu S. examinari debeant: principibus tamen P. tanquam superioribus permitti, hoc negocium examinationis testium ad se auocare, alijq; committere, vel delega[illegible]

Attamen praedicta regula [illegible] causas, atq; negocia, ad [illegible] Iudicis cognitionem spectan[illegible] care possit, procedit tantùm in ill[illegible] stratibus superioribus qui supremam Iurisdictionem habent, quiq; superio[illegible] non recognos[illegible], secus autem est in illis, qui superiorem [illegible] gnoscunt; quales sunt Marchione[illegible] Du[illegible] Comites, Illi enim [illegible] tes, causas, vel n[illegible] ad inferiores Iudices spectantia, auoca[illegible] queunt, *Paul. Cast. l. nemo, C. de Iurisd. omn.* [illegible] *Pat. Acharon. in tract. de exequendis mand. Re[illegible] cap. 6.*

cap.6.num.29.Couar.pract.quaestio.cap.9.num.4. Et hoc potissimum, & absq; omni dubio procedit eo casu, quando magistratus superior non habet liberam facultatem, magistratum inferiorem pro suo arbitrio & instituendi , & destruendi. Tunc enim is magistratus, superiorem recognoscens, causas, vel negocia ad inferioris Iudicis cognitionem spectantia, absq; omni dubio auocare, & ad forum suum trahere nequit. *Bal. l.1. n.25. C. quomod. & quand. iud. Bald. c.1. num.11. de allod. Ang. l. iudicium solnitur, ff. de iud. Curt. Iun. consl.2. Calcan. consl.8. col.10. & consl.16. num.90. Ias: cons: 144. dub. 1. lib. 2. Ioan. Montagnan. in tract. de Author. Consily, & ibi Boer. num.158. Pet. Rebuff. in Tract. de Euocat. q.5. Couar. pract. quaestio. cap.9. nu.4.*

Praetereà praedicta Theorica, Quòd superiori permittatur, causas, lites, vel negocia, ad inferiorum cognitionem spectantia, ad se auocare, nullo modo habet locum eo casu, quando Inferior à superiore Iurisdictionem acquisiuit, interueniente contractu, vel quasi. Sicut hoc satis probatur per id, quod traditur Domino feudi non permitti, causas, ad cognitionem Vasalli sui spectantes, quarum cognitionem ipse Vasallus, interueniente contractu feudi, acquisiuit, ad se auocare, vel ad forum suum trahere. *Bal. l. 1. num. 35. quaest. 43. ff. de Rer. diuis. Mart. Lauden. c. 1. nu. 14. & ibi Praepos. circa. fin. de controuer. int. Episcop. & Vasall. Mart. Laud. in tract. de principib. conclus. 265. num. 838. Praepos. in praelud. feud. col. 7. circa. med. Alb. Brun. cons. 27. col. penul. cons. 31. col. 3. & cons. 47. col. 2. Curt. Iun. cons. 2. num. 1. Iohan. Fab. Inst. de Attilia. Tut. in princip. Card. Paris. cons. 8. nu. 30. lib. 1. Iacob. de Sanct. Georg. in Tract. feud. verbo, Vicarius. col. 8. AEgid. Boss. in tract. criminal. tit. de for. comp. nu. 18. & 45. & in tit. de principe. num. 281. Pet. Rebuff. in tract. de Euocat. quaest. 5. Roland. à Valle. cons. 48. num 22. cons. 78. num. 2. & 3. lib. 2.* Et idem quoq; Iuris est in Iurisdictione, competente alicui ex tali priuilegio, quod in formam contractus transiuit. Tale enim priuilegium contractui aequiparatur, & perinde, vt contractus irreuocabile est. *Bart. l. qui semel, ff. de decret. ab ord. facien. cum simslib. superius allegatis.*

Sed certum est, Duces P. recognoscere superiorem, Imperatorem Romanum nempe, &, vt opinor, Duces P. non habent liberam potestatem, vel facultatem, senatum S. instituendi, vel destruendi.

Insuper & senatus S. Iurisdictionem, merum, & mixtum imperium, in totâ ciuitate, eiusq; territorio acquisiuit per contractum, & quidem non gratuitum, sed onerosum, illudq; priuilegium, concessum senatui, populoq; S. ne quis ciuium, testimonij perhibendi causâ, extra ciuitatem euocari possit, transiuit in formam contractus.

Igitur sequitur, Ducib. P. non permitti, examinationem testium, vel alias causas, siue negocia, ad cognitionem, & officium senatus S. spectantia, auocare, & ad suum forum trahere.

Prout superius conclusum est, de Iure respondit Ludolphus Schrader I. V. D. Ordinarius, & Professor in celeberrimâ Academiâ Francofordiensi ad Viadrum.

Approbauit deinde Iohan: Borcholten Luneburgensis.

CONSILIVM DECIMVM-SEPTIMVM.

Der Fall / darüber ein Rathschlag begehret / erhelt sich kürtzlich / wie folget.



S wird ein Erbar Rath / vnd die Gemeine Stadt S. Von den Durchleuchtigē / Hochgebornen Fürsten / vnnd Herrn / den Hertzogen zu S. vnd P. beklagt / Ob es wol an deme / daß J. F. G. Voreltern / vnd Anherrn / vnter andern hohen begnadungen / der Stadt diese freyheit gegeben / daß sie von des Raths vrtheilen / was sie sich der beschwerten / kegen L. an den Rath Appelliren möchten / welches dann J. F. G. in jhren wirden liessen / so were es doch jhrer sehligen F. G. meinung nicht gewesen / jhrer selbst hoheit abzubrechen / vnd

sich derselben gantz/ vnd gar zubegeben/ sondern were vmb ersparung willen der kosten/weil J.F.G. hoffgerichte nicht bestellet gewesen/ die sachen kegen L. zuverweisen/ nachgegeben/daraus man nuhn eine nothwendigkeit machen wolte. Dieweil aber J.F.G. Hoffgerichte itzo zimlich wol bestellet/vnd die vrsache des nachgebens auffgehaben/das Hoffgericht der beschuldigten Stadt viel neher/ dann L. gelegen were/so solte man menniglich frey lassen an das Hoffgerichte/ oder kegen L. zu Appelliren / wie es auff den weg wol eher gerichtet gewesen were.

Hierwieder wird von einem Erbarn Raht der Stadt S. die befreyhung der Appellation von den Hertzogen zu P. nicht gratis erlanget/besondern vor 254. Jahren von einem damalen Regierenden Landesfürsten vmb Gelt erkaufft/ von welcher zeit sich die Bürger / so sich eines Rahts vrtheil beschweret zu sein vermeinet/ nirgend an hin Appelliren/ dann an den Raht der Stadt L. vnd ob wol der Fürsten Hoffgerichte zimlich wol geordnet/der Stadt auch viel neher gelegen/ dann die Stadt L. So düncket jhnen dennoch/ nicht Rahtsam sein/ sich auß der erkaufften/vnd so viel Jahre gebrauchten freyheit zubegeben. Dann zu L. man viel schleuniger Expedition in Appellation sachen erlangen kan/ Als am Fürstlichen Hoffgerichte / wie menniglichē bewust/darumb stehet ein Raht in dem vertrawen / es werdē sie niemandts verdencken / daß sie jhren Landesfürsten in jhrer anmutunge nicht wilfahren.

Vnd wird hierbeneben berichtet / daß die Stadt S. vom ersten anfange derselben/ von den Landesfürsten mit L. Rechte bewiedemet. Dann diß sein formalia verba priuilegiorum. Iudicium, & Iustitia seruatur, à primâ fundatiōne ciuitatis solita, sub omni Iur. L. quod prædictæ nostræ Ciuitati donauimus, ita liberè, sicuti L. tàm in ciuitate suâ, quàm in suis proprietatibus perfrui liberius dignoscuntur.

Zu deme hat die Stadt S. gegen L. zu Appelliren gekaufft Anno. 1314. dann diß die wort des kauffbrieffes: Fürder vmb fromen / vnd bequemlickeit willen vnser Stadt zum S. geben wir/ vnd sonderlich gönnen jhnen das/ daß sie mögen/vnnd sollen jhre beschuldene Vrtheil führen/vnd holen zu L. Vmb diese vorbenante stücke haben sie vns gegeben / Sechstausent Marck / deß dann ein Rath / vnnd Gemeine Einwohner der Stadt stets in viridi obseruantiâ gewesen/ allein das Hertzog B. der itzigen Hertzogen proauus, die S. Appellation vor S. F. G. Hoffgerichte zuziehen sich hat angenommen/so ist doch solcher streit von Hertzog C. von N. etc. Anno 1504. zu R. vertragen/vnd krafft solcher transaction bey obgesetztem Recht / vnnd gerechtigkeit die Stadt geblieben / dann diß die wort des R. Receß / Wolte jemandes eintzele Personen in/ oder ausserhalb Rechts/ ansprechen/ oder beschuldigen/ so sol der Kleger kommen in den S. des sollen sie jhme verhelffen / vnnd ergehen lassen/was L. Recht/vnnd da einem part das Vrtheil/oder Rechtspruch nicht gefallen würde / der mag das schelten/ vnd sich beruffen an die von L.

DIVINI NVMINIS IMPLORATO SVFFRAGIO, sine quo nihil felix, & faustum.

Auff diesen fall achte ich / im Rechten ergründet sein/ daß / in betrachtung vorberürter Pri[illegible]len/ dieselben / welche von eines Erbarn Raths der Stadt S. Vrtheil zu Appelliren sich anmassen / oder vnterstehen/ J. F. G. vorwendens vngeachtet/allein kegen L. vnd keines weges an J.F.G. oder derselben Hoffgerichte Appelliren müssen / vnd zu Appelliren befugt/ vnd di[illegible]es aus nachfolgenden vrsachen.

Namq; primò in priuilegio, concesso ciuitati S. Anno 1314. expressè cautum est: Fürder vmb frommen/ vnd bequemligkeit willen vnser Stadt zum S. geben wir/ vnd sonderlich gönnen

jhnen

finen das/daß sie mögen/ vnd sollen ihre beschuldene Vrtheile führen/ vnd holen zu L. Ex quo priuilegio clare liquet, quòd non sit situm in liberá volunrate, & facultate illorum, qui á senteutiá latá á senaru S. appellare volunt, vtrum ipsi velint appellare, ad Ciuitarem L. sed quòd ipsi præcisè cogantur ad ciuitatem L. appellare. Sicut hoc satis patet ex verbo, Sollen/ illi priuilegio inserto, quòd verbum Sollen idem importat, quod verbum debet. Et clari Iuris est, hoc verbum, debent, sive Sollen non liberam facultatem, sed necessitatem præcisam denotare. *l. prætor in prin. & ibi gl. ff. de eden. l. 1. §. 1. ff. quod quisq. Iuris. l. debitor. ff. de verborum signif. Bartolus l. Creditores. lectu. 2. num. 3. C. de pigno. gloss. Clem. Attendentes, verb. debet, de statu Monach. Ioan de Ana: c. 3. extr. de Adult. Felin. c. Nam concupiscentiam. num. 6. extr. de constitu: Card: Paris: consil. 22. nu. 32. lib: 2.*

Et licet verbum, debet, importet non necessitatem, sed voluntatem eo casu, quando dispositio respicit fauorem illius, ad quem verbum DEBET refertur. *l. obseruatur. §. fin. ff. de offic. procons. l. qui interrogatur. ff. de Interrog: actio: Bartol: d. l. Creditores. num. 3.* Attamen illud clari Iuris est, quod in omni penitus dispositione id, quod principaliter agitur, attendendum, & secundum illud de totâ dipositione, deq; omnibus sequelis Iudicium faciendum sit. *l. 1. in prin. ff. de Auth. Tutorum, Iason l. si quis nec causam. in prin: ff. si Cert. petatur.* Et prædictum priuilegium principaliter respicit fauorem Ciuitatis S. sicut hoc satis patet ex illis verbis priuilegij. Fürder vmb frommen / vnnd bequemligkeit wullen vnser Stadt S. geben wir/etc. Ista verò verba priuilegij mögen/vnd sollen/referuntur ad singulares personas. Et sic dici nequit, ista verba referri ad eum, cuius fauorem istud priuilegium respicit, cùm aliud sit Ciuitas, aliud verò singulares ciues. *l. in tantum, §. vniuersitatis. de rerum diuis. l. sed si hoc. §. qui manumittitur. ff. de in Ius vocan. Felin: c. eam te. num. 13. verb. aliud sing. vsq. ad num. 16. extr. de rescript.* Et sic liquet, verbum Sollen in prædicto priuilegio non referri ad eum, cuius fauorem illud Priuilegium principaliter respicit, eamq; ob causam verbum Sollen/in isto Priuilegio positum, propriam significationem retinere, & necessitatem præcisam denotare.

Et [illegible] verbum Mögen/siue possunt, liberam v[illegible]atem, & non necessitatem denotet. *l. sæp[illegible] ibi gloss: & Bartolus ff. de officio præsidis. l. non quicquid, ff. de Iudic. Bartol: d. l. Creditores, num[illegible] Iason l. quod iussit, nu: 37. ff. de re iudicata. Bart. [illegible]allus, in princ. & ibi Ias. lect: 1. 25. in lect: 2. num: 19. ff. de posthum. Ias: l. 1. num: 3. ff. de Iurisd. omn: Iud.* Attamen hoc non habet locum, quando verbo, possunt, est iunctum verbum, debent; tunc enim ratione adiuncti significatio illius verbi alteratur, itá vt ista verba, simul iuncta, non voluntatem, sed necessitatem præcisam denotent, & quidem indistinctè, *c. 1. vers. possumus, & debemus, extr: vt Ecclesias, benefic: sine diminut. l. prætor, in princ: ff. de eden: Clem: 2. iunct. gloss. verb: debent, de statu Monach. Alex. cons: 223. incip: visis verbis dicti, Testamenti, circa fin: lib: 2. Ias: l. 1. nu: 3. ff. de Iurisdict: om: Iud: Iason l. Gallus, in princ. lectu: 1. num: 27. & lectu: 2. nu. 19. limit. 3. ff. de lib. & posthum.* Igitur sequitur, quòd vigore prædicti Priuilegij illi, qui á sententijs, latis á senatu S. appellare volunt, non tantùm possint, sed etiam præcisè cogantur ad Ciuitatem L. appellare.

Secundò perhibetur, in Priuilegijs, Ciuitati S. concessis, cautum esse: Iudicium, & Iusticia seruatur, á primá fundatione Ciuitatis solita, sub omni Iure L. quod prædictæ nostræ Ciuitati donauimus itá liberè, sicuti L. tám in Ciuitate suá, quàm suis proprietatibus perfrui dignoscuntur. Et sic ex illo priuilegio clarè liquet, quòd Ciuitas S. Iuri L. subiecta sit, quodque Ciuitas S. Iure L. in omnibus, & per omnia perinde vti debeat, pro vt L. illo Iure tám in Ciuitate suá, quàm extra Ciuitatem vtuntur.

Cùm itàque L. itá vtantur Iure suo quòd ab omnibus Iudicijs, subditis Iuri L. ad nullum alium, quàm ad senatum L. Appellatur, ex hoc infertur, quod etiam vigore huius priuilegij, á senatu S. tanquam Iudicio, subiecto Iuri L. ad nullum alium, quàm ad senatum L. appellari possit: Tum quia dictiones, ITA. & SICVTI. sunt dictiones similitudinariæ, omnimodam similitudinem denotantes *l. sicut, C. de repud. hered. l. sicut, C. de Actio: & Oblig: c. fin. extr. de rest: spolia: & ibi Anton: de Butr: notab: 4. per illum text. dicit,* quòd dictio, SICVT, importat omnimodam similitudinem, & in substantiá & in quantitate, *quod dictum refert, atq. sequitur Socin: Iun. cons. 76. num: 44. lib. 1. Et idem tenet Ioan. de Anani. c. nouit. extr. de Iudic. Socin. cons. 252. num. 10. lib. 1. facit text. c. olim. & ibi notatur extr. de verborum signif. l. si quis obrepserit, ff. de falsis.* Tùm quia, quando vnum adæquatur alteri, omnis virtus, omnisq; quantitas, atq; natura rei, ad quam fit adæquatio, imbuitur ei, cui adæquatur. *Bart. Socin. & DD. in l. & ibi Ioan. Crotus in repet. num. 8. & Iacob. de Nigris. num. 17. Argum. illius text. ff. de legat. 1. facit text. l. 1. §. 1. ff. si quid in fraud. pat. l. illud. ff. de donat. causa mortis. l. 1. in prin. C. de Rei vxor: action: Bart. l. 1. ff. de confirm. Tut. Quod etiam in priuilegijs locum habere*

tradit Bald. cons. 358. n. 6. lib. 1. Tùm quia illud, quod inest termino Exemplificanti, videtur inesse termino Exemplificato, etiam ex tacitâ repetitione. *l. in Testamento. ff. de condit. & demonst. l. Theopompus. ff. de dot. prælegata.* Sicut & Relatio intelligitur, cum omnibus qualitatibus facta, atq; relatum inest referenti cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs. *l. in Testamenta, ff. de condit: & demonst: l. à filio, §. si testator. ff. de aliment: & cibar: legat. l. 3. in prin. ff. de fundo instructo, Bart: l. si quis servum, §. fin. n. 5. ff. de legat. 2. Bart: l. 1. §. final. ff. si famil. fur fecisse dicat. Bart: l. 1. in prin. ff. de receptator. Bart. l. Sanctio legum. n. 7 ff. de pœnis. Francis. Aretin. l. scire debemus ff. de V. O. Ias. l. si cui. §. si à filio, n. 10. ff. de legat. 1. Cardinal. Paris. cons. 21. n. 43 & cons. 23. n. 66. lib. 1.*

Tertiò, Ex usu, siue obseruantiâ, posteà secutâ, quælibet dispositio declarationem recipit. *l. [illegible] ed & Iulianus, §. proinde, ff. ad SC. Maced. l. minime, & l. [illegible] de interpretatione ff. de legib: c. cùm dilectus. ext. de consuet: Aymo: Granet: cons. 101. nu. 3. lib. 2.* Et hoc usq; adeo verum est, ut procedat, etiamsi [illegible] tali usu, siue obseruantia requisita ad consuetudinem introducendam non interuenerint. Namq; nihilominus per talem usum, siue obseruantiam dispositio præcedens declaratur, & in tali obseruantiâ, siue consuetudine declaratiuâ, vel interpretatiuâ illa, quæ ad consuetudinem inducendam alioquin necessaria sunt, non requiruntur. *Paul: Castr: cons: 347. col: fin: lib: 1. Franc: Aret: cons. 1. col: 3. Socin: cons: 181. col: fin: lib: 1. Corn: cons. 188. col: final: lib: 4. Decius, c. cùm M. Ferrariensis, col: 2 ex: de constit: Dec: cons: 156. col: final. Granet: cons: 101: n: 4.* Sed in figuratione casus narratur, ab Anno 13[illegible]4. quo prædictum priuilegium, quòd à senatu S. ad senatum L. Appellati debeat, ciuitati S. concessum est, usq; ad hunc diem, semper & obseruatum, & in viridi obseruantiâ fuisse, quòd à sententijs senatus S. non ad Iudicium Curiale Ducum P. neq; ad ipsos Duces, sed ad senatum L. appellatum sit. Igitur sequitur per illum usum, siue obseruantiam, & Priuilegium concessum Anno 1314. nec non & aliud Priuilegium, de quo suprà mentionem feci, etiamsi illa priuilegia aliquin dubia essent, talem declarationem recepisse, quòd à sententijs Senatus S. non ad Duces P. vel eorum Iudicium Curiale, sed tantùm ad senatum L. Appellare licet.

Quartò interueniente prohibitione, & resistentiâ, subsecutâ postmodum scientiâ, & patientiâ, omnia omninò etiam illa, quæ sunt meræ facultatis, præscribuntur. *Innoc: & Abbas c. cum Ecclesia Sutrina & ibi Francis. Rip. ext. de causa p[illegible] proprie. Abb. c. quod ad translationem n. 4. ext. de offic. legat. Abb: cons. 101. nu. 1. lib. [illegible] cons. [illegible] n. 1. & cons. [illegible] 7. nu. 5. lib. 2. Ant. de Butr. cons. [illegible] 2. Abb. c. bona. el. 2. n. 19. ext: de postulat. prælat. Abb. [illegible] §. fin: n. 33. ext. de restit. spoliat. Deci. cons. 175. n: 6. & cons: 215. Aym: Granet: in tracta: de anti[illegible] tem[illegible] 4. part. §. Materia ista. n. 55. & 99. & §. circa præm[illegible] a. n. 41. 42. & 43. Abb. c. inter cæteras. in fin. ext. de rescrip. Abb. c. ex parte Astensi. ext. de conce[illegible] præb[illegible] nd[illegible] Abb. c. Ioan: ext. de cleric. coniug. Felin. [illegible] c. cùm a[illegible] ces[illegible] [illegible] n. 27. c. cùm M. Ferrariensis. nu. 7. ext. de [illegible] Francis. Balb: in tract: de præscrip: 4. part [illegible] principal. quæst. 1. Henning. Gœden. cons. 2. lib. [illegible] B[illegible] and[illegible] à Vall. cons. 22. n. 20. usq; ad finem. & cons. [illegible] 3. n. [illegible] cum multis sequentibus lib. 2. Philip. Port. [illegible] 3. lib. 3. Conar. repet. c. possessor. part. 2. §. 4. n. 6. de R. [illegible] lib. 6.* Et in specie, quòd hoc habeat locum etiam in præscriptione Iurisdictionis, quòd videlicet eo casu, quo superior voluit exercere Iurisdictionem, inferior hoc permittere noluit, iste inferior, interueniente lapsu temporis, ad præscriptionem requisito, Iurisdictionem respectu superioris priuatiuè præscribat, ità ut superior istam Iurisdictionem ulterius exercere nequeat, *tradit Calderinus cons. 6. tit. de sententia excom. Felin: c. pastoralis. nu. 5. ext. de offic. ordina.*

Sed in facti specie narratur, I[illegible] principem & Dominum, Dominum B. [illegible]cem P. annixum fuisse, & molitum, Appellationes, interpositas à sente[illegible]ijs se[illegible]us S. ad suum, suæq; Curiæ forum trahere, & sic contradixisse, siue restitisse illi Iuri, quo à sententijs senatus S. Appellatur ad senatum L.

Similiter in figuratione casus na[illegible] senatum S. Duci B. noluisse permittere [illegible] sas Appellationum ad se, atq; ad forum [illegible] trahere, & ex istâ resistentiâ, siue contradi[illegible]one inter prædictum ducem P. & sena[illegible] S. & litem, & bellum tandem Anno 15[illegible]4. transactione sopitum, & ab illo tempore usq; ad hunc diem & obseruatum, & in viridi obseruantiâ fuisse, quòd scientibus, & patientibus Ducibus P. à sententijs senatus S. tantùm ad senatum L. & non ad Duces P. vel illorum Curiam appellatum fuerit.

Igitur sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, ante illud tempus c[illegible] et liberum fuisse, à sententijs senatus S. ad senatum L. vel Duces P. appellare, propter hanc tamen resistentiam, siue contradictionem, subsecutâ scientiâ, & patie[illegible] Ducum P. nec non etiam interueniente lapsu temporis, plus quam sexaginta annorum, Senatum, & [illegible]nitatem S. hoc Ius præscripsisse, ne [illegible]is à sententijs [illegible]rum ad alium, quàm ad senatum L. appellare possit.

Quintò transactio quælibet à lite [illegible] dente declarationem recipit *l. si de certa & ibi*

Ias. &

Ias. & DD. C. de transact. Sed in figuratione casus narratur, inter Ducem P. nomine B. & senatum, populumq; S. talem controuersiam fuisse, quòd sua illustris Celsitudo conata, & annixa appellationes interpositas à sententijs senatus S. ad suum, suæq; Curiæ forum trahere, senatus verò S. hoc nullo modo permittere voluit, sed prætendit, eos, qui à suis sententijs Appellare nituntur, ad nullum alium Iudicem, quàm ad senatum L. appellare debere, indeq; & bellum ortum, & illud postmodum ità compositum, quòd à sententijs senatus S. ad senatum L. appellare liceat. Igitur sequitur, illam transactionem secundum litem præcedentem ità intelligendam, quod à sententijs senatus S. tantùm ad senatum L. & nullo modo ad Duces P. vel illorum curiam appellare liceat.

Sextò. De vno affirmatum de reliquo intelligitur esse negatum, & vnius inclusio est alterius exclusio *c. nonne. & ibi Felin: extr: de præsumpt. l. maritus & ibi Ias: C. de procurator. l. cum prætor, ff. de Iudic: Aquensis l. fin: ff. quod quisq; Iuris. Rimenal. l. 1. col: 18: ff. de offic. eius, cui mandat. est Iurisdict. Lancelot. De. l. penul. col. 3. C. de pactis. Cagnol. l. 1. ff. de Reg. Iur.* Et limitata permissio limitatum effectum producit *l. Cancellauerat, ff. de his quæ in Testamento delent. l. in ratione. §. fin. ff. ad l. Falcid. l. in agris, & ibi Alberic. ff. de acquir. rer. Dom. l. sed si plures. §. ad substitutos, vers. in arrogato, & ibi Bald. Immo. Rapha: Cuma: Alex: & Iason ff. de vulg. & pupillari. l. age cum Gemiano. & ibi Bald: Salicet: Roma. & Ias: C. de transact: Tyraquellus in tract: cessante causa cessat & effectus. part. 1. num. 147. vbi multos alios textus, & DD. ad hoc adducit.* Cùm itàq; in prædictâ transactione initâ Anno 1504. cautum sit, quòd à sententijs senatus S. ad senatum L. appellare liceat, Sequitur, illam transactionem ità interpretandam, quòd à sententijs senatus S. ad Duces P. vel illorum Curiam nullo modo appellare permittatur.

Septimò tam in priuilegijs, quàm in contractibus, nec non in reliquis omnibus dispositionibus verba potissimum attendenda sunt, pro vt hoc, quòd in priuilegijs verba potissimum attendenda sunt, expressè probat textus, *c. porro. extr: de priuilegijs, c. recepimus, extr: eod. tit. c. considerauimus, extr. de electio. glos: c. vt Apostolica, de priuileg: in 6. gl. clem. eu: 1. vers. excolendas. ad finem. de decim: Bald: c. fin. Argum. illius text. extr: de transla: prælato. Bald. l. 2. col. 2. vers: vlterius quæritur, ff. de Constit. prin. Bald. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exercito. actio. cum multis similib. allegatis per Tyraquel. repet. l. si vnquam, verb. libert. n. 8. C. de reuocand. donat.* Quòd verò in contractibus verba potissimum attendenda, & sequenda sint, probat text. *l. si quis stipulatus sit Stichum in prin. & ibi Francis. Aret. & Ias. ff. de V. O. l. si ità stipulatus. §. Chrisogonus. ff. eod. tit. l. fideiussores magistratuum, §. pro Aurelio, ibi, lecta subscriptione. l. stipulatus est, ibi, secundum ea verba. ff. de fideiussorib. l. sancimus, C. eod. tit. Socin: cons: 18. cons. 30. cons. 74. col. 3. cons. 88. lib. 1. Ias. cons. 159. colum. 2. cons. 220. col. antepenul. lib. 2. cum multis similib. allegatis per Tyraquell. l. si vnquam, verb. libertis. num. 5. vsq. ad nu. 9. C. de reuocand. donatio.*

Et verba tàm contractus, quàm priuilegij sunt forma ipsius, quæ dat esse Rei, nec ei aliquid addi, vel detrahi potest. *Bald. l. fin: col: 1. C. de suis & legiti. Bald. l. lecta, col. 2. vers. ex prædictis. ff. si cert. pet. Bald. cons. 266. col. 2. cons. 434. col. 1. lib. 1. cons. 71. lib. 3. Rapha. Cuma. cons. 164. colum. final.* Ideoq; & omissum verbis habetur pro omisso *l. quicquid astringenda, & ibi Ias. & DD. ff. de V. O.* Et nulla dispositio extra verba illius extendi debet. *l. quod constitutum, & ibi Bart. ff. de Testamen. militari. Signorol. con. 61. incip. quæstio. talis est. col. 3.* Illud quòq;, quod contractus, siue Priuilegium non dicit, quodq; verbis contractus, siue priuilegij expressum non est, nec nos dicere, vel affirmare debemus. *l. si seruum. §. non dixit prætor, ff. de acquir. hered. Bald. cons. 99. col. 1. lib. 4. Bald. l. omnes populi, paulo ante finem, ff. de Iustic. & iur.* Pro vt etiam alibi traditum est, Illud, quod Instrumentum non dicit, vel cantat, nec nos dicere, vel cantare debemus *Bald. c. Rudolphus. col. 2. extr. de rescrip. Bald. c. per venerabilem. col. penul. extr. de Elect. Bald. cons. 297. lib. Angel. l. intereft. C. de solutionib.* Quòdque non possumus plus, vel minus loqui, quàm Instrumentum loquitur *Bald. cons. 455. col. 1. lib. 1.*

Nec etiam possumus interpretari, dispositionem aliquam id disponere, quod non loquitur, *Bald. cons. 447. col. 3. lib. 5. Tyraquel. repet. l. si vnquam. verb. libertis, num. 4. de reuocand. donat.* Omnisq; illa interpretatio, quæ verbis non conuenit, vel testagatur, reijcienda est *Bart. l. ab executore, col. 2. vers. Item si verba. & ibi Immol. & Ang. Aretin, ff. de verb. oblig. Bart. l. duob. §. ergo si quis, ff. de Iureiuran. Bald. l. ea quæ. C. commi. vel Epistol. Angel. l. si quis intentione, ff. de Iudic. Immol. cons. 21. col. 2. Paul. Castr. cons: 338. colu. 2. lib. 1. Francis. Aret. & Ias. l. quicquid astringenda, in prin. ff. de V. O. Alex. cons. 28. col. penul. lib. 1. cum multis similibus allegatis per Tyraquel. rep. l. si vnquam. verb. libertis, nu. 13. C. de reuocand. donationibus.*

Ex quo infertur, licet Duces P. prætendant illius priuilegij, quod à sententijs senatus S. ad senatum L. appellari debeat, hanc causam fuisse, quòd tempore concessionis Iudicium Curiæ Ducum P. non ità, vt decebat, constitutum fuerit; Cùm hoc tamen verbis priuilegij expressum non sit, illud nullo modo admittendum esse.

Rursus

Rursus ex hoc infertur, licet Principes P. prætendant, Iudicium Curiæ suæ illustris celsitudinis hodiè benè constitutum, & instructum, & sic cùm cessat causa illius priuilegij, & ipsum quoq; priuilegium cessare, hoc tamen, cùm illud ex falsis præsuppositis extructum sit, similiter non admittendum. Clari enim Iuris est, quòd destructo fundamento, & omnia super extructa corruant. *l. egi, in princ. ff. de except. rei Iud. c. cum Paulus 1. q. 1.*

Octauo, licet, cessante causâ, cesset & effectus. *c. & si Christus. & ibi DD. ext. de Iureiurãdo. c. cùm cessante, & ibi DD. ext. de Appellat. Tyraquell. in tractat. cessante causa. part. 1.* Attamen in dubio non præsumitur, causam cessare, sed is, qui hoc allegat, illud probare tenetur, Tum quia hoc, quod causa cesset, facti est, & in facto consistit, & certi Iuris est, quod facta non præsumantur, sed probari debeant. *l. quæcunq; in prin. ff. de Public. in rem actione l. in bello. §. facti. ff. de capti. & postlim. reuersis.* Tùm quia Regulariter quælibet res præsumitur perseuerare in suo statu, & mutatio non præsumitur. *l. cum qui, ff. de probat.* Tum quia Regulariter quilibet tenetur probare id, quod est fundamentum suæ intentionis *l. 2. ff. de probationib. l. qui accusare. & ibi DD. C. de edend. l. 1. & l. actor. C. de probat.*

Præterea illa Regula, quæ vult, quòd cessante causâ, cesset & effectus, multas limitationes patitur, & inter cætera non habet locum in causâ impulsiuâ. *l. 2. §. fin. & ibi gl. Bart. & DD. ff. de donat. l. 1. §. sexum. & ibi gl. Bart. & DD. ff. de postulan. l. sed etsi more. §. fin. ff. de donat. inter vir. & uxor. gloss. l. 1. verf. ocenpati. & ibi Bald. ff. de ferijs gloss. l. si pecuniam, in princ. ff. de condict. ob causam, cum multis similib. allegatis per Tyraqu. in tractat. cessante causa. part. 2. limit. 1. nu. 1. 2. & 3.* Et in dubio præsumitur, causam aliquam esse causam impulsiuam, *gloss. l. 2. §. final. ff. de donat. gloss. Dyn. & Philip. Franc. c. decet. de Reg. Iur. in 6. Iacob. Aretin. & Cyn. l. 1. col. 1. opposit. 3. C. quæ sit longa consuetudo. Collecta c. post translationem. col. 1. verf. sed quid si dubitetur, & ibi Cardinal. Florent. §. cæterùm. col. 3. verf. quæro in eo, quod suprà. ext. de renunc. Paul. Castr. l. fin. ff. de condic. ob causam Angel. §. illis autem & ibi Francis. Oteri. col. 2. Instit. de Testamilit. Socin. cons. 83. ad finem lib. 3. Eamq; sententiam communem esse attestatur Card. flor. loco præalleg.*

Similiter ista Regula non habet locum, nec in causâ finali quidem, eo casu, quando causa cessans non est vnica. *l. si non lex Ælia sentia, & ibi Bart. Bald. Immo. ff. de hered. instit. l. tutor petitus, §. quæ Tutoribus ff. de excusat. tutorum. gloss. l. liberorum. §. 1. verf. collocare. & ibi Iacob. Butriga. Bart. Alberic. Bald. Paul. Castren. ff. de his, qui notantur infa. Tyraquell. in tractat. cessante causa. part. 2. limit. 2. vbi ipse multas alias & leges, & authoritates Doctorum ad hoc citat.* Et in dubio non præsumitur, causam, præsertim non expressam, tantùm vnicam esse. *Curt. Sen. cons. 81. n. 8. Ias. Auth. quas actiones. C. de sacrosan. Ecclesijs. Tyraquel. in tract. cessante causa. part. 2. limit. 21. n. 14.*

Deinde prædicta Regula non habet locum in illâ causâ, quæ in dispositione aliquâ expressa non est, sed tantùm tacitè subintelligitur. *l. si maiores. & ibi DD. C. de transact. l. si repetendi, & ibi gl. & DD. C. de condict. ob caus. l. 3. §. si quis quasi. & ibi gl. & DD. ff. eod. tit. l. quod quis, ff. de condict. indeb. l. cùm in plures. § locator. & ibi DD. ff. de locat. Bart. l. si ego. opposit. 2. ff. si certum petatur. Tyraquel. in tract. cessante causa. part. 2. limit. 22. vbi ipse multa alia ad hæc allegat.* Eodem modo prædicta Regula non habet locum, vel quando causa etiam finalis est tantùm præsumpta. *Tyraq. in tract. cessante causa. parte 2. limit. 29.* vel est probabilis, non necessaria. *Bald. l. 1. col. 5. soluto matri. Socin. cons. 1. colum. fina. lib. 1. Tyraq. in tract. cessante causa. part. 2. limit. 6.* vel quando illa causa non est propinqua, & immediata, sed est remota, siue mediata, *gl. l. si mulier. Argum. illius text. ff. rerum amota. Tyraquel. in tracta. cessante causa. part. 2. limit. 20.*

Prædicta quoq; Regula habet tantùm locum in causâ, secus autem est in occasione, Namq; cessante occasione, nunquam cessat effectus. *l. final. ff. de rescinden. vendit. Bald. c. solicitæ. cir. fin. ext. de maior. & obed. Tyraq. in tract. cessante causa. part. 2. limit. 25.* Et Regulariter id, quod in facto consistit, occasio, non causa dicitur. *c. 1. § porrò. & ibi Cardinal. Florent. & Panor. vterq; vltimo notab. ext. vt Ecclesiast. benefic. sine diminut. conferantur. c. 1. §. porrò, & ibi Dom. de statu regul. lib. 6. Clement. dudum. §. in studijs autem liberalibus, ibi, ex aliquâ ratione, vel causa, de sepultu. gl. l. si ergo. §. interdum, verb. pactum me vsucapere, ff. de Publiciana in rem actio. Bald. l. certum. ad finem, C. famil. hercíscun.*

Regula etiam prædicta non procedit, quando is, qui prætendit causam cessare, agit de lucro captando, siue de quærendo aliquid. *Bart. l. omnes populi. col. 18. verf. secundò quæro an statuta. ff. de Iustit. & Iure. Bald. l. adigere. §. quamuis. ff. de Iure patronatus. Socin. con. 1. col. fina. lib. 1. Tyraq. in tractat. cessante causa. part. 2. limit. 5.* Eo quoq; casu, quando ex causæ existentiâ alicui iam est Ius quæsitum, cessante causâ, cessat effectus. *l. si post mortem, §. 1. & l. non putauit. §. sed & si post mortem. ff. de bon. possess. contra Tab. l. cum exori. C. quando dies legati cedat. c. ab eo. de electio. lib. 6. Clement. constitutionem. col. pen. eod. tit. Ioan. Andr. c. decet. col. 3. de R. I. lib. 6. Bald. l. filiam lectu. 1. ff. de senator.* In contractibus quoq; nominatis, cessante causâ, etiam finali, nunquam cessat effectus. *Bald. l. cum te. Argum. illius text. C. de pact. inter empt. & vendit. Tyraquel. in tract. cessante causa. cess. part. 2. lim. 36.* Et semper illa dispositio, in quâ fit mentio precij, siue pecuniæ, censetur esse

esse contractus nominatus, Emptio nempe, & venditio *l. fin. & ibi gloss. & Bart. C. de præd. decurio. lib. 10. gloss. apud Celsum, §. si cum legitima, verb. precio ff. de excep. doli, gloss. & Bald. l. cum dotem, C. de Iure dot. Matth. de Afflict. decis. 270. n.*

Sed in casu præsenti in isto Priuilegio, de quo controuertitur, nulla penitus causa expressa est. Et licet Duces P. prætendant, prædicti Priuilegij hanc causam fuisse, quòd tempore concessi Priuilegij, Iudicium Curiæ suæ illustris celsitudinis non benè constitutum, vel instructū fuerit; Attamen, quòd ista fuerit causa istius Priuilegij hactenus probatum non est, multò verò minus fides facta est, illam esse vnicam, solam, finalem, & immediatam causam istius Priuilegij. Insuper etiam ex inspectione illius Priuilegij liquet, causam proximam, siue immediatam illius Priuilegij fuisse precium, Item & nummos à Senatu S. Duci P. numeratos. Illaq; prætensa causa consistit nō in Iure, sed in facto. Et sic liquet, etiam posito, sed tamen non concesso, probari posse, illam prætensam causam esse causam huius Priuilegij, illam tamen potius præsumi, esse occasionem, siue causam impulsiuam, quàm finalem causam.

Præterea prædictum Priuilegium, cùm illud non gratis, sed pro precio concessum sit, atq; in illo fiat mentio precij, siue nummorum, potius est contractus, & quidem nominatus, emptionis nempe, & venditionis, quàm Priuilegium. Ex illo Priuilegio Ciuitati S. hoc Ius quæsitum est, ne quis à sententijs Senatus S. ad alium Iudicem, quàm ad Senatum L. appellare possit. Nec non & Duces P. qui in casu præsenti prætendunt causam dicti Priuilegij cessare, certant non de damno vitando, sed de lucro captādo. Igitur sequitur, Duces P. prætendentes, causam illius Priuilegij, de quo in casu præsenti agitur, cessare, eamq; ob causam nec illud priuilegium vires obtinere nullo modo audiendos, illamq; Regulam, quòd cessante causâ, cesset & effectus, in casu præsenti locum non habere.

Nonò licet regulariter is princeps, qui Priuilegium concessit, illud interpretari possit, *c. Cum venissent, & ibi Abb. Felin. Dec. & Dd. ext. de iudic. l. final. & ibi Dd. C. de legib. l. Neratius, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. c. inter alia, ext. de sententia excommu. Dec. l. in ambiguis, ff. de reg. Iur. Grauet. cons. 135. nu. 39. lib. 1.* Attamen hoc ità demum procedit, si Priuilegium sit obscurum, secus autem est, si Priuilegium sit clarum, manifestum, & apertum; huic enim interpretationi locus non est eam ob causam, Quia in claris non est locus neq; coniecturis, neq; declarationi. *l. continuus, §. cùm ità ff. de V. O. l. ille, aut ille, §. cum in verbis ff. de leg. 3. Oldrad. con. 159. Incip: ex præsenti Themate, circa princ. Dec. Auth. ex teste. n. 6. C. de collat. Deci. l. si donationē, n. 2. C eod. titul. Paul. Cast. l. heredes palàm, §. si quid post, ff. de testam. Pet. de Ancho. cons. 399. incip. præmitto, col. final. Dec. l. in ambiguis orationib. nu. 4. de reg. iur. Dec. l. 1. col. C. de impub. & alijs substitu. Dec. c. fin. col. 3. ext. de constitutionib. Decius, c. pastoralis, in fin. extr. de exceptio. Grauet. cons. 4. n. 21. con. 11. n. 6. & con: 47. n. 2. Bald. c. 1. col: 3. vers. Item qui interpretatur. ext. de consti. 1. Paul: Cast: con: 22. col: fin: cons: 148. tok fin: cons: 340. col: 1. lib: 1. Dec. c. cum venissent, ext: de iudic: Tyraq: rep: l. si vnquā, verb. libertis, n. 19. C. de reuocand. donat. Soci. Iun. cons. 138. n. 16. lib. 3.* Et vbi verba sunt clara cauillationes Aduocatorum locum habere non debent *Bald. cons. 174. in fin. lib. 3. Grauet cons. 4. nu. 21. cons. 11. nu. 6. cons. 47. nu. 2.* Ac in qualibet dispositione potiùs attendenda, & sequenda sunt verba certa, quàm mens Imaginaria, & incerta. *Bald. consil. 452. col. 2. lib. 1.* Et omnis illa interpretatio, quæ à verbis discrepat, reijcienda est. *Bart. l. ab executore, colu. penult. in prima ff. de appellat. Bald. l. ea quæ, C. communicatio vel Epistola, Francis. Aret. cons. 50. Francis. Aret. l. 5. §. stipulatio, ff. de verb. oblig. Alex. cons. 219. incip. non arguendo, in fin. lib. 2. Dec. l. in Ambiguis, n. 2. ff. de reg. iur. Tyraq. repetit. l. si vnquam, verb. libertis n. 13. C. de reuocand. donat.* Idemq; est de mente. Felin. *c. nonit. n. 9. lim. 8. ext. de Iudic.* dū videlicet ibi tradit: Concedentem Priuilegium non posse interpretationem talem facere, per quam Priuilegiū perimeretur. Eodem modo hoc non procedit in illa interpretatione, quæ naturæ Priuilegij resistit. Namq; tàm verba Priuilegij, quàm cuiuslibet alterius dispositionis, secundum naturam illius dispositionis, siue secundum subiectam materiam intelligenda sunt, Etiamsi necesse sit, verba detorquere ad significationem impropriam, vel improprijssimam. *l. si vno, in prin. ff. de loc. & conduct. l. Insulam, & ibi Ias. ff. de præscrip. verb. l. sed etsi possessori, §. item si Iurauero, & ibi Ias. ff. de Iureiur. l. si oles, & ibi glos. & Bart. C. de locat. & conduct. l. si stipulatus, ff. de vsuris, Ias. l. 2. in prin. n. 9. & 10. ff. de Iust. & Iur. Ias. l. 1. n. 8. ff. qui satisd. cogant. Ias. l. is qui putat, nu. 20. ff. de acquir. hered. Bald. Rub. n. 9. C. de contrah. empt. Aym. Grauet. cons. 20. n. 3. lib. 1. Rol. à Vall. cons. 10. n. 16. libro primo.* Sed certum est, cuiuslibet Priuilegij illam naturam esse, quòd illud contrà concedentem latissimè interpretari debeat. *Panorm. c. quia circa, ext. de priuil: Panor: c. cum dilect: ext. de donat: Panorm: c. olim, ext: de V. S. Bertrand. cons. 7. n. 2. lib. 3. part: 2. Bertrand. cons. 15. n. 5. cons. 277. n. 20. lib. 6. cons. 38. n. 3. lib. 7. Francisc. Nicont. repet. Rub. n. 119. ff. solut. matri. ibi ipse ad hoc infinitas authoritates allegat, ex quibus facile liquet, hanc opinionem communiter receptam.*

Deinde etiam prædicta Regula, quæ vult, concedenti licitum, atq; permissum esse, priuilegium suum interpretari, non procedit in tali priuilegio, quod transiuit in formam contractus. Namq; cùm tale priuilegium æquiparetur contractui, & mixtam naturam contractus habeat, de illo idem ius, quod de contractu, statuendum est: Tùm quia dispositum ex vno æquiparatorum etiam ad aliud æquiparatorum extenditur, *gloss. final: l. si quis seruo, & ibi Dd. C. de furt. Nicol. Euerhard. in loco ab æquiparatis.* Tum quia dubio omni caret, quod contractus sit efficacior priuilegio. Et certum est, quòd in mixtis illud, quod potentius, siue efficacius est, consideretur, & secundum illud de totâ dispositione Iudicium fiat. *l. quaeritur, ff. de statu hominum, Iason, l. imperium, ff. de Iurisdictio. omn. Iudic. Alciat: l. 2. in princip: de verb: obligatio:* Sed certum est, quòd in contractibus verba obscura, non ab eo, qui ista verba protulit, sed contra eum interpretari debeant. *l. veteribus, & ibi Bartol: & Iason, ff. de pact: l. Labeo scripsit obscuritatem, ff. de contrahen: empt: l. quicquid astringendæ, & ibi Iason, & Dd. ff. de verb: oblig: c. contra eum, & ibi Ioan. Andr. Dyn. & Philip: Franc: de reg: Iur: lib: 6. Bart. l. liberorum, colum: 6. ff. de verbor: significat: Iason, l. si quis id quod, num: 23. ff. de Iurisdictione omnium Iudicum.* Igitur sequitur, similiter & illud priuilegium, quod in formam contractus transiuit, siue admixtam naturam contractus habet, non a concedente, sed contra concedentem interpretandum esse.

Sed priuilegium à Ducibus P. Anno 1314. concessum ciuitati S. satis clarum, & manifestum est, quòd à sententijs latis, à senatu S. ad senatum L. appellari debeat, illaq; interpretatio, quam Duces P. facere nituntur, quòd videlicet appellantibus liberum, & permissum esse debeat, vtrum ipsi ad senatum L. an verò ad Duces P. appellare velint, refragatur literæ illius priuilegij. Insuper etiam illud priuilegium non est priuilegium simplex, sed transiuit in formam contractus, & quidem non lucratiui, sed onerosi, cùm senatus, atq; ciuitas S. pro isto priuilegio numerauerit vndecim mille marcas. Igitur sequitur, illam interpretationem, quam Duces P. ad illud priuilegium facere nituntur, quod videlicet partibus liberum esse debeat, à sententijs senatus S. appellare, vel ad Duces P. vel ad Senatum L. tanquam literæ, & naturæ priuilegij contrariam, nullo modo admittendam, vel recipiendam.

Rursus ex hoc infertur, etiamsi de interpretatione prædicti priuilegij, & quomodo illud intelligendum sit, dubium esse possit, illud tamen priuilegium non a concedente, sed contra concedentem latissimè interpretandum, & ita accipiendum esse, quod a sententijs Senatus S. tantùm ad Senatum L. & nullo modo ad Duces P. & illorum curiam appellare liceat.

Decimò licet regulariter inferior de appellationibus, à sententijs; ab ipso latis, interpositis, vel interponendis, & inter cætera, ad quem tales appellationes fieri debeant, nihil disponere possit. *c. venientes, & ibi Bald. Abb. & Dd. ext. de Iureiur. Bart. l. omnes populi, num. 27. ff. de Inst. & iur. Bart. l. penult. ff. de aqua pluuia arcend. facit text. l. nam & magistratus, ff. de arbitr. c. Cum inferior. ext. de maiorit. & obedient.* Attamen dubio omni caret, eum, ad quem causa appellationis spectat, in præiudicium proprium, priuilegium tale concedere posse, ne ad ipsum, sed ad alium appellari possit: Tùm quia superior tàm per statutum, quàm per priuilegium appellationem, ad se interponendam penitus tollere potest. *l. 1. §. fin. ff. à quib. appellare non licet, gloss. c. quod ad consultationem, ext. de offic. legat. Bartol. l. omnes populi, num. 27. ff. de Inst. & iur. Bart: l. fin. C. de sententijs, & interloc. omnium Iud. Abb. c. & ibi Fel. num. 3. & Dec. num. 9. & 10. ext. de appellat. Dec. c. pastoralis, in princip. ext. de appellat.* Quod procedit non tantùm in ijs principibus, qui superiorem non recognoscunt, sed etiam locum habet in principibus, superiorem recognoscentibus, dummodò ipsi habeant regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, quales sunt Marchiones, Duces, Comites. *Bald. l. fin. C. quorum appellatio non recipiant. Iason, l. nemo potest, lect. 1. num. 9. & lectur. 2. nu. 10. ff. de legat. 1. Dec. c. pastoralis, in princ. num. 2. vers. Imò quod plus est, ext. de Appellat. Rol. à Valle consil. 86. num. 16. lib. 1.*

Quinimò ciuitates, superiorem recognoscentes, ad quas spectant causæ primæ, & secundæ appellationis, per statutum appellationem penitus tollere possunt. *Bart. l. omnes populi, num. 27. ff. de Instic. & Iure, Bart. l. penult. ff. de aqua pluuia arcend. Argumento l. 2. §. exactis, ff. de orig. Iuris.* Et certi Iuris est, quòd is, cui appellationem tollere permittitur, multò magis modum, & formam appellandi, Item & Iudicem appellationis mutare possit, cùm permissum in toto etiam in parte permissum censeatur. *l. qua de totâ, in princ: ff. de rei vendicat. l. qui scit, ff. de vsur.* Et ei, cui id, quod plus est, permissum est, multò magis quod minus est, liceat. *l. videamus, §. penult. ff. de in litem iura. & l. in actionib. §. 1. & ibi Alexan. & Iason, ff. eod. tit. l. nec in ea, & ibi Bart. ff. ad l. Iul. de adulter. l. non debet cui, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. iur. c. cui licet, & ibi Dyn. eod. tit. lib. 6.* Tùm quia id, ne inferiores in præiudicium superioris de

causis

causis appellationum quid disponere possint, in cuorem superiorum introductum est. *Bart. l. omnes populi, num. 27. ff. de Iust. & Iure, Bart. l. penult. de aqua pluuia arcena. Felin. c. 1. num. 1. extr. de rescript. Felin. Rub. num. 3. extr. de appellat.* Et certum est, quod quilibet tam tacitè, quam expressè renunciare possit ijs, quæ in fauorem suum introducta sunt. *l. penult. & ibi Bart. Iason. Dec. & Dd. C. de pact. l. pactum inter heredem, & ibi Iason. & Dd. ff. eodem tit.* Tùm quia homines etiam penitus priuati in suum præiudicium appellationibus, siue Iuri appellandi renunciare possunt, tàm Singulariter *l. Cum anterioris. §. fin. & ibi Bart. Bald. & Dd. de tempor. appellat. Felin. c. ex parte, el. 2. n. 5. & 6. extr. de rescript. Felin. c. si diligenti. num. 7. extr. de foro, compet. Philip. Franc. Dec. & Dd. c. interposita. §. ille, extr. de appellatio. Socin. Iuni. consil. 1. 3. num. 5. lib. 3.* quam Vniuersaliter, *Bald. d. c. venientes, extr. de Iureiurand. Cepoll. caut. 37.* Tùm quia Priuilegium, á superiore inferiori concessum, ne á sententiá inferioris ad superiorem appellari possit, valet, & tenet. *Bald. l. fin. §. fin. C. de tempor. appellat. Andre. Barbat. consil. 44. num. 9. lib. 4.* Tum quia etiam statutum, conditum ab inferioribus, á ciuitate nempe, vel populo, ne á sententijs ipsorum ad Dominum, siue principem suum superiorem appellari possit, valet, & tenet, eo casu, quando illud statutum est conditum cum consensu, vel á superiore posteá confirmatum, *Salic. l. fin. C. de senent. & interlocu. omnium Iudicum, Salic. l. fin. §. fin. C. de tempor. appellatio. Bald. consil. 86. lib. 3. Barbat. consil. 44. num. 6. lib. 4. Hyppolit. de Marsil. sing. 71. Roland. á Vall. consil. 29. num. 12. cum sequ. lib. 1.* Cùm itaq; Duces P. Ciuitati S. tale Priuilegium concesserint, quód á sententijs Senatus S. non ad Ducem P. sed ad Senatum L. appellari debeat. Sequitur tale Priuilegium in præiudicium Ducum P. tanquam concedentium, ratum, & firmum esse.

Vndecimò, licet in omnibus dispositionibus potius consideretur mens, quam verba, prout hoc, quòd in Priuilegijs potius attendatur mens, quàm verba, *probat text. c. ex multiplici, & ibi gloss. ext. de decim. c. dilectis & ibi gloss. extr. eod. tit. gloss. c. mandatum, extr. de rescript. Tyraquell. repetit. l. si vnquam, verb. libertis, num. 56. C. de reuocand. donatio.* Quòd verò in omnibus potius attendatur mens, quám verba, *probat. text. l. 1. C. vt action. ad hered. l. fin. [illegible] res pignor. obligar. poss. l. sed Celsus. §. si [illegible] de contrahen. Emptio. l. si in venditione in fin. & ibi gloss. ff. communi. prædior. l. promittendo. [illegible] Iure doti. l. ita stipulatus, §. item si quis ita stipulatus, ibi, ex sententia contrahentium, ff. de verbor. obligat. Tyraquell. repet. l. si vnquam, verb. libertis num. 55. C. de reuocand. donatio.* Et quod hoc habeat locum etiam in omnibus alijs dispositionibus, quòd videlicet mens verbis præferenda sit, *probat text. l. scire, §. aliud, ff. de excusat. Tutor. l. 3. §. conditio, de adimend. legat. l. heredes mei, §. Cum ità, ff. ad S. C. Trebellia. l. penult. ff. ad exhibend. l. credendum, ff. qui petant tut. vel curat. l. 3. & ibi Iason. C. de liberis prater. c. significante & ibi gloss. extr. de rescript. Tyraquell. repetit. l. si vnquam, verbo libertis. num. 47. v. 3. ad num. 61. C. de reuocand. donatio. vbi ipse ad hoc multas alias Leges, & authoritates citat.* Attamen ex verbis mens, & animus colligitur. *l. Labeo, ff. de suppellect. leg. c. is autem. 22. quæst. 2. Bald. l. si & reprobari, in princip. Argument. illius text. ff. de excusat. Tutor. Iason. l. 3. C. de liber. prater. Tyraquell. d. verb. libertis num. 17.* Et ea, quæ [illegible] in voce, sunt earum, quæ sunt in animá passionum, *notat Bald. in l. de quibus, colum. fin. ff. de legib. Bald. l. 1. §. vbi autem, colum. fin. C. de caduc. tollend. Bald. c. mandatum, extr. de rescript. Bald. c. benè, el. 1. colum. 1. extr. de postulat prælatorum, Alexand. consil. 50. colum. 2. lib. 4. [illegible] consil. 7. colum. 1. lib. 1. Barbat. consil. 4. column. penult. lib. 2.* Nec vllum est maius mentis nostræ testimonium, quam qualitas inspecta verborum. *Bald. l. generaliter. notab. 1. C. de non numerata pecun. Bald. l. ad cognoscendas, C. de ingenu. & manumiss. Alexand. consil. 52. colum. 2. lib. 4. Barbat. l. ità stipulatus essem abs te. colum. fina. ff. de verbor. obligationib. Iason, l. 3. C. de lib. preterit. Curtius Iun. consil. 5. colum. 1. Deci. l. semper in stipulationibus, ff. de regul. Iuris.*

Præterea voluntas, non prolata verbis, sed in mente retenta nihil penitus operatur, nec in vlla consideratione habenda est, *c. 1. & ibi gloss. & Panorm. extr. de eo qui mittit. in poss. l. quidam cum filium, & ibi Bald. & Immo. ff. de heredib. institucu. Alexand. & Iason, l. 3. C. de liberis preterit.* Et lingua est tuba cordis, illudq; quod verbum non sonat, pro nullo habetur. *Bald. consil. 160. lib. 1.* nec sententia quoque *Bald. consil. 490. incip. ponitur quod quidam Nicodemus, colum. 1. lib. 1.*

Dispositio quoq; facta simpliciter, censetur facta purè, nec in illa subintelligitur tempus, conditio, causa, vel quid aliud. *l. libertis libertabusq; §. fin. ff. de aliment. & cibar. legat. l. 1. ff. de condit. & demonstrat. l. 1. §. si quis simpliciter & l. eum, qui colendus, §. quoties l. insuerdum, l. si ità stipulatus fuero. §. Chrysogonus. ff. de verbor. obligat. l. in omnibus obligationibus ff. de Regul. Iur. c. 1. in fine 33. quæst. 5. Oldrad. consil. 214.* Vsq; adeò vt dispositioni, simpliciter factæ, nec summus quidem Princeps ex post facto

facto conditionem, causam, vel rationem adijcere inserere, vel affingere possit. *Andr. de Ysern. c. 1. ad fin. de capitaneo qui curiam vendidit. Lucas de Penna. l. qui fundos, C. de omn. agro deser. lib. 11. fac. text. l. perfecta, C. de donat. quæ sub mo. l. 3. C. de reuocand. donatio.*

Deinde etiam certitudo verborum declarat certitudinem intellectus. *Bald. consil. 452. lib. 3. Granet. cons. 4. num. 21. consil. 47. num. 2. lib. 1.* Et quando verba clara sunt, non admittitur interpretatio, siue coniecturatio mentis, vel voluntatis *l. ille aut ille, §. Cum in verbis, ff. de legat. 3. cum multis similib. allegat. supra.*

Sed in casu præsenti verba priuilegij, concessi Ciuitati S. clarè, & manifestè disponunt, quòd à sententijs Senatus S. ad Senatum L. appellari debeat, quæ verba sunt necessitatis, atq; necessitatem præcisam, & absolutam denotant.

Igitur sequitur, ex istis verbis satis colligi, & probari animum, & mentem illorum principum, qui istud priuilegium concessêre, talem fuisse, quòd ij, qui à sententijs senatus S. appellare nituntur, ad Senatum L. præcisè appellare teneantur.

Rursus ex hoc infertur, illud, quod moderni Duces P. prætendunt, mentem concedentis talem fuisse, quòd à sententijs Senatus S. quis non teneatur præcisè appellare ad Senatum L. sed quòd appellanti licitum, & permissum esse debeat, vtrum ipse ad Senatum L. an verò ad Duces P. appellare velit, cùm illud in prædicto priuilegio non modò non reperiatur expressum, sed verbis priuilegij refragetur, nullo modo admittendum esse.

Duodecimò, successori regulariter non permittitur, priuilegium, concessum à prædecessore interpretari. *gloss. l. idem Pomponius scribit, §. fin. versic. plures, ff. de rei vendic. Innoc. c. fin. ext. de success. ab intest. Angel. l. ex facto, in princ. ff. de vulgar. & pupill. substit. Alex. & Iason l. inter stipulantem, §. 1. ff. de verb. obligat. Decius, c. Cum venissent, num. 4. & ibi Felin. num. 2. ext. de Iudic. Bald. l. 2. C. de sentent. ex breuic. recitan. Angel. l. si quis intentione, ff. de Iudic.* Sed illud priuilegium, de quo in casu præsenti agitur, est concessum Ciuitati S. non à modernis principibus P. sed prædecessoribus suæ illustri Celsitudini. Igitur etiam ex hoc sequitur Modernis Ducibus P. non permitti, istud priuilegium interpretari.

Decimotertiò, Priuilegia, confirmata per Papam, vel Imperatorem inferior concedens, eiusuè successor interpretari nequit *Barto. & Angel. l. ex facto, ff. de vulgar. & pupilla. substit. Felin. c. Cum venissent, num. 3. ext. de Iudic.* Si itaq; prædictum priuilegium confirmatum fuisset per Papam, vel Imperatorem, etiam ex hoc Capite sequitur, quod Ducibus Pomeraniæ illud interpretari non permitteretur.

Decimoquartò, licet in dubio qualibet Iurisdictio intelligatur côcessa respectu concedentis, non priuatiuè, sed accumulatiuè, ita vt etiam concedenti istâ Iurisdictione vti permittatur *Bart. l. 1. Argu. illius text. C. de offic. præfecti vrbi, Domin. c. per hoc, Argum. illius text. de hæret. lib. 6. Roma. consil. 393. incip. præsens consultatio. Panorm. c. Cæterùm, & Carol. Molinæ. in addit. ad Deci. num. 6. vers. in dubio, ext. de Iudic. Angel. & Paul. Castren. l. testamenta, C. de testamentis, Socin. c. Cùm contingat. notab. vltimo, ext. de foro compet. Felin. c. pastoralis, ext. de offic. ordinar. Ias. l. quod in rerum, §. penult. ff. de legat. 1. Ias. l. Titia textores, colum. 3. ff. eod. tit. Hippolit. de Marsil. l. final. num. 28. ff. de Iurisdict. omnium Iud. Aret. consil. 102. Dec. l. 1. col. 8. ff. de offic. eius, cui mandata est Iurisdict. Angel. Aret. l. 1. §. si quis in appellatione, colum. penult. ff. de appellat. Ioan. de Ana. c. excommunicamus, §. volumus, ext. de hæretic. Panorm. c. cùm ab Ecclesiarum, ext. de offic. ordinar. Panorm. c. auditis, colum. 4. ext. de præscript. Petr. de Anchora. consil. 159. incipient. de viribus & efficacia, facit text. l. fin. C. de Iurisdict. omni. Iudic.* Attamen in hoc contrarium tenent multi Doctores, volentes, Iurisdictionem in dubio intelligi concessam non cumulatiuè, sed priuatiuè, *Angel. l. penult. C. de Canone largitio. ciuil. lib. 10. Barbat. c. 2. ext. de offic. legat. Bald. consil. 385. incipien. visis omnibus, colum. 2. lib. 4. Alex. l. testamenta, colum. fin. C. de testam. Alexan. l. Gallus, §. ille casus, ff. de liber. & posthum. Alex. l. Titia textores, colum. 2. ff. de legatis primo, Aretin. l. quod in rerum, §. si quid post, ff. de legat. 1. Corn. cons. 30. lib. 2. cons. 15. colum. 2. lib. 3. Deci. c. Cæterum, num. 6. ext. de Iudic. Dec. consil. 3. consil. 664. Ruin. consil. 7. lib. 4. Albert. Brun. cons. 47.*

Et posito, præcedentem opinionem aliquo in casu saluari posse, illa tamen procederet tantùm in Iurisdictione, concessa à Iure, seu per priuilegium, secus autem in Iurisdictione, concessâ alicui per contractum, Illa enim non accumulatione, sed priuatione concessa intelligitur. Sicut hoc satis probatur per id, quod & legibus cautum, & à DD. communiter traditum est, Iurisdictionem, concessam Domino feudi in Vasallos, quam Iurisdictionem ex contractu feudi descendere dubio omni caret *Dec. c. cæterorum, num. 4. ext. de Iudic.* Domino non cumulatiuè, sed priuatiuè concessam intelligi *c. cæterum, & ibi Panor. & Dec. num. 5. Felin. num. 4. ext. de Iudic. c. ex transmissa ext. de foro compet. c. 1. §. penult. de prohib. feudi alienat. per Frideric. Felin. c. pastoralis, num. 3. ext. de offic.*

de offic. ordinar. Idem quoq; Iuris est, Iurisdictio concessa per tale Priuilegium, vel per viam contractus concessum est, vel in formam contractus transiuit, vel contractum admixtum habet. Illa enim similiter non accumulatiuè, sed priuatiuè concessa intelligitur, eam ob causam, Quia de tali Priuilegio in omnibus, & per omnia idem Ius statuitur, quod de contractu statui solet *Bart. l. quod semel, ff. de decret. ab ordine facien. Bart. l. omnes populi, q. 3. in princ. ff. de Iust. & Iure, Ruin. cons. 196. num. 8. lib. 1. Alex. consil. 192. lib. 2. Sigismund. Neapolitan. inter cons. Alber. Brun. cons. 114. num. 257. Cephali cons. 34. num. 26. cons. 58. nu. 82. Laurent. Syluan. cons. 34. nu. 17.* Eodem modo hoc non habet locum Iurisdictione acquisita per præscriptionem, Illa enim non accumulatiuè, sed priuatiuè acquisita censetur. *Panorm. c. Pastoralis, & ibi Felin. n. 5. ext. de offic. ordin. Panor. c. Irrefragabili, in princ. verf. Item nota quod in dubio, Arg. illius text. ext. eod. tit. Panorm. c. auditis, colum. 3. ibi, aliud est singulare ext. de præscriptio. Pet. de Ancher. cit. rel. 4. de præscriptio. lib. 6. Calderon. consil. 6. in fin. tit. de sent. excommun. Bald. in tractat. de præscript. 1. part. 1. parti princ. quæst. 11. num. 8.*

Deinde quoq; prædicta Regula procedit in dubio, in quibus terminis prællegati Dd. loquuntur, secus autem est in claris, quando videlicet verba Priuilegij clara sunt, atq; hoc clarè denotant, quod Iurisdictio non accumulatiuè, sed priuatiuè, concessa sit. *Roman. cons. 393. Incip. præsens consultatio, Felin. c. pastoralis, num 2. limit. 1. ext. de offic. Ordina. Felin. c. Cæterum, nu. 4. limit. 4. ext. de Iudic.* Idem quoq; Iuris est, quando ex aliquibus coniecturis liquet, Iurisdictionem esse concessam non cumulatiuè, sed priuatiuè, vtputa, si Iurisdictio alteri esset concessa per verba taxatiua, tantùm, solùm, vel similia, aut aliæ coniecturæ hoc suaderent, tunc enim similiter Iurisdictio intelligitur concessa priuatiuè *Angel. l. C. vbi, & ad quem. Felyn. c. pastoralis, nu. 2. limit. 3. ext. de offic. ordinar.*

Sed Senatus S. prædictum Priuilegium, quòd à sententijs suis tantùm ad Senatum L. appellare liceat, acquisiuit pecuniâ, & sic illud Priuilegium transiuit in formam contractus. *Bald. l. qui se patris, C. unde liberi. Alber. Brun. consil. 97. nu. 3. Francisc. Aretin. c. nouit. & ibi. Felin. n. 8. ext. de Iudi. Aym. Grauet. in tract. de antiquit. tempor. part. 1. §. circa primam, nu. 55.*

Illud Priuilegium etiam præscriptione munitum est, cùm non tantùm vltra tempus præscriptum, sed vltra omnium hominum memoriam & obseruatum, & in viridi obseruantiâ fuerit, quòd à sententijs Senatus S. tantùm ad Senatum L. & non ad Duces P. appellatum fuerit. [illegible]

Insuper illud Priuilegium satis manifestum, & perspicuum est, & clarè vult, quod Iurisdictio in causis appellationum, interpositarum à sententijs Senatus S. Senatui L. non accumulatiuè, sed priuatiuè concessa intelligatur; Eam ob causam, quia illud Priuilegium vtitur verbo (debet) quod necessitatem, & quidem præcisam denotat.

Igitur sequitur, prællegatam Theoricam, quòd Iurisdictio quælibet in dubio intelligatur concessa accumulatiuè, non priuatiuè. in casu nostro locum non habere, quodq; ista Theorica, non obstante Iurisdictione, in causis Appellationum Senatui L. non accumulatiuè, sed priuatiuè concessa intelligatur. Et sic, quod illos, qui se grauatos putant sententijs Senatus S. non ad duces P. sed tantùm ad Senatum L. appellare permittatur.

Decimoquinto. Licet superiori regulariter permittatur, causas, siue lites, ad inferiorum cognitionem pertinentes, auocare, & ad forum suum trahere *l. Iudicium soluitur, & ibi Bart. Bal. & Dd. ff. de Iudic. l. contra pupillum, §. is qui ad matum, & ibi Alexan. ff. de re Iud. c. vt nostrum & ibi Philip. Franc. Dec. & Dd. ext. de Appellat. cum simil. lib. allegatis in alio consilio, reddito super isto puncto, An ciues S. testimony dicendi causa, ex ciuitate euocari possint?* Attamen hoc tantum procedit in talibus principibus, qui superiorem non recognoscunt, qualis est, Papa, Imperator Romanus, Rex Galliæ, Hispaniæ, Angliæ, & similes, secus autem est in principibus, superiorem recognoscentibus. Illis enim non permittitur, causas, ad inferiorum cognitionem spectantes, auocare, & ad forum suum trahere. *Paul. Castr. l. nemo, C. de Iurisd. omn. Iud. Pet. Anendanius in tract. de exequ. mandat. Regys. cap. 6. n. 29. Couarr. practica. quæst. cap. 9. n. 4.* Quod potissimum, & absq; omni dubio procedit eo casu, quando illi inferiores, ad quos cognitio illarum causarum pertinet, tales sunt, quos iste superior, qui illas causas auocare nititur, pro suo libitu remouere nequit. *Bald. l. 1. nu. 25. C. quomod. & quand. Iudex, Bald. c. 1. nu. 11. de Allodys, Angel. l. Iudicium soluitur, ff. de Iud. Curt. Iun. cons. 2. Calcan. cons. 8. coln. 10. & cons. 16. nu. 90. Ias. cons. 144. dub. 1. lib. 2. Ioan. Montagnon. in tract. de Autoritat. cons. & ibi Boer. nu. 158. Pet. Rebuff. in tract. de euocat. quæst. 5. Couarr. Pract. quæstio. cap. 9. nu. 4.*

Deinde etiam superiori indistinctè non permittitur, causas, ad inferiorum cognitionem spectantes, auocare, & ad suum forum trahere, eo casu, quando illi inferiores nõ sunt subditi illius superioris, qui causas auocare nititur. Sicut hoc satis probatur, cum per id, quòd priuilegia, reliquaq; quæ in personâ subditorum, suis respectu subditorũ, reuocabilia sunt, respectu

respectu non subditorum, irreuocabilia reputentur, pro vt hoc inferius in decimâ quintâ ratione decidendi docebimus. Tùm quia superior causas, ad inferiorum Iudicum cognitionem spectantes, auocare, & ad forum suum trahere nequit, eo casu, quando inferiores Iudices illum superiorem non recognoscunt, *Bart: & Dd.l. Iudicium soluitur, ff. de Iudic.*

Similiter superiori non permittitur, causas, ad inferiorum etiam subditorum cognitionem pertinentes, auocare, eo casu, quando inferiores, Iurisdictionem suam, siue cognitionem illarum causarum ex contractu acquisiuêre. Sicut hoc satis probatur per id, quod traditur, domino feudi non permitti, causas, ad cognitionem Vasalli sui spectantes, quarum cognitionem ipse Vasallus, interueniente contractu feudi, acquisiuit, auocare, & ad forum suum trahere. *Bald: l. 1. num. 35. quæst. 43. ff. de rerum diuisio. Martin. Laudens. c. 1. num. 14. & ibi Præpos. circa fin: de controuers. inter Episcop. & Vasal. Martin. Lauden. in tractat. de princ. conclus. 265. n. 138. Præpos. in prælud. feud. col. 7. circa med. Alber. Brun. cons. 27. colum. penult. consil. 31. colum. 2. & cons. 47. colum. 2. Curt. Iun. cons. 2. num. 1. Ioan. Fabr. Inst. de Attilia. Tutor. in princip. Card. Paris. consil. 8. num. 30. lib. 1. Iacob. de S. Georg. in tractat. feudo. verb. Vicarium, colum. 2. AEgid. Boss. in tract. criminal. tit. de foro compet. num. 18. & 45. & in tit. de principe, num. 181. Pet. Rebuff. in tractatu de euocatio. quæst. 5. Roland. à Vall. consil. 48. num. 22. cons. 78. num. 2. & 3. lib. 2.*

Idem quoq; Iuris est eo casu, quando inferiores Iurisdictionem suam, siue cognitionem illarum causarum acquisiuêre per tale Priuilegium, quod vel per viam contractus concessum est, vel in formam contractus transiuit, vel admixtum contractum hábet, cùm de tali Priuilegio idem Ius statuatur, quod de contractu statuitur. *Bart. l. quod semel, ff. de decret. ab ord. faci. Bart. l. omnes populi, quæst. 3. in princip. ff. de Iust. & Iur. Ruin. consil. 196. num. 8. lib. 1. Alexand. consil. 192. lib. 2. Sigismund. Neapolitan. inter consilia Albert. Brun. consil. 114. Cephalus, consil. 34. num. 26. consil. 58. num. 82. Laurent. Syluan. consil. 34. num. 27. Granet. in tractat. de antiquitat. tempor. part. 1. §. circa primam, num. 55.*

Sed duces Pomeraniæ recognóscunt superiorem, Imperatorem Romanum, nec habent vllum Ius, vel potestatem in Senatum, vel Ciuitatem L. vtputa qui suis illustribus Celsitudinibus subditus non est, Illudq; priuilegium, quòd à sententijs Senatus S. ad Senatum L. appellari debeat, pecuniâ comparatum est. Et sic illud Priuilegium, & per viam contractus concessum est, & transiuit in formam contractus, Imò non tantum habet admixtam naturam contractus, sed potius contractum, quàm Priuilegium sapit. Igitur sequitur, Ducibus P. non permitti, causas Appellationum, interpositarum à sententijs Senatus S. & ad cognitionem Senatus L. spectantes, auocare, & ad forum suum trahere.

Decimosextò, Princeps ex contractu suo, perinde, vt priuatus quilibet, indistinctè obligatur, siue ille contractus cum subdito, siue cum non subdito initus, & celebratus fuerit. *l. Cæsar, & ibi Bart. ff. de publica. l. penult. & ibi Bart. & Bald. C. de donat. inter vir. & vxor. c. 1. & ibi Bald. & Dd. de naturâ feudi. c. 1. & ibi Anton. de Butr. Imo. Abb. Felin. Deci. August. Bero. & Dd. ext. de probat. Cum multis similibus allegatus pro Senatu S. in isto consilio, in quo disputatur, vtrum Duces P. ciues, & incolas S. testimonij dicendi causâ, ex Ciuitate S. euocare possint, in 12. ratione decidendi.* Nec Principi permittitur, contractum suum reuocare, siue ipse Princeps superiorem recognoscat, siue non, Item siue ille contractus initus fuerit cum subditis, siue cum extraneis; Vsq; adeò, vt nec de plenitudine potestatis quidem Princeps contractum suum reuocare possit. *Bald. c. 1. §. ad hac, colum. 5. verb. Item noto, ex gloss. de pace Iuramen. firman. Paul. Castren. l. digna vox, C. de legibus, Felin. & Dec. c. 1. vterq; num. 1. ext. de probatio. cum multis similibus allegatu in prœcitato consilio, & ratione. Et vltra ibi citatos, idem tenet Aym. Granet. cons. 153. num. 5. lib. 1.*

Similiter etiam successores Principis ex contractibus Principis irreuocabiliter obligantur, siue illi successores prædecessoribus per viam electionis, siue per viam successionis surrogentur. *Paul. Castren. & Dd. l. digna vox, C. de legibus, Bald. Abb. & Dd. c. 1. & ibi Dec. num. 7. extr. de probatio. Iason, cons. 1. dub. 2. lib. 1. cons. 20. colum. 2. lib. 3. Roland. à Vall. cons. 66. nu. 38. lib. 2. Oldrad. cons. 94. Alber. Brun. cons. 1. col. 1.* Multò verò magis hoc procedit in talibus successoribus, qui per viam successionis prædecessoribus surrogantur, *prout hoc tradit Iason. l. 1. num. 14. ff. de constitut. princip. Albert. Brun. cons. 1. colum. 4. & cons. 32. Ioann. de Ana. consil. 81. colum. 2. Mandel. consil. 67. num. 1. & 2. Cyn. & Paul. Castren. l. digna vox, C. de legibus.* Et licet aliqui Dd. velint, Principi permitti, priuilegium suum reuocare. *gloss. c. decet, de reg. Iur. lib. 6. Bald. l. qui se patris, circ. med. C. vnde liberi, Bald. cons. 439. colum. 3. lib. 3. consil. 300. colum. 1. lib. 5. Paulus Castren. cons. 209. colum. fin. & cons. 317. colum. 5. lib. 1. Ang. l. Antiochiensium, ff. de Priuileg. creditor. Alexand. cons. 155. colum. fin. lib. 6. Iason, cons. 56. colum. 2. & final. lib. 1. Granet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §.*

circa primam, num. 54. Attamen hoc non procedit in principib. superiorem recognoscentibus. Illi enim priuilegio suo nullo modo renunciare possunt. *Anton. de Burr. & Immol. c. qua in Ecclesiar. extr. de constit. Abb. c. at si clerici. §. de Adulterijs. colum. 4. extr. de Indic. Bald. l. 2. colum. 8. C. de seruitut. & aqua. Felin. c. nouit. nu. 11. extr. de Iudic.* Et licet principi, superiorem non recognoscenti, priuilegium suum reuocare liceat, Attamen non decet principem, priuilegium, alteri concessum, reuocare, & omnis indecentia à principe aliena esse debet. *Aymon. Grauet. in tracta. de antiquitat. temp. part. 1. §. non obmitto. num. 12.*

Deinde etiam priuilegium, concessum non subdito, siue respiciens vtilitatem, commodum, vel honorem non subditi, nec princeps supremus reuocare potest, *Innoc. Felin. & DD. c. nouit, & ibi Deci. num. 13. ext. de probatio. Roman. cons. 252. incip. pro decisione. colum. 2. cons. 352. incipien. quæritur primò. col. 4. Lapus allegat. 100. Abb. cons. 41. col. final. in princ. lib. 1. Alexand. cons. 102. colum. 2. lib. 1. cons. 54. colum. 5. & cons. final. lib. 4. Barbat. cons. 2. lib. 4.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt contra tale priuilegium, concessum non subdito, princeps etiam supremus nec dispensare possit. *Dominic. c. licet canon. in princip. colum. penult. vers. an autem Episcopus. De Electio. lib. 6. d. c. nouit. num. 13. extr. de probat.* Vtq; princeps etiam supremus tale priuilegium, non subdito concessum, siue respiciens honorem, vel commodum non subditi, nec ex causa quidem tollere, vel diminuere possit. *Paul. Castr. consil. 281. incipien. Primum dubium. colum. penulti. Deci. c. nouit. num. 13. amplia. 2. extr. de Indic.* Et idem Iuris est, si illud priuilegium respiciat partim fauorem non subditi, partim verò fauorem subditi, siue sit simul concessum subdito, & non subdito. Namq; propter personam non subditi illud priuilegium, etiam respectu subditi, irreuocabile est, & efficitur. *Argum. l. si communem. ff. quemadmodum seruitus amitta. Iason l. emancipati, C. de collatio. Felin. c. 1. ext. de præscript. vbi ipse multa similia allegat.* Et licet aliqui DD. velint, priuilegium concessum etiam non subdito, ratione Iurisdictionis, reuocabile esse. *Francis. Aretin. c. nouit. & ibi Dec. num. 14. Felinus nu. 9. limit. 1. extr. de Iudic.* Attamen hoc non procedit in Priuilegio, concesso per viam contractus, vel quod in formam contractus transiuit, vel admixtum contractum habet; tale enim Priuilegium indistinctè irreuocabile est, siue illud sit concessum extraneo, siue subdito, nulla habita consideratione, vtrum illud respectu Iurisdictionis, an verò respectu alterius rei concessum sit. *Bart. l. qui semel. ff. de decret. ab ordine faciend. Bart. l. omnes populi. quæst. 3. principa. ff. de Iust. & Iure. Alexand. cons. 192. lib. 2. & cons. 30. colum. 2. lib. 5. Ruin. cons. 198. num. 8. lib. 1. Bald. l. si cum mihi, ff. de dolo. Innoc. & DD. c. nouit, extr. de Iudic. Archidiac. c. quicunq. 11. q. 1. Aym. Grauet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. circa primam. num. 56. cum multis similibus allegatis in alio consilio, reddito pro senatu S. in isto puncto. vtrum ciues S. testimonij dicendi causa, ex ciuitate euocari possint? 12. ratione decidendi.* Ideòq; traditum est, omnem concessionem principis, quæ in contractum transiuit, vel facta est per viam contractus irreuocabilem esse. *Bald. c. 1. de nat. feud. Laurent: Sylnan: cons. 54. num. 29. lib. 1.* Illaq; sententia multò magis, & absq; omni dubio procedit in priuilegio, acquisito pro pecunia vel alia, Illud enim etiam respectu Iurisdictionis concessum, nec non à summo quidem principe reuocari potest. *Bald. l. qui se patris. C. vnde liberi. Alber. Brun. cons. 97. nu. 3. Francis: Aretin: c. nouit. & ibi Felin. num. 8. extr. de Iudic. Aymon. Grauet. in tractat. de antiquit. tempor. part. 1. §. circa primam, nu. 55.* vsq; adeo, vt tale Priuilegium nec propter ingratitudinem, abusum, vel aliam iustam causam reuocari possit. *Abb. c. nouit, & ibi Deci. num. 14. limit. 4. extr. de Iudic.*

Præterea in omnibus casibus, in quibus concedenti non permittitur, priuilegium suum reuocare, nec successor quidem concedentis reuocare potest. *Cyn. & Bald. l. Digna vox, C. de legib. Felin: c. nouit. num. 8. extr. de Iudic.* Et in dubio priuilegium quodlibet debet Iudicari, & censeri irreuocabile. *Aymon. Grauet. cons. 21. num. 14.*

Sed duces P. superiorem recognoscunt, illudq; Priuilegium, de quo in casu præsenti agitur, non est simplex priuilegium, sed est concessum per viam contractus, & potius contractus, quàm priuilegium censendum, nec non & pecunia, sicq; Titulo oneroso acquisitum, & respicit non tantùm commodum ciuitatis S. sed etiam honorem ciuitatis L. quæ ciuitas L. Ducibus P. subiecta non est, & moderni Duces P. illustri principi, ac Domino, Domino B. Duci P. suæ illustris celsitudinis proauo, non per Electionem, sed per successionem successerunt. Igitur sequitur Modernis Ducibus P. non permitti, illud priuilegium reuocare.

Decimò septimo, Ciues, vel Incolæ alicuius ciuitatis priuilegio, ciuitati concesso, neq; tacitè, neq; expressè renunciare, neque aliter ciuitati præiudicare, aut contra priuilegia, ciuitati concessa, venire possunt. *Andre. de Baru. l. 1. C. de his qui sponte muner. pub. subie. lib. 10. Alexand. cons. 35. lib. 5. Felin. c. cum accessissent num. 29. limit. 3. & ibi Deci. num. 18. ext. de constitut. princ. Ias. cons. 81. colum. 1. lib. 3. cons. 140. lib. 4.*

Corn. conf. 148. conf. 299. lib. 3. conf. 46. lib. 3. facit id, quod late tradidi in isto cons. 10, in quo docui, ciues, vel incolas ciuitatis §. testimony dicendi causa, extra ciuitatem euocari non posse, in 9. & 10. ratione decidendi. Et confirmatur ex eo, Namque priuilegium, competens ciuitati, est, respectu illius ciuitatis, Ius publicum, *sicut hoc patet ex traditis per Iaso. l. 3. C. si con. Ius vel util. publicam.* Et certum est, quod Iuri publico renunciari nequeat. *l. Ius publicum. ff. de pactis. Bartol. l. penul. num. 3 & ibi DD. C. eod. titul.*

Similiter & ciuibus alicuius ciuitatis non permittitur, tacitè, vel expressè renunciare illi priuilegio, quod partim fauorem ciuitatis, partim verò fauorem singulorum ciuium respicit, co potissimum casu, quando fauor, siue commodum publicum à fauore, siue commodo priuato separari nequit. *l. de die. ff. de pactis dotal. l. quos prohibet. ff. de postul. l. filius. §. veterane. ff. de procurato. l. secunda. §. sed quia veremur. C. de Iuramen. calum. Bart. l. penul. nu. 3. C. de pactis.* Et illos ciues, qui contra priuilegia ciuitatis, præsertim exercitium Iurisdictionis respicientia, qualia sunt priuilegia, de Appellationibus, & ad quem appellari debeat, disponentia, quid præsumunt, credo delinquere contra homagium, siue Iuramentum assecurationis, ab ipsis præstitum ciuitati, siue patriæ suæ: Eam ob causam, Quia in Iuramento assecurationis inter cætera continetur, quòd is, qui tale Iuramentum præstat illius, cui id præstat, honorem conseruare velit. *c. 1. & ibi DD. qual. vasall. Iuram.* Et certum est, appellatione honoris comprehendi omne id, quod exercitium Iurisdictionis respicit. *Dec. c. licet causam. nu. 2. Argum. illius text. de probat. facit text. §. pratorum quoq; edicta. Inst. de Iur. nat. gent. & ciuil. & id, quod tradit Dec. c. vt debitum. nu. 1. ext. de Appellationibus.*

Præterea is, qui contra patriam suam, siue statuta, vel priuilegia patriæ aliquid molitur, & à regimine, & omnibus honoribus in patria sua arceri debet, sicut hoc satis probat glos. *c. 1. §. nos Romanorum. vers. contra patriam. de pac. constans.* dum videlicet glossa ibidem dicit: Nota, quòd bonus ciuis est, qui patriæ Iura tuetur, & ille est ad Regimen eligendus, non autem qui est contra patriam. Quinimo illos ciues, qui in derogationem priuilegiorum, patriæ, vel ciuitati concessorum, quid præsumunt, Ius ciuitatis amittere, & ex ciuitate licitè expelli posse, statuo. Namq; cùm is, qui tempore necessitatis patriam, vel ciuitatem deserit, Ius ciuitatis amittat, *Bald. l. 2. C. de infant. expos. Ias. l. 1. §. huius study nu. [illegible] ff. de Iust. & Iure Ioan. Neui. [illegible] cons. Albert. Brun. cons. 12. n. 2. Add. ad Bart. l. ve[illegible] ff. de Iustit. & Iure. Boer. decisio. 260. num. 14.* Certè multò magis is, qui priuilegia ciuitatis diminuere nititur, Ius ciuitatis amittere, debet, Cùm hic faciendo, siue committendo, ille verò omittendo delinquat. Et delictum, consistens in committendo sit longè grauius, & punibilius delicto, consistente in omittendo, *gl. l. si mora. & ibi Bald. Immo. & DD. & Ias. n. 22. ff. solut. matri. l. l. lex Cornelia, in princ. & ibi Ioan. Igne. ff. ad S. C. Vellean. gl. l. 2. & ibi Bald. C. de libert. & eorum lib. gl. l. si seruum, in princ. ff. de V. O.* Illi quoq; qui non obediunt ciuitati suæ, perdunt omnia Iura patriæ, & ciuitatis suæ, & in hostium numero habentur. *Bart. l. omnes populi. nu. 17. & 23. ff. de Iustit. & Iure. Argum. l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de capit. diminut.*

Sed certum est, nec non & superius comprobatum, illud priuilegium, quòd a sententijs senatus S. ad nullum alium Iudicem, quàm ad senatum L. appellari debeat, ciuitati S. concessum, & commodum, siue fauorem totius ciuitatis respicere. Igitur sequitur, quòd neq; ciues S. neq; extranei huic priuilegio in totum, vel pro parte renunciare, vel contra illud ad Duces P. appellare, vel quid aliud præsumere possint.

Rursus ex hoc infertur, singulares ciues S. contra hoc priuilegium ad Duces P. appellantes, & contra Iuramentum assecurationis, ciuitati S. præstitum, delinquere, & omnes honores, quos ipsi in ciuitate S. obtinent, nec non & Ius ciuitatis amittere, & licitè ex ciuitate S. expelli posse.

Decimooctauò. Licet regulariter permittatur, Iurisdictionem Iudicis non sui prorogare, & in Iudicem non suum consentire *l. si conuenerit, & ibi DD. ff. de Iurisd. omnium Iud. l. 2. & ibi Bartol. & DD. ff. de Iudic. l. 2. in princ. & l. sed etsi susceperit. in prin. ff. eod. tit. Bartol. Alex. Ias. & DD. l. 1. §. & post operis. ff. de operis noui nunciat.* Attamen hoc tantùm procedit, quo ad causam principalem, secus autem est, quo ad causam appellationis. Namque In causa Appellationis Iurisdictionem Iudicis non sui protogare non permittitur, *l. 1. §. si quis in appellatione, & ibi Bart. & DD. ff. de appellatio.*

Præterea illud, quòd Iurisdictionem Iudicis non sui prorogare permittatur, à Iure ciuili inuentum, & introductum est, Ideoque tàm priuilegio, quàm alio Iure ciuili tolli, & abrogari potest: Tùm quia regulatiter quodlibet Ius ciuile, tàm per priuilegiū, quàm per aliud Ius ciuile tolli, & abrogari potest. *§. sed naturalia. inst. de Iur. N. G. & ciuil. l. de quib. & ibi DD. & Ias. n. 33. cum duob. seqq. ff. de Iust. & Iure. Bald. c. §. praterea ducatus. col. 1. de prob. feud. alien. per F[illegible]*

Tùm

Tum quia hæc sanctio Iuris ciuilis per aliud Ius ciuile sublata est, quò ad vasallos, quibus non permittitur, in causis, & litibus, ad Domini feudi Iurisdictionem spectantibus, alterius Iudicis Iurisdictionem prorogare. *Bartol. Alexa. Ias. & DD. l.1. §. & post operis, ff. de operis noui nunc. Bartol. l. 1. & ibi DD. ff. de Iudic. Abb. cons. 83. colum. 6. lib. 1. Felin. c. caterum, num. 5. circa finem, & Deci. num. 6. extr. de Iudic. DD. c. 1. §. præterea si inter. de prohib. feud. alienat. per Frider. Curt. Iunis in tractat. feud. part. 7.*

Sed in casu præsenti agitur de causis Appellationum, Et in prædicto priuilegio, concesso ciuitati S. quod in contractum transiuit, & per viam contractus indultum est, expressè cauetur, quòd illi, qui à sententijs senatus S. appellare nituntur, ad nullum alium Iudicem, quàm ad senatum L. appellare debeant, Et sic per illud Priuilegium expressè prohibitum est, quò ad causas Appellationum, interpositarum à sententijs Senatu S. alterius Iudicis Iurisdictionem prorogare, vel in alium Iudicem consentire.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, quòd ijs qui à sententijs Senatus S. Appellare nituntur, non permittatur ad Duces P. vel alios Iudices, præter senatum L. appellare, vel quò ad causas Appellationum in Duces P. vel alios Iudices, præter Senatum L. consentire, aut eorum Iurisdictionem prorogare.

Decimo nono, à subditis tale Ius præscribi, siue præscriptione acquiri potest, ne ab ipsis ad Dominos, vel principes suos, superiorem recognoscentes Appellari possit. *Bald. Auth. quas actiones C. de S. Sanctis Eccles. Philip. Franc. c. dilectis col. 8. ext. de appellat. Balb. in tractat. de præscrip. 2. part. 5. part. prin: quæst. 2. num. 2.* Similiter & tale Ius præscribi, siue præscriptione acquiri potest, quòd ab inferioribus, siue subditis non ad Regem, siue superiorem, ad quem alioquin Appellationum causæ spectant, sed ad quendam alium appelletur. *Fernan Vasq. in tractatu quæstionum illustrium, cap. 82. num. 8.*

Cum itáq; senatus, populusq; S. non tantùm vltra præscriptum tempus, sed etiam vltra omnium hominum memoriam fuerit in possessione, vel quasi illius Iuris, ne cui liceat à sententijs senatus S. ad Duces P. vel alios Iudices, præter Senatum L. appellare. Sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, Senatum populumq; S. quò ad præsens propositum, priuilegio non esse munitum, Attamen senatum, populumq; S. per obseruantiam illius temporis hoc Ius præscripsisse, ne cui liceat à sententijs ipsorum ad DVCES P. vel alios Iudices, præter senatum L. appellare.

Ità de Iure respondit Ludolphus Schrader I. V. D. Ordinarius, & Professor in celeberrimâ Academiâ Francofordiensi ad Viadrum. Approbauit Iohan: Botcholten Luneburgensis.

CONSILIVM DECIMVM-OCTAVVM.

Der Fall / darüber ein Rathschlag begehret / erhelt sich kürtzlich / wie folget.

ES werden die Regenten der Stadt S. von den Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten / vnnd Herrn / den Hertzogen zu P. beschüldiget / daß sie sich der Iurisdiction mißbrauchen / viel vbeltheter gleitten / vnnd den Anklegern Iusticiam denegiren sollen. Item / daß sie auch den Fürsten nicht gestatten wollen / jemands in die Stadt zu gleitten / damit sie J. F. G. den Augapffel angriffen / vnd jhre hoheit entzögen / dessen dann J. F. G. wandel vnnd abtrag begerten.

Vnd wird hierwider von einem Erbarn Rath der Stadt S. vorgewandt / man were nicht gestendig / daß die Stad / oder Regenten derselben sich der Iurisdiction mißbrauchen solten / vnd ob man gleich die jenigen / so auß Menschlicher gebrechlickeit mit entleibung jhres Nech-

sten/ zu schaden kommen/ vff jhre gerümte vnschult/ mit gleitte versichert/ so kan man sich doch dardurch der Iurisdiction nicht mißbrauchen/ sonsten müsten sich viel Fürsten/ vnnd Herrn jhrer gewaldt zurichten auch mißbrauchen.

Daß man aber die leute gleitten/ in gleitte annehmen/ vnnd peinlich beschüldigen lassen solte/ wie wol etliche begerē/ das möchte wol heissen auff die Fleischbanck geopffert/ darumb nimbt sie ein Rath nicht anders ins gleit/ dann mit vorbehalt jhres wiederruffens/ vnd wañ dann dasselbe geschehen solte/ so müsten die gleitteten gleichwol nicht gefehret/ sondern so zeitlich vorwarnet werden/ daß sie in jhre gewarsam/ ob sie könten kommen mögen.

Daß aber ein Rath den Fürsten nicht gestatten wil/ jemands in die Stad zu gleitten/ das haben sie jhres verhoffens gute bestendige vrsachen/ dann sie können gnungsam dociren/ vnd darthun/ die Fürsten müssens auch ohne das wol bekennen/ daß ein Rath in der Stadt/ das gleitten vber zwey hundert Jahr lang gehabt/ vnnd zu dem für achtzig Jahren von einem domaln Regierenden Landeßfürsten/ der dieser itzigen Herrn proauus gewest/ die gantze Iurisdiction, Inmassen sie seine hochsehlige F. G. selbst gehabt/ vnnd gebraucht ewiglich bey der Stadt zu bleiben/ vmb ein stück Geldes erkaufft/ wie dann aus der vns zugeschickten Copey mit A. gezeichnet lauter/ vnnd klar zuersehen/ vnd da seine sehlige F. G. weder jhr/ noch derselben Erben in solchem Kauff Contract/ gar kein gleitten/ noch etwas anders fürbehalten/ sondern der Stadt alle Herrligkeit der Iurisdiction, wie sich der S. F. G. selbst gebraucht/ zugetragen/ vnnd von der zeit an ist keinem Fürsten gestattet worden/ jemands in die Stadt zu gleitten.

Es wolte auch einem Rathe ein sehr vngelegen ding sein/ daß die Landeßfürsten dessen mechtig sein/ oder werden solten/ dann so müste ein Rath leiden/ daß die Bürger jhme zuwiedern theten/ was sie wolten/ vnnd wann sie gleich vmb jhrer vbertretung willen aus der Stadt vorsestet würden/ so könten sie einem Rath zu trotz/ vnnd vordrieß wol wieder drein kommen/ was solte man dann in so einer Volckreichen Stadt für Regiment halten können.

Vnnd ob man gleich dargegen fürwenden möchte/ daß man jhnen wol einbinden könte/ sich gleittlich zuhalten/ so würde es doch dem Rath groß vnruhe/ vnnd mühe machen/ Darumb ein Rath jhren Landeßfürsten das gleiten in die Stadt/ dessen sich J. F. G. Elter Vater hochlöblicher gedechtnus per allegatum contractum emptionis für sich/ S. F. G. ewigen Erben/ vnnd nachkommen gentzlich verziehen/ jres verhoffens einzureumen nicht schüldig sein.

DIVINI NVMINIS IMPLORATO SVFFRAGIO, SIne quo nihil felix, & faustum.

NAch fleissiger verlesung/ vnd bewegung vorberurtes Falles/ vnnd der dabey vorwarten Copie Hertzogen B. Hochlöblicher/ vnnd sehligen gedechtnuß Kauffvorschreibung/ belangende die Gerichte/ vnd Regalia in der Stadt S. erachte ich auff denselben Fall im Rechten ergründet sein/ daß ein Erbar Rath der Stadt S. vermöge vorberürter Kauffvorschreibung/ vnnd des vber zweyhundert Jahr hergebrachten gebrauchs/ wol befugt/ dieselben/ so aus Menschlicher gebrechlicheit/ mit entleibung jhres Nechsten zu schaden kommen/ auch andere beziechtigte Vbeltheter/ auff jhre gerümbte vnschuldt/ zuvorgeleitten/ vnd mit gleitte zuvorsichern/ Insonderheit der gestalt/ wie in figuratione casus narriret.

Gleichs

Gleicherweiß erachte ich / daß ein Erbar Rath der Stadt S. nicht schüldig / die vorgleitteten vff der Anklöger ansuchen in werendem gleitte Gefenglichen anzunehmen / vnnd wieder sie Peinlichen proceß zugestatten / daß auch dieses ein Erbar Rath der Stadt S. keines weges gezimmen wolte / Besondern daß ein Erbar Rath an demselben genung thue / daß sie / wenn Ankleger vorhanden / dem vorgleitteten das Gleit auffsagen / sie zeitlich gnungsam zuuor vorwarnen / vnd jhnen geraume zeit geben / daß sie in jhre gewarsam kommen können.

Ferner halte ich es dafüe / daß / in betrachtung aller vmbstende / die Hertzogen zu P. nicht befugt / jemands in die Stadt S. zugleitten / daß auch / da die Hertzogen dasselbe zuthun sich vnterstehen würden / Ein Erbar Rath der Stadt S. dasselbe J. F. G. mit allem fug / vnnd recht wehren / vorbieten / vnnd nicht gestatten mögen / wie dieses mit nachfolgenden Rechtsgründen außgeführet / vnd dargethan wird.

Namq; primò dubio omni caret, quòd Imperator Romanus, reliquiq; principes, superiorem non recognoscentes, delinquentibus saluum conductum, siue securitatem, præsertim non irreuocabiliter, sed reuocabiliter concedere possint. *l. relegati. & ibi Bart. & Alber. ff. de pœnis. l. 1. & ibi DD. ff. ad l. Iuliam Maiest: Angel. l. vtrum. ff. de sepulch. viola. Angel. l. 4. §. si quis mortis, ff. de inoffic. testam. Berengar. Fernand: repetit: l. naturaliter, §. nihil commune. cap. 1. n. 141. ff. de acquirend: possess. Boer: Decis: 171. n. 1. fac: text: l. denuntiamus, C. de his, qui ad Ecclesiam confug: l. 1. & ibi Bald. & Dd. C. de his, qui per metum iudi. non appella:* Et quo ad hoc, vt principes delinquentibus, siue de delicto aliquo inculpatis saluum conductum, & securitatem concedere possint, non requiritur, causam aliquam subesse, vel vt hoc fiat ex causâ aliquâ, sed sola voluntas principis pro iustâ causâ habetur. *Bartolus l. relegati. num: 4. ff. de pœnis.*

Similiter quoq; & Marchiones, Duces, Comites, reliquiq; principes seculares, habentes regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, licet ipsi superiorem recognoscant, absq; omni dubio delinquentibus in suo territorio, siue respectu sui territorij, saluum conductum, vel securitatem concedere possunt. Eam ob causam, qui tales principes, habentes regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, Licet ipsi superiorem recognoscant, in suo territorio, siue respectu sui territorij, in omnibus, & per omnia vtuntur ijsdem priuilegijs, præeminentijs, & potestate, quibus Imperator Romanus, respectu totius Romani Imperij fruitur. *Bald. l. more. ff. de Iurisdictiom: Ind: Bald: l. receptitia. C. de constit: princip: Bald. l. exemplo, C. de probat: Bald: cons: 248. incipien. quæritur, vtrum donatio lib. 1. cons. 183. num. 6. lib. 2. cons. 355. colum. 2. lib. 5. Angel. cons. 139. incipien. in causa accusationis, cons. 217. num. 2. Paul. Castrens. cons. 22. incipien: super primo dubio. cons. 34. colum: fin: lib. 2. Alexand. cons. 1. nu. 9. lib. 1. cons. 1. num: 29. lib. 5. cons. 12. num. 9. lib. 7. Barbat. cons. 34. lib. 2. Corna. cons. 155. & cons. 172. Socin. cons. 3 & consil. 66. lib. 3. Curt. Iun. cons. 1. num. 29. cons. 61. num. 9. & cons. 100. num. 2. Alber. Brun. cons. 3. num. 7. cons. 19. num. 4. & cons. 45. num. 18. Dec. c. pastoralis, in prin. num. 2. Extr. de appellat. Dec. cons. 191. cons. 43. num. 6. Calcan. cons. 2. cons. 7. & cons. 26. Iason, cons. 100. num. 2. lib. 4. Ruin. cons. 200. nu. 2. lib. 3. & cons. 130. n. 2. lib. 5. Socin. Iun. cons. 73. n. 4. lib. 1. cons. 38. nu. 7. & 8. lib. 2. cons. 33. n. 9. cons. 75. n. 1. cons. 93. num. 3. cons. 98. n. 1. cons. 136. n. 1. lib. 3. cons. 4. n. 18. cons. 17. n. 10. cons. 60. n. 7. cons. 76. n. 14. & cons. 92. n. 2. lib. 4. Steph. a. Bertran. cons. 630. n. 4. lib. 1. cons. 156. lib. 3. Roland. à Val. cons. 26. & cons. 86. n. 13. lib. 1. & in lib. quæst. de lucro dot. quæst. 3. nu. 8. Neuiz. cons. 26. num. 1. Aym. Grauet. cons. 135. colum. 2. Zas. cons. 1. n. 21. & 22. lib. 2. Corn. cons. 152. lib. 1. Cardinal. Paris: cons. 69. n. 3. lib. 1. August. Bero. c. quoniam Abbas, num. 93. extr. de offic. delegat. Iacob. de S. Georg. l. bona. in fin. C. qui admitti.* Et confirmatur ex eo: Namq; licet in aliquibus casibus prohibitum sit, saluum conductum, vel securitatem delinquentibus, siue de delicto inculpatis concedere. *l. relegati. ff. de pœn. §. sed neq. vers. neq. autem homicidis, Auth. de manda. princ.* Attamen illa prohibitio est Iuris positiui, siue ciuilis. *Bartol. d. l. relegati. n. 4. & ibi addit.* Ideoq; mirum non est, principes seculares, habentes regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, licet ipsi superiorem recognoscant, contra hanc dispositionem Iuris ciuilis delinquentibus, vel de delicto inculpatis securitatem, & saluum conductum concedere posse. Cum sit clari Iuris, nec nou & à DD. communiter traditum, principes seculares, habentes regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, licet illi superiorem recognoscant, Iuri ciuili derogare, & contra Ius ciuile in suo territorio quid statuere posse. *Bald. l. fin. C. quo. appellatio. non recipiant. Paul. Castr. cons. 225. incip. super primo dubio. Felin. c. 1. n. 2. extr. de rescript. Fel. c. quod super his, extr. de maiorita. & obedient. Iason. l. nemo potest. lectu. 1. num. 9. & lectu. 2. nu. 10. ff. de legat. 1. Dec. c. pastoralis, num. 2. versic. imò quod plus est. extr. de appellatio. Alber. Brun. consil. 45. num. 19. Grauet. consil. 135. num. 2. Roland. à Valle consil. 29. num. 26. & consil. 86. num. 16. lib. 1. Roland. à Valle. in lib. quæstionum, de lucro dotis. quæst. 3. num. 8. Ruin. cons. 175. num.*

num. 22. lib. 1. Thomas Grammat. consiliorum ciuilium cons. 103. num. 3.

Sed ex exemplo, siue copia Instrumenti venditionis, mihi transmissa, liquet, atq; patet, quòd illustris princeps, atq; Dominus, Dominus B. Dux P. piæ memoriæ, senatui, populoq; S. vendiderit Iurisdictionem, siue merum, & mixtum Imperium in Ciuitate S. cum omnibus priuilegijs, fructibus, & regalibus, cumque facultate, & potestate istam Iurisdictionem, siue merum, & mixtum Imperium habendi, possidendi, illáque vtendi, sicut ipsi Duces P. istam Iurisdictionem habuerunt, possederunt, eáque vsi fuêre. Quæ dictiones, ità, & sicut, sunt, dictiones similitudinariæ, omnimodam similitudinem denotantes. *l. sicut, C. de repu. hered. l. sicut, C. de actio. & oblig. c. fin. ext. de restit. spoliat. & ibi Anton. de Butr. notab. 4. per illum textum dicit, quòd dictio, sicut, importat omnimodam similitudinem, & in substantiâ, & in qualitate, quod dictum refert, atq; sequitur Socin. Iun. cons. 76. num. 4. lib. 1.*

Sed certum est, Duces P. habere regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam. Igitur sequitur, quòd Duces P. in omnibus locis sui territorij, in quibus suis illustribus celsitudinibus adhuc Iurisdictio competit, habent facultatem, & potestatem, delinquentibus saluum conductum, siue securitatem concedendi.

Rursus ex hoc infertur, Duces P. ante istam venditionem, à Duce B. senatui, populoq; S. factam, respectu Iurisdictionis, suis illustribus celsitudinibus in ciuitate S. competentis habuisse facultatem, & potestatem delinquentibus, siue illis, qui tanquam delinquentes inculpantur, in ciuitate S. securitatem, & saluum conductum concedendi, & dubio omni caret suas illustres celsitudines ante illam venditionem factam, istâ facultate, atq; potestate vsos fuisse.

Cum itàque Duces P. senatui populoque S. Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium, & regalia in ciuitate S. vendiderint, eo pacto, quòd senatus, populusq; S. illâ Iurisdictione, mero, & mixto Imperio, nec non & regalibus ità plenè, & liberè vti, & frui debeant, sicut ipsi Duces P. ante illam venditionem istâ Iurisdictione, mero, & mixto Imperio, & regalibus vtendi facultatem habuêre: Sequitur senatui, populoque S. vigore illius venditionis, perinde licere, & permitti, delinquentibus, siue ijs, qui de delicto aliquo inculpantur, in ciuitate S. securitatem, & saluum conductum concede-

te, sicut hoc ante illam venditionem ipsis Ducibus P. permissum fuit.

Secundo, quando vnum adæquatur alteri, omnis virtus, omnisque qualitas, atque natura rei, ad quam fit adæquatio, imbuitur ei, cui adæquatur. *Bartol. Socin. & DD. l. 2. & ibi Ioan. Crotus in repetit. num. 8. & Iacob. de Nigris. num. 17. Argumento illi: text. ff. de legat. 1. fac. text. l. 1. §. 1. ff. si quis in fraud. patron. l. illud. ff. de donati. caus. mortis. l. in princip. C. de rei vxor. actio. Bartol. l. 1. ff. de confirman. tutor.* Quod etiam in priuilegijs locum habere *tradit Bald. consil. 355. num. 6. lib. 1.* Similiter & relatio intelligitur facta cum omnibus qualitatibus, atque relatum inest referenti cum omnibus suis qualitatibus, & circumstantijs. *l. in testam. ff. de condit. & demonstrat. l. à filio. §. si testator. ff. de aliment. & cibar. legat. l. 3. in princ. ff. de fun. instruct. Bart. l. si quis seruum, §. fin. nu. 5. ff. de legat. Bart. l. 1. in princ. ff. de Receptator. Bart. l. 1. §. fin. ff. si familia furt. fecis. dic. Bart. l. sanctio legum. n. 7. ff. de pœnis. Francis. Aretin. l. sicut debemus ff. de verb. obligation. Iason l. si cui. §. si à filio. num. 10. ff. de legat. 1. Cardinal. Paris. consil. 21. num. 45. & cons. 43. num. 66. lib. 1.* Illud quoque, quod inest termino exemplificanti, videtur inesse termino exemplificato, saltem ex tacitâ repetitione. *l. in testam. ff. de condit. & demonstrat. l. Theopompus. ff. de dote prælegat.*

Sed in copiâ, siue exemplo instrumenti venditionis, mihi transmisso, narratur, quòd Dominus B. Dux P. senatui, populoque S. vendiderit Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium in ciuitate S. cum omnibus priuilegijs, vtilitatibus, & regalibus, cumque facultate, & potestate, illam Iurisdictionem habendi, & possidendi, eáq; vtendi, ità plenè, & liberè, sicut Duces P. antea istam Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium habuerunt, possederunt, eáq; vsi fuête.

Et sic illud Instrumentum venditionis, quò ad Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium, nec non & regalia, per istam venditionem in senatum, populumque S. translata, se expressè refert ad illam Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium, item & regalia, quæ prius in ciuitate S. Ducibus P. competiêre, illudq; ius, quod per istam venditionem in senatum, populumq; S. translatum est, adæquatur, siue exæquatur illi Iuri, quod prius Ducibus P. competijt.

Cum itàq; Iurisdictio, merum, & mixtum Imperium, nec non & regalia in ciuitate S. Ducibus P. ità, & cum illâ qualitate competierint,

uerint, quod suæ illustres Celsitudines delinquentibus, siue inculpatis de delicto securitatem, & saluum conductum concedere potuerint, & concesserint: Etiam ex hoc capite sequitur, Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium, nec non & regalia in ciuitate S. in Senatum populumq; S. per istam venditionem cum eadem qualitate translata. Et per consequens, Senatui populoq; S. vigore illius venditionis, perinde permitti, delinquentibus, siue inculpatis de delicto securitatem & saluum conductum concedere, sicut hoc, ante istam venditionem Ducibus P. licuit.

Tertiò is, qui habet regalia, præsertim irreuocabiliter, & Iure proprio, absq; omni dubio delinquentibus, siue illis, qui de delicto aliquo inculpantur, securitatem, & saluum conductum concedere potest, prout hoc expresse vult Bart. *l. Ambitiosa, num. 8. vers. sciendum est, ff. de decretis ab ordine facien.* Dum videlicet Bart. ibi expressè decidit, illum populum, qui in suâ ciuitate princeps dicitur exbannitos rebannire posse. Et sic Bart. expresse vult, illam ciuitatem, quæ habet iura principis, siue regalia, Bannitis, & sic delinquentibus saluum conductum, & securitatem concedere posse. Idemq; vult idem Bart. *l. relegati, nu. ff. de pœnis, Bart. l. non omnes, §. qui transfugit, ff. de re milita.*

Similiter quoq; dubio omni caret, quòd verbum Herrligkeit in vulgari linguâ idem importet, quod verbum, regalia, & confirmatur ex eo, quia illud verbum Herrligkeit latinè aliter reddi nequit, quàm regalia. Et certi Iuris est, quòd eo casu, quando de significatione verbi vulgaris dubitatur, illud verbum in latinam Linguam transferri, eaq; significatio amplecti debeat, quam illud verbum in Latinâ linguâ habet, *iuxta tradita à Dd. in locis vulgaribus.*

A DD. quoq; traditum est, quòd Dux, vel Princeps concedens generaliter, siue simpliciter regalia, intelligatur concessisse omnia regalia, quæ ipse concedens habuit, *Andr. de Isern. Rub. & ibi Matth. de Afflict. colum. 8. quæ sunt regalia, Paris de Puteo in tractat. Syndicat. verb. excedunt Barônco colum. 2. Ioan. Lupus rub. § 66. colum. 3. vers. ex quibus, ext. de donat. inter virum & vxorem.*

Multò verò magis hoc locum habet eo casu, quando concessio est facta verbis vniuersalibus, vt puta, si concedens alteri regalia, dicat, seipsu concedere omnia regalia, quæ ipse in loco aliquo habet. Tunc enim absq; omni dubio per illam concessionem omnia omninò regalia, quæ concedens in isto loco habuit, nullis penitus exceptis compræhenduntur. Eam ob causam quia verba vniuersalia sunt maioris efficaciæ, & virtutis, quam verba generalia. *Bartol. l. generali, §. vxori, ff. de vsufructu legat. Aymon. Grauet. consil. 86. num 6. consil. 194. colum. antepenultima. vers. 4.* omniaq; compræhendunt, quæ excogitari possunt. *Decius consil. 29. colum. 2. in fine, Aymon. Grauet. consil. 10. num. 8. Laurent. Syluan. consil. 95. num. 17. argument. l. Iulianus, ff. de legatis. 3. l. à Procuratore, C. mandat. l. in fideicommissi, §. Cum Pollidius, ff. de vsur. l. Cum virum, & ibi Baldus oppos. 2. C. de fideicommiss. c. solitæ, extr. de maioritat. & obedient.* Nullo penitus excepto, *Frideric. de Senis, consil. 84. Laurent. Syluan. consil. 95. numer. 10.* Ideoq; pulchre Bald. inquit, verba vniuersalia adeò omnia compræhendere, vt nulla persona, nullus casus, nullus locus exceptus intelligatur, *Bald. consil. 326. incipient. Rex Roman. colum. 3. lib. 1. Quod consilium refert atq; sequitur Laurent. Syluan. consil. 95. num. 17.* Et verba vniuersalia hoc operantur, vt dispositio extendatur ad illa, quæ alioquin sub illâ dispositione non comprahenderentur, prout hoc latè docui in alio consilio reddito pro Senatu S. super isto puncto, vtrum Ciues S. testimonij dicendi causa, ex ciuitate S. euocari, vel ad alium locum extra ciuitatem S. trahi possint.

Præterea quoq; clari iuris est, nec non à DD. traditum, quod per concessionem, tacitam verbis vniuersalibus, [illegible] regalia transferantur, licet de regalibus nulla fuerit facta expressa mentio. *Decius, consil. 197. num. 23 circa finem, Grauet. consil. 294. colum. 3. vers. sed magis, Iohan. Caphal. consil. 150. num. 11. Laurent. Syluan. consil. 1. numer. 29. lib. 1.* Multo verò magis concessio, siue translatio, facta verbis geminatis, etiam regalia includit, & compræhendit, licet de illis expressa mentio facta non fuerit, *Paul. Castrens. consil. 63. vers. quintò etiam patet, lib. 1. Raphu. Cuman. consil. 162. num. 3. Socin. Iun. consil. 80. num. 36. cum seqq. lib. 3. Aymon. Grauet. consil. 19. numer. 8. Ioan. Caphal. consil. 150. Iason, consil. 45. num. 5. lib. 1. Laurent. Syluan. consil 56. num. 16. lib. 2. Alciat. c. quod sedem, num. 45. ext. de offic. ordinar.*

Et prædicta generaliter quidem procedunt, potissimum verò locum habent eo casu, quando Princeps, vel Dux alteri concedit merum, & mixtum Imperium verbis vniuersalibus, & geminatis, vt puta, si Princeps, concedendo merum, & mixtum Imperium, dicat, se concedere totum, omne, vel vniuersum merum, & mixtum Imperium, nullo

nullo penitus excepto. Tunc enim absq; omni dubio sub isti concessione regalia item, & reseruata Principi compræhenduntur. Namq; clari iuris est, quòd omnia omninò regalia, & reseruata principi, sint vel meri, vel mixti imperij, & sint species meri, & mixti Imperij, atq; saltem sub summo gradu meri, & mixti Imperij compræhendantur. *prout hoc expressè tradit Bart. l. imperium. num. 8. & num. 17. & ibi Bald. colum. 3. Iason num. 24. nec non & reliqui Dd. ff. de iurisdictio. omn. iudic.*

Et similiter legibus cautum est, quòd verba vniuersalia omnia comprǽhendant, quæ excogitari possunt, quodq; a dispositione, conceptâ verbis vniuersalibus nulla persona, nullus casus, nullusq; locus exceptus intelligatur, nec non & verba vniuersalia illud operentur, vt sub dispositione aliquâ ista compræhendantur, quæ alioquin, sub illâ dispositione non comprǽhenderentur, sicut hoc modo docuimus. Verba quoq; geminata multùm operantur. *l. Balista, & ibi Bart. & Dd. ff. ad S. C. Trebell: l. cùm simus, & ibi Bart: & Alexan: C. de agri: & censit: lib: 11. Cardina: Paris: consil: 6. num: 12. consil: 54. num: 67. lib: 1. cons: 12. num: 69. lib: 2. cons: 5. num. 64. & cons. 32. num: 29. lb: 4.* Et sunt maioris efficaciç, quam dispositio vniuersalis simplex. *Gozad: cons: 30. num: 1. Cephal: consil: 126. num. 18. Aym: Grauet: 105. nu: 4. Laurent: Syluan: consil: 95. num: 19. Barbat: int. consil: Curtij Sen. cons. 65. num. 19.* Illaq; ostendunt & enixam, & latissimam voluntatem disponentis. *Bald. c. eam te, colum. 2. ext. de rescript. Curt. Sen. consil. 52. colum. 1. cons. 63. colum. 16. Anton. Corset. in tractat. de verbis geminat. Cardinal. Paris. consil. 10. num. 57. consil. 32. nu. 52. & cons. 131. num. 1. lib. 1. consil. 9. num. 43. consil. 30. num. 29. cons. 15. num. 20. lib. 3. consil. 1. nu. 26. consil. 10. num. 31. & cons. 48. num. 24. lib. 4. Laurent. Syluan. consil. 64. num. 4.* Nec non & mentem deliberatam, & appensatam, *Cardina. Paris. cons. 89. 23. lib. 3. Aym. Grauet. cons. 105. num. 4. & consil. 201. num. 44. Paul. Castrens. consil. 115. colum. 2. lib. 1. Laurent. Syluan. consil. 64. n. 4.*

Huc accedit, quòd geminatio, siue reiteratio ostendat mentis perseuerantiam, *arg. l. vnica, C. de plus petitio.* Et tollat suspicionem deceptionis. *l. si mulier, C. ad S. C. Velleia.* Et significet præcisam mentem disponentis. *Bald. c. eam te, extr. de rescript.* Nec non etiam ampliet effectum dispositionis *Bald. l. fructus, C. de actio. empt.* Et efficiat, vt sub dispositione compræhendantur illa, quæ alioquin sub illâ dispositione non compræhenderentur. *Ruin. cons. 98. num. 12. vsq; ad num. 29. lib. 2. Nicola. Eberhard. in loc. à locut. gemi. seu actus multiplicat. reiterat. Guilhel. Benedict. repet. c. Raynutius, verbo, cætera bona, num. 8. ext. de testam.* His adde, quòd verba geminata non patiantur aliquam restrictionem, diminutionem, *Laurent. Syluan. consil. 49. num. 26. Ias. l. 1. §. nunciatio. nu. 5. vers. ego limito modo notabiliter, ff. de oper. no. nunc. Laurent. Syluan. cons. 88. num. 4. Corn. cons. 324. colum. 6. lib. 1. Grauet. cons. 290. num 4. vers. nonò considero, Socin. cons. 297. nu. 6. lib. 2.* vel exceptionem. *Aym. Grauet. consil. 201. num. 42.* Atq; compræhendantur omnia etiam dissimilia & maiora expressis. *Socin. cons. 47. colum. 6. in fin. lib. 4. Iason cons. 96. colum. 2. lib. 4. Laurent. Syluan. consil. 66. num. 14. & cons. 88. num. 4. Curt. Senior consil. 30. colum. 2. Grauet, consil. 290: nu. 4. vers. nono considero, lib. 2.* Item etiam insolita. *Alexand. consil. 30. colum. penult. lib. 5. Aym. Grauet. consil. 290. num. 4. vers. nonò considero, lib. 2.* Et verba vniuersalia geminata habent vim specialis expressionis, siue nominationis, *Franc. Curt. consil. 48. colum. 14. consil. 49. Corset. in tractat. de verb. geminat. Cardina. Paris. consil. 9. num. 20. lib. 3. Laurent. Sylua. cons. 95. n. 17.*

Quinimò etiàm sub concessione simplici, & generali Iurisdictionis compræhenduntur ea regalia, quæ non sunt de reseruatis principis, quæq; iam sunt in esse producta, siue constituta, *prout hoc expressè tradit Alciat. c. quod sedes, num. 19. vers. tertiò declara. ff. de offic. ordina. Roland. à Vall. consil. 42. num. 32. & 33. lib. 2.* Ideoq; traditum est, licet vectigalia, siue exactio vectigalium sit de regalibus, & ad regalia pertineat. *c. 1. & ibi Dd. quæ sint regalia,* sub concessione tamen generali Iurisdictionis etiam compræhendi vectigalia, siue exactionem illorum vectigalium, quæ iam imposita, siue constituta sunt, *prout hoc tradit Alciat. & Roland. à Vall. in locis præallegatis.* Eodem modo traditum est, licet viæ publicæ, & Iurisdictio in vijs publicis inter regalia referantur. *c. 1. quæ sint regalia.* ei tamen, cui Iurisdictio in aliquo loco simpliciter concessa est, intelligi etiam concessam Iurisdictionem ratione eorum, quæ in vijs publicis illius loci committuntur, *prout hoc tradit, Pet. Iacob. in form. libel. super iurisdictione, in fin. Alciat. c. quod sedem, nu. 48. ext. de offic. ordinar. Roland. a Vall. consil. 24. num. 35.*

Deinde etiam Ius concedendi saluum conductum, siue securitatem, posito, illud inter regalia referri, non est de reseruatis principis, & Illud Ius respectu illorum, qui in aliquo loco merum, & mixtum Imperium, & regalia habent, est ius iam creatum, & in esse productum, cum illud Ius competat omnibus illis, qui merum, & mixtum Imperium, & regalia habent, & ab ijs quotidiè exercentur. Igitur sequitur, quòd in generali concessione Iurisdictionis, simpliciter factâ, etiam

com-

comprehendatur Ius, & facultas saluum conductum concedendi.

Ex persona quoq; concedentis, si videlicet concedens sit princeps, colligitur, quòd per concessionem generalem in alium regalia translata sint. *Paul. Castren. cons. 63. lib. 1. Socin. Iun. cons. 80. nu. 40. lib. 3.* Præterea ex persona quoq; recipientis, siue illius, cui concessio fit, si videlicet illa persona magistratu perpetuo fungatur, colligitur, regalia translata esse, *prout hoc tradit, Dec. c. Pastoralis, in princ. num. 2. circ. fin. vers. & quod licet, ext. de appellat. Roland. à Vall. consil. 86. nu. 16. lib. 1.*

Sed in casu præsenti ista venditio, siue concessio est facta à Duce P. & sic ab eo, qui iura Principis habuit cuiusq; concessio latissimè interpretanda est, & est facta Senatui S. quem Senatum S. magistratum perpetuum esse, & obtinere dubio omni caret. Namq; licet singulares Consules, & Senatores moriantur, & alij in illorum locum surrogantur, Attamen Senatus semper vnus, & idem manet, nec vnquam moritur *iuxta l. proponebatur, ff. de Iudic.*

Præterea in istâ venditione, siue concessione expressè dicitur, regalia, & quidem omnia in Senatum, populumq; S. translata & Senatui, populoq; S. vendita, sicut hoc satis patet ex illis verbis, vnser Gerichte / vnd Vogtey zum S. mit aller Freyheit / genieß / vnnd Herrligkeit. Nec dubium est, verbum vniuersale, Aller / in illo textu positum, etiam ad illud verbum Herrligkeit referri, atq; perinde haberi, atq; si in illo instrumento dictum esset, mit aller Freyheit / aller Genieß / vnd aller Herrligkeit *iuxta text. l. Seia. §. Cato, & ibi Bart. ff. de fundo instructo.*

Deinde quoq; illa venditio est facta verbis vniuersalibus geminatis, & amplissimis, ac latissimis, sicut hoc satis patet ex sequentibus verbis, vnsere Gerichte / vnnd Vogtey / zum S. mit aller Freyheit (notetur verbum, Aller / quod est vniuersale) genieß / vnnd Herrligkeit / daß zubrauchen / haben / vnnd besitzen / so quit / vnnd frey / als vorhin vnsere selige Voreltern / vnnd Vorfahren / das gebrauchet / gehabt / vnnd besessen haben / Item / also / daß die obgenante Vogtey / vnnd gantze Gerichte (notetur verbum gantze / quod similiter vniuersale est) beyde höchste / vnnd nidrigste an Handt / vnnd Halß / vnd Fuß / wie es sich gehören sol / zurichten / ewiglich bey vnser vorgenanten Stadt S. bleiben / vnnd sein soll / vnnd vns / oder vnsern Nachkommenden daran nichts vorbehalten. Et dubio omni caret, quod in linguâ Germanicâ appellatione der höchsten vnnd nidrigsten Gerichte merum, & mixtum imperium comprehendatur. Et cùm in illo instrumento dicatur, die gantze Gerichte / beyde höchste / vnnd nidrigste / atq; illud verbum, gantze / sit verbum vniuersale, æquipollens dictioni, omne, totum, vel vniuersum: Ex illo instrumento liquet, Ducem B. Senatui S. vendidisse, & concessisse vniuersum, siue totum merum, & mixtum Imperium.

Rursus cùm in illo Instrumento dicatur, vns / oder vnsern Nachkömlingen daran nichts vorbehalten. Ex illo Instrumento liquet, quòd Dux B. Senatui S. vendiderit, & concesserit vniuersum merum, & mixtum Imperium, nullo penitus reseruato, vel excepto: Et sic, quòd illa venditio, siue concessio meri, & mixti imperij sit facta verbis vniuersalibus geminatis. Et sic patet, per istam venditionem, siue concessionem, à Duce B. factam, in Senatum, populumq; S. etiam regalia translata. Igitur etiam ex hoc capite sequitur, Senatui S. licitum, & permissum esse, delinquentibus, siue inculpatis de delicto securitatem, & saluum conductum concedere.

Quartò, ea Ciuitas, siue is populus, quæ ciuitas, siue qui populus habet potestatem concedendi statuta in negotijs magnis, absq; omni dubio delinquentibus, siue inculpatis de delicto securitatem, & saluum conductum concedere possunt. *Bartol. l. relegati num. 4. ff. de pœnis.* Et confirmatur, euidentissima ratione, Namq; licet in aliquibus casibus delinquentibus, siue inculpatis de delicto securitatem, vel saluum conductum concedere prohibitum sit, *§. sed neq; vers. neq; autem homicidis, & ibi Dd. Authent. de mandat. princip.* Attamen illam dispositionem esse dispositionem Iuris Ciuilis, dubio omni caret, Ideoq; illa dispositio contrario Iure Ciuili tolli, & abrogari potest. *§. sed naturalia, & ibi DD. Institut. de iur. nat. gent. & Ciuili, l. de quibus. ff. de legibus.*

Et similiter clari Iuris est, omne id, quod fit, vel præsumitur ab eo, qui habet legis condendæ potestatem, legis vigorem obtinere. *Bartol. l. si vnus, §. pactus ne peteret, colum. fin. ff. de pactis, Bartol & DD. l. ciuitas, & ibi Iason. nu. 4. 5. 6. & 7. ff si cert. petat. Bartol. l. Cæsar, argumento ill. text. ff. de Publica. Bartol. Bald. & Dd. l. pen. argu. ill. text. C. de donat. int. vir. & vxor. Bald. & Paul. Castr. l. 1. ff. de constit. princip. Bald. l. 1. colum. 2. C. de heredit. & actio. vendit. Iason. l. si vnus, §. ante omnia, nu. 9. ff. de pact.* Eodem modo indubitati iuris est, quòd is, qui habet merum, & mixtum Imperium, de his,

quæ sunt meri, & mixti Imperij, & sic de negotijs magnis statuta, & leges condere possit. *Bald. l. nulli, vers. quaero vtrum, C. de sentent. Bald. l. cum omnes, colum. pen. vers. vltimo noto, extr. de constitutio. Deci. l. Imperium, num. 41. ff. de Iurisdictione omn. Iud. Iason, l. omnes populi, lectu. 1. num. 24. & 25. & lectu. 2. num. 34. ff. de Iustit. & iur.* Et ciuitates, habentes merum, & mixtum Imperium non tantùm præter, sed & contra Ius commune statuta condere possunt. *l. omnes populi, & ibi Dd. ff. de Iustit. & Iur. l. de quibus, ff. de legibus, l. Anthiochensium, & ibi Dd. ff. de Priuileg. credito. l. prohibere, §. planè, ff. quod vi aut clam, l. fin. ff. de decreto. ab ordin. facien. §. sed naturalia, & ibi Dd. Instit. de Iur. natura. gent. & ciuili.*

Nec quicquam dubitandum est, per illam venditionem in Senatum S. esse translatum merum, & mixtum Imperium. Namq; certi iuris est, quòd concessa Iurisdictione etiam simpliciter non tantùm iurisdictio simplex, sed etiam merum, & mixtum Imperium concessum intelligatur. *Oldrad. consil. 252. Ioan. Andr. in addit. ad Specular. tit. de Iurisdict. omn. Iud. Bald. l. fin. colum. 2. ff. de constitut. Alexand. cons. 35. incip. viso processu, in princip. lib. 4. Alexand. l. 1. num. 66. ff. de offic. eius cui mandat. est Iurisdict. Alexand. l. 1. colum. pen. ff. de Iurisdict. omn. Iud. Alexand. l. diuortio, §. si vis, ff. solut. matrim. Abb. c. quod sedem, & ibi Felin. nu. 4. Alciat. num. 38. & 39. ext. de offic. ordinar. Dec. l. imperium, n. 26. & ibi Ioh. Baptist. n. 6. Caspar Valasc. n. 35. vsq; ad n. 41. Sebast. Sapia. n. 13. vsq; ad n. 17. ff. de Iurisdict. omn. Iud. Couar. practica. quaestion. c. 1. cir. finem, Rola. à Vall. consil. 42. num. 17. vsq; ad num. 25. cons. 45. num. 27. lib. 2.* Eamq; opinionem communem esse attestantur Dec. Alciat. Sebastian. Sapia. Couarru. & Roland. à Val. in locis modò citatis. Eandem opinionem etiam amplectuntur, Dec. *c. licet causam, colum. 1. & ibi Felin. num. 1. ext. de probat. Cardi. Paris. consil. 9. num. 14. vsq; ad num. 16. lib. 2.*

Etsi in hoc contrariū teneant aliqui Dd. volentes, in concessione simplicis Iurisdictionis non compræhendi merum, & mixtum Imperium *Iason l. Imperium, num. 11. cum 2. sequentibus, ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Salicet. l. placet, C. de pedan. Iud. Bald. c. quanto, colum. penult. ext. de Iudic. Carolus Molinaeus in consuet. Parisiens. tit. 1. §. 1. gloss. 5. num. 48.* Eamq; contrariam opinionem, sed perperam, & malè communem audeat asserere *Curt. Iun. l. 1. n. 53. ff. de offic. eius, cui mandat. est Iurisdict. Curt. Iun. l. imperium, num. 42. ff. de Iurisdict. omn. Iud.* Attamen ex numero, & pondere illorum Dd. qui pro præcedente opinione allegati sunt, satis liquet, præcedentem opinionem amplecti Dd. & numero plures, & authoritate grauiores, Ideoq; illam opinionem communem esse, cùm sit clari, & indubitati Iuris, illam opinionem communem dici, quam amplectantur Dd. & numero plures, & authoritate grauiores, *Felin. c. 1. num. 54. & ibi addit ad Panorm. ext. de constitutio. Ias. l. si quis mihi bona, §. Iussum, num. 14. ff. de acquir. heredit. Iason, l. re coniunctis, num. 142. ff. de legat. 3. Ias. l. si is, qui pro emptore, nu. 247. ff. de vsucap. Iason, Auth. si qua mulier, num. 15. C. de sacrosanct. Eccles. argu. c. in canonicis, distin. 19. §. verum illa sententia, de poenitent. distinctio. 3.*

Et cùm illa præcedens opinio, quæ vult, in simplici concessione Iurisdictionis etiam merum, & mixtum Imperium compræhendi, sit communis, illa absq; omni dubio in Iudicando sequenda est, cùm Iudex in Iudicando semper communem, & receptam Dd. opinionem sequi teneatur. *Abb. Felin. & Dec. c. 1. ext. de constitutio. Bald. cap. 1. §. Iudices, de pa. Iurament. firman. Bald. l. 1. argumento ill. text. ff. de senator. Alexand. cons. 51. lib. 5. Abb. c. nouitmus, argumento ill. text. ext. de verbor. significatio. fac. text. c. de iudicijs. 3. quaest. 3. l. 1. ff. de offic. quaest. l. Athletas, in princip. ff. de his, qui notant. infam.* vsq; adeò, vt is Iudex, qui contra communem opinionem iudicat, & imperitus præsumatur, *Alexand. cons. 95. num. 6. lib. 2.* & faciat litem suam, atq. parti læsæ ad id, quod interest condemnetur, *Bart. l. fina. C. de poena Iud. qui malè Iudica. Angel. l. terminato, C. de fructibus, & lit. expens. Abb. c. prudentiam, in princip. ext. de offic. delegat. Pet. de Anchor. Clement. ne Romani, de electione, Ant. de Butr. c. ex literis, ext. de sponsalibus, Felin. c. 1. num. 56. ext. de constitut. Iason, l. cum probatis, ff. de re indicat.* Illaq; communis opinio comprobatur ex eo. Namq; concessio Iurisdictionis ordinariæ est & fauorabilis, & latissimè interpretanda. *Bald. l. 3. argumento, ill. text. ff. de offic. praesidis, Dec. l. imperium, num. 28. ff. de Iurisdict. omn. iud. Dec. c. quanto, circa finem, ext. de iudic. Dec. c. licet, nu. 1. ext. de probatio.*

Et hæc opinio absq; omni dubio procedit eo casu, quando concessio Iurisdictionis non est facta simpliciter, sed est facta cum adiuncto. Ideoq; traditum est, quòd, concessâ Iurisdictione altâ, quæ vulgò dicitur, die Hohen Gerichte / citra omne dubium, non tantùm Iurisdictio simplex, sed etiam merum & mixtum Imperium concessum esse intelligatur, *Ioan. Longenall. repetit. l. Imperium, nu. 92. ff. de Iurisdict. omn. Iud.*

Similiter & concessâ omnimodâ Iurisdictione, absq; omni dubio in accipientem etiam merum, & mixtum imperium transfertur *gloss. c. 2. vers. omnimodam, & ibi Paul. de Leaza. Cardina. Ioan. de Imol. & Panorm. de foro*

compe-

... Anton: de Butr: super quaestionem. in principio ... Cardin: Paris: cons: 9. ... Carolus Molinaeus in consuetud. Paris: tit: 1. §. 1. gloss. 5. nu: 43.

Eodem iure vtimur, si alicui fuerit concessa Iurisdictio plena, vel plenissima: tunc enim similiter, & absq; omni dubio sub tali concessione merum, & mixtum imperium comprehenditur. *gloss. l. si ...* ... *Gardina: Paris: cons: 9. nu: ... lib. 1. Carol. Molinae. in consuetud. Parisiens. ... gloss. 5. nu. 45.*

Idem quoq; iuris est, si alicui fuerit concessa omnis Iurisdictio: Namq; similiter per talem concessionem transfertur merum & mixtum Imperium. *... cons. 250. Ioan. And. in addit. ad Speculat. tit. de iurisd. omn. iud. Paul. Castrens. cons. 154. col. 3. & Dec. nu. 37. ff. de Iurisdict. ... cons. 6. ... Roland. à Vall. cons. ... nu. 37. cum sequentib. lib. 2. vbi ipse attestatur hanc opinionem communiter receptam.*

Sed in casu praesenti per istam venditionem Iurisdictio est concessa Senatui S. non simpliciter, sed verbis vniuersalibus, geminatis, praegnantibus, amplissimis, & latissimis. Et ... Senatui S. concessa sunt, die ganze Gericht, hoheit vnd obrigkeit an Handt vnd Halß, nullo penitus excepto, vel reseruato: Quae verba, an Handt vnd Halß, expresse denotant potestatem gladij, animaduertendi in facinorosos, quod meri imperij esse, dubio omni caret. *l. Imperium, & ibi Bart. Iason, Dec. & Dd. ff. de iurisdict. omn. iud.* Ergo sequitur, per illam venditionem, à Duce B. factam, absq; omni dubio in Senatum populumq; S. merum, & mixtum Imperium translatum.

Rursus ex hoc infertur, Senatui S. tanquam habenti merum, & mixtum Imperium licitum, & permissum esse, super negotijs ... leges, & statuta condere, & per consequens delinquentibus, siue de delicto inculpatis saluum conductum, & securitatem concedere: Et ... delinquentibus, siue de delicto inculpatis securitatem, vel saluum conductum concesserint, hanc concessionem, ... legem, siue statutum, valere.

... Quinto, pro hac decisione confirmanda ...

facit id, quod tradit Bart. *l. à qui reus, nu. 12. ff. de publ. iudic.* vbi Bart. ita scribit. Ego autem dico, quòd Iudex indistinctè potest dare fidentiam, si velit. Et hoc potissimum procedit, quando is Iudex habet potestatem, & facultatem de talibus criminibus & cognoscendi, & reum puniendi: tunc enim is eò magis delinquentibus, siue de delicto inculpatis securitatem concedere potest, *prout hoc tradit Iaf. l. conuentionum. nu. 4. ff. de pactis, vbi Iaf. attestatur eandem opinionem amplecti Bart. Imola. Ang. & Bal. in locis ab ipso citatis.* Similiter hoc multò magis procedit, quando is, qui saluum conductum petit, eo tempore existit extra territorium illius, à quo iste saluus conduct⁹ petitur. Tunc enim Iudex petenti saluum conductum indistinctè concedere potest. *Bened. de Vadis in addit. ad Feli. c. accedens el. 2. n. 3. ext. vt lite non contest. & Bened. de Vadis in repert. Fel. verb. saluus conductus.*

Cum itaq; Senatus S. habeat ius, & potestatem de omnibus omninò criminibus, in ciuitate S. commissis, & cognoscendi, & reos conuictos, vel confessos puniendi, nec non, & contumaces, siue absentes banniendi, & relegandi; Etiam ex hoc capite sequitur, Senatui S. liberum, & permissum esse, de delicto aliquo inculpatis saluum conductum praesertim reuocabiliter concedere.

Sextò licet legibus cautum sit, quòd homicidis, reliquisq;, qui enormia delicta commiserunt, securitas, siue saluus conduct⁹ concedi non debeat *l. relegati, ff. de poenis, §. sed neq; autem homicidis, Auth. de mand. princ.* Attamen text. *in d. §. neq; autem homicidis.* procedit tantùm in securitate, siue saluo conducto, concesso homicidis, alijsuè enormibus sceleribus pollutis, ab hominibus priuatis, Iurisdictionem non habentibus, *prout ad illum textum ità formaliter respondit Bart. l. is qui reus, nu. 12. ff. de publ. iudic.* Secundò illi textus non habent locum in Imperatore, siue principe supremo. Is enim absq; dubio homicidis, & alijs sceleribus pollutis saluum conductum, & securitatem concedere potest, *prout hoc expressè probat tex. d. l. relegati, cum similibus allegatis suprà in prima ratione.* Tertiò illi textus non habent locum in principibus secularibus, habentibus regalem dignitatem perpetuam, & ad heredes transitoriam, *prout hoc suprà in prima ratione documus.* Quartò illi textus non procedunt in ciuitatibus, habentibus regalia, *iuxta tradita suprà in tertia ratione.* Quintò, dispositio illorum textuum non habet locum in illis ciuitatibus, quibus hoc per speciale Priuilegium, vel ab Imperatore, vel ab alio principe concessū est. Nec dubium est, illud priuilegium valere, cum illud neq; Iuri diuino, neq; Iuri naturali, vel gentium, sed tantùm Iuri positiuo refragetur.

Sextò

Sextò hoc non procedit in ciuitatibus, habentibus merum & mixtum Imperium, & potestatem condendi leges, vel statuta in negotijs grauibus, *sicut hoc suprà in sextà ratione comprobauimus.* Septimò hoc non procedit in illis, qui habent ius, & potestatem de talibus criminibus cognoscendi, & reos puniendi, eo præsertim casu, quando petentes talem securitatem, siue saluum conductum eo tempore existunt extra territorium illius, à quo saluum conductum, siue securitatem sibi concedi postulant, *prout hoc in septimà ratione docuimus.*

Sed senatus S. in sua ciuitate habet & regalia, & merum, & mixtum Imperium, & ius, ac potestatem, & statuta in negotijs magnis condendi, & de omnibus omninò sceleribus, in ciuitate S. commissis, cognoscendi, & reos conuictos puniendi: Nec non senatui S. per prædictam venditionem à Ducibus P. concessum est Ius, & facultas, delinquentibus, siue inculpatis de delicto concedendi saluum conductum, & securitatem, *prout hoc suprà in secunda ratione ostendimus.*

Ex his sequitur, dispositionem *d. l. relegati. & d. vers. neq; autem homicidis,* quatenus videlicet in illis prohibitum est, homicidis, & reliquis hominibus facinorosis saluum conductum, vel securitatem concedere, in casu nostro locum non habere, quodq; Senatui S. illâ dispositione non obstante, permittatur homicidis, vel alijs sceleribus pollutis saluum conductum, & securitatem, præsertim cum potestate talem concessionem reuocandi, concedere.

Septimò ab obseruantiâ, posteà secutâ quælibet dispositio, atq; contractus quilibet declarationem recipit, *l. minimus, & l. si de interpretatione, ff. de legibus, l. sed & Iulianus, §. proinde, ff. ad S.C. Macedon. Aym. Grauet. cons. 101.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt in hac consuetudine, siue obseruantiâ declaratiua non requirantur ea, quæ alioquin ad consuetudinem inducendam necessaria sunt. *Paul. Castren. consil. 347. colum. fin. lib. 1. Franc. Aret. cons. 11. col. 3. Socin. cons. 121. colum. fin. lib. 1. Corn. cons. 188. colum. fin. lib. 4. Dec. c. cum M. Ferrariensis col. 2. ext. de constitutio. Dec. cons. 156. colum. fin. Grauet. cons. 101. num. 4. Rochus Curt. repetit. c. fin. ext. de consuetud.*

Sed in figuratione casus narratur, quòd ab eo tempore, quo Dux B. ciuitati S. Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium vendidit, ciuitas S. vltra 90. annos fuerit, & adhuc sit in quasi possessione Iuris, homicidis, & alijs, de delicto inculpatis saluum conductum, & securitatem concedendi.

Ex quo infertur, etiamsi ponamus, illam venditionem, factam à Duce B. verum videri, licet per illum in senatum, populumq; S. sit translatum ius, atq; facultas homicidis, reliquisq; delinquentibus concedendi saluum conductum, & securitatem, dubiam, & obscuram esse, per hanc tamen obseruantiam, posteà secutam, istam venditionem talem declarationem, atq; interpretationem recepisse, quòd per istam venditionem in senatum, populumq; S. sit translatum Ius, atq; facultas, homicidis, reliquisq; delinquentibus saluum conductum, & securitatem concedendi.

Octauò ex lapsu temporis longi, 10. nempe, vel 20. annorum, titulus iustus, & legitimus aduersus scientem, & patientem præsumitur *gloss. l. seruitutes, in princ. verb. certam, circ. fin. & ibi Bart. Florian. & Paul. Castren. ff. de seruit. gloss. l. cùm de in rem verso, & ibi Bart. ff. de vsur. Innoc. & Abb. c. si diligenti, ext. de præscript. Ant. de Butr. c. peruenit, char 11. & ibi Abb. ext. de censibus. Bart. Alex. & Ias. l. qui in aliena, §. 1. ff. de acquiren. heredit. Alberic. de Rosat. l. 2. C. de seruit. & aqua, Angel. §. aquè, colu. 5. vers. cautela Institut. de action. Cepoll. in tractat. de seruit. vrb. prædior. cap. 19. colum. 2. Felin. c. de quarta, nu. 41. ext. de præscript. Alexan. & Ias. l. si certis annis, C. de pactis, Franc. Balb. in tract. de præscript. 2. part. 3. par. principal. quæstio. 10. nu. 7.* Et ex lapsu 30. vel 40. annorum etiam in ijs, quæ sunt magni præiudicij, siue in quibus de magno præiudicio agitur, titulus iustus, & legitimus præsumitur, *Imo. c. peruenit. colum. 3. ext. de emption. & vendit. Alex. l. stipulatum, colum. 4. ff. de verb. obligat. Curt. Sen. cons. 76. Incipien. super materia, col. 2. circa medium, Franc. Balb. in tractat. de præscript. 2. part. 3. par. princ. quæst. 10. num. 27. vers. tertia conclusio.*

Multò verò magis hoc procedit in lapsu illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat. Namq; ex lapsu illius temporis absq; omni dubio etiam in ijs, in quibus agitur de maximo præiudicio indistinctè & titulus, & bona fides præsumitur, & probatur. *Bart. l. cùm de in rem verso, ff. de vsur. Bald. c. si diligenti, num. 23. ext. de præscript. Gozad. cons. 8. num. 37. Franc. Balb. rep. l. Celsus, part. 3. num. 7. ff. de vsucap. Aym. Grauet. in tract. de antiquit. temp. part. 3. §. transeo nunc ad tertiam, nu. 19. fac. text. l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aq. quotid. & æst. c. super quibusdam, §. præterea, ext. de verb. signific.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt procedat, etiamsi præsumtio iuris, vel facti possidenti refragetur. Namq; nihilominus ex lapsu illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, titulus præsumitur, & probatur, *c. 1. & ibi Dd. de præscriptio. lib. 6. Cardina. cons. 114. Felin. c. si diligenti, colum. 7. restr. 9. ext. de præscript.*

Et licet ex possessione, vel quasi minoris temporis titulus non aliter præsumatur, vel probetur,

probetur, nisi iste titulus allegatus fuerit, *Bald. & Salic. l. si certis annis. colum. pen. & ibi Ias. nu. 15. lim. 3. & 4. C. de pact. Salic. l. cum de in rem verso, quaest. 1. ff. de usur. Alexan. cons. 113. lib. 1.* Attamen ex possessione, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, titulus & praesumitur, & probatur, etiamsi non allegetur, *glos. c. super quibusdam. §. praeterea. verb. non extat. ext. de verb. significatio. Frider. de Sen. cons. 234. colum. 2. Socin. cons. 127. colum. penul. in fin. lib. 1. & cons. 181. lib. 2. Abb. cons. 7. col. 4. lib. 2. DD. c. 1. de praescript. lib. 6. Calder. cons. 1. titu. de libel. oblat. Ioan. Fab. §. aquè. Instit. de actio. Guid. Pap. quaest. 408. cir. fin. Ias. l. si certis annis. colum. fin. lim. 10. C. de pact. Gozad. cons. 3. num. 37.*

Similiter licet ex lapsu minoris temporis titulus non aliter probetur, nisi de scientiâ, & patientiâ aduersarij fides fiat. *l. si filius. C. de pet. heredit. Alexand. cons. 9. colum. fin. lib. 3. cons. 17. colum. 2. post medi. lib. 3. Matt. de Afflic. decis. 107. colum. fin. Aym. Grauet. in tract. de antiquita. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 18.* Attamen hoc non habet locum in lapsu illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat. Namq; ex lapsu illius temporis titulus iustus, & legitimus praesumitur, & probatur, etiamsi de scientiâ, & patientia aduersarij fides non fiat *Aym. Grauet. in tract. de antiquita. temp. par. 3. §. venio nunc ad tertiam. num. 19.*

Eodem modo licet ex lapsu minoris temporis titulus non aliter praesumatur, vel probetur, nisi fides fiat, quòd is, qui hunc titulum praetendit, fuerit in possessione, vel quasi rei controuersae, vigore, siue respectu huius tituli. *Salic. l. si certis annis. C. de pact. Rapha. Cuma. & Roman. l. qui in, aliena. in prin. & ibi Ias. colum. fin. ff. de acquiren. heredit. Paul. Castrens. cons. 51. col. 2. lib. 2. Alexand. cons. 113. lib. 1. cons. 108. in fin. lib. 2. cons. 75. colum. fin. lib. 4.* Attamen hoc non habet locum in possessione, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat. Namq; ex lapsu illius temporis titulus iustus, & legitimus indistinctè praesumitur, & probatur, etiamsi fides non fiat, quòd quis vigore huius tituli, siue ex causâ illius tituli fuerit in possessione, vel quasi rei controuersae, *prout hoc expressè, & in specie tradit Felin. c. causam. nu. 7. vers. sed in proposito. ext. de praescrip. Vbi ipse attestatur, eandem opinionem amplecti Abb. & DD. c. peruenit. ext. de censibus. DD. c. quia cognouimus, 10. quaest. 3. Pet. de Anchor. cons. 25. incip. dubitari solet, & multos alios DD.*

Praetereà aliqui DD. volunt, praesumptionem tàm tituli, quàm bonae fidei, ex lapsu temporis immemorialis descendentem, esse praesumptionem Iuris, & de Iure, & contrariam probationem non admittere. *Felin. c. cum à nobis, colum. 3. Extr. de praescrips. Alexand. Rube. cons. 13. col. 13. Gozad. cons. 8. nu. 36. Capol. cons. 129. num. 3. Grauet. cons. 21. num. 12.*

Sed in specie facti, mihi propositâ, narratur, quòd senatus S. non modò vltra omnium hominû memoriam, sed etiam vltra 100. annos fuerit in possessione, vel quasi, saluum conductum concedendi homicidis, reliquisque delinquentibus.

Igitur sequitur, ex lapsu illius temporis satis, sufficienterq; probari, quòd senatus, populusq; S. illud Ius, concedendi saluum conductum, & securitatem delinquentibus ab initio titulo iusto, & legitimo acquisiuerit.

Nonò possessio, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat habet vim contractus *Bald. cons. 315. colum. 1. lib. 3. Grauet. cons. 10. nu. 11. Roland. à Valle, cons. 66. nu. 40. lib. 2. Fran. Balbus in tract. de praescript. 5. par. 5. part. principal. quaest. 6. nu. 6. Socin. cons. 36. colum. fin. lib. 1.* & quidem specialiter cum principe initi. *Barbat. cons. 9. in princip. lib. 1. Roland. à Valle. cons. 66. nu. 59. lib. 2.* Lapsus quoq; illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, obtinet vigorem constituti, siue concessionis. *l. hoc iure, §. ductus aquae, ff. de aqu. quotid. & aesti. c. contra morem. distinc. 100. c. seruitium. 18. quaest. fin. Alexand. cons. 24. colum. 3. & 52. num. 3. lib. 5. Bald. cons. 349. colum. 4. lib. 3. Socin. cons. 181. colum. pen. lib. 2. Cardin. Paris. cons. 13. num. 15. lib. 4. Aym. Grauet. in tractat. de antiquita. temp. part. 4. §. absolutis, nu. 9. Rolan. à Val. cons. 66. nu. 40. & cons. 89. n. 11. lib. 2.* & quidem factae à principe. *Bald. cons. 439. colum. 4. lib. 3. Panorm. cons. 94. colum. 1. in fin. lib. 1. Grauet. cons. 10. num. 11. Rolan. à Val. cons. 66. nu. 40. & cons. 89. nu. 12. lib. 2. fac. text. c. aluo. ext. de offic. ordina.* Item & ab illo, qui potestatem concedendi habet. *Ioan Hannibal. rep. l. nemo potest. num. 59. & ff. de lega. 1. Rolan. à Valle. cons. 66. num. 42. lib. 2.*

Similiter lapsus illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, habet vim pacti expressi. *Bald. cons. 185. lib. 1. cons. 215. cons. 318. cons. 430. lib. 3. cons. 20. colum. 1. lib. 4. Ias. l. quò minus. colum. 19. & ibi Rip. in sua num. 41. ff. de fluminib. Dec. cons. 588. nu. 6. & cons. 680. colum. 2. Cardinal. Paris. cons. 112. num. 20. lib. 1. Grauet. cons. 10. nu. 11. Roland. à Valle. cons. 66. nu. 45. & cons. 89. nu. 12. lib. 2. Matth. de Afflict. c. 1. §. si quis per triginta, notab. 2. nu. 5. si de feud. defunct. content. Bal. l. 1. C. de seruit. & aq. Fran. Balb. in tractat. de praescript. 1. par. quaest. 6. nu. 7. & 5. par. 5. par. princip. quaest. 6. num. 6.* Imò plus operatur praescriptio immemorialis, quàm pactum *glos. l. 1. verb. coheredibus. in fin. ff. famil. hercisc. Fran. Balb. in tract. de praescript. 5. par. 5. part. princ. quaest. 6. num. 6.* Eodem

modo

modo & lapsus illius temporis; cuius in contrarium memoria non extat, habet vim tituli legitimè constituti, *Inno. c. 2. ext. de restitutio. in integrum. Felin. c. accedentes. colum. 2. ext. de præscriptio. Ioan. Igner. l. necessarios. §. non alias. verb. nouissimè. nu. 7. ff. ad SC. Syllevia. Cardina. Paris. cons. 26. n. 27. lib. 1. cons. 25. n. 22. cons. 131. n. 49. & 114. lib. 4. Granet. in tracta. de antiquit. tempor. par. 4. §. absolutis. n. 9. Laurent. Syluan. cons. 59. n. 9. Ant. Natta cons. 446. n. 12. Rolan. à Vall. cons. 66. n. 44. & cons. 89. nu. 9. lib 2.*

Deinde etiam lapsus, siue possessio, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, obtinet vim, & authoritatem legis scriptæ. *Cardina. cons. 88. Ant. Natt. cons. 446. nu: 12. Lauren. Sylua. cons 59. n. 9. arg. leg. 1. §. fin. & l. in summa. in prin. ff. de aq. pluuia arcend.* & constitutionis, factæ cum consensu, partium *Socin. cons: 297. nu. 3. lib. 2. Rolan. à Val. cons. 66. n. 43. & 61. lib. 2.*

Præterea lapsus, siue possessio, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, vigorem priuilegij obtinet. *c. super quibusdam. §. præterea. ext: de verb. significatio. Oldrad. cons. 172. Ias. l. is qui putas. nu: 10. ff. de acquiren. hered. Granet. in tracta. de antiquit. tempor. par. 4. §. absolutis. nu: 9. Cardina. Paris. cons. 13. nu: 15. lib. 4. Laurent. Syluan. cons. 59. n. 9. Natt. cons. 446. nu. 12. Roland. à Vall. cons. 89. nu. 9. lib. 2. Fran. Balb. in tracta. de præscript. par. 1. quæst. 6. nu. 9. & 1. par. 5. part. principal. quæst. 7. nu: 16.* Non quidem simplicis, sed expressè, & certâ scientiâ à principe concessi. *Bald: c. 1. colum. 2. quæ sunt regalia, Dec. cons. 496. colum. 2. Ias. l. de quibus, colum. 13. ff. de legib. Alexan. cons: 6. lib. 1. & cons: 47. colum. 2. lib. 4. Gozad: cons: 8. nu: 37. Rolan. à Vall: cons: 66. nu: 60. lib: 2. Granet. in tracta: de antiquit. tempor. par. 4. §. absolutis. nu: 9.* Vlterius etiam lapsus, siue possessio, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoriâ non extat, habetur pro veritate. *Bald: cons: 24. lib: 4. Laurent: Syluan: cons: 59. nu: 9. Natt: cons: 446. nu: 12. Granet. cons: 10. nu. 11. arg: gloss: l. 1. C. de seruitu: & aq.* imò pro veritate simul, & solenni priuilegio. *Bald: cons: 257: lib. 2. Granet: in tracta. de antiquita: temp. par: 4. §. absolutis. nu: 9.* Et tantum potest, quantum potest Imp. cum causâ. *And: de Isern: c. 1. verb. flumina. colum: 3. quæ sunt regalia. Ias. repetit. l. quo minus. colum: 5. ff. de flumi. Gozad. cons: 8. nu: 37. Ruin. cons: 118. nu. 10. lib: 4. Roland: à Vall. cons: 66. nu: 47. cons: 89. nu: 17. lib. 2. Laurent: Syluan. cons: 59. nu: 9. Natta cons: 446. nu: 12.*

Sed dubio omni caret, quòd princeps, præsertim supremus, possit alicui concedere tale priuilegium, quòd ipsi permittatur, homicidis, alijsuè sceleribus pollutis saluum conductum, & securitatem concedere, *Bart. l. relegati: n. 4. ibi: autoritate principis. ff. de pœnis. Bart: l. ambitiosa. n. 3. ff. de decret. ab ordin. facien:* Eodem modo dubio omni caret, per legem ciuilem alicui attribui posse hanc facultatē, quòd ipsi permittatur homicidis, alijsuè delinquentibus securitatem, & saluum conductum concedere, *prout hoc est de mente Bart. d. l. relegati. nu: 4.*

Cùm itaq; senatus S. vltra omnium hominum memoriam fuerit in possessione, vel quasi, homicidis, alijsuè sceleribus pollutis, concedendi securitatem, & saluum conductum; sequitur senatum S. in isto iure perinde tuendum, atq; si senatui S. illud ius vel à summo principe, per priuilegium speciale, vel per legem expressam, aut alio titulo iusto, & legitimo concessum esset.

Decimò, lapsus, siue possessio, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, omnem defectum supplet, illudq;, quod alioquin irritum, inualidum, nullum, vel vitiosum est, firmat, & validum efficit. *Bald. l. 1. C. ne de statu defunct: Fran. Balb. in tracta: de præscrip: part: 1. quæst: 6. nu: 8.* Cùm itaq; senatus S. vltra omnium hominum memoriam fuerit in possessione, vel quasi iuris concedendi securitatem, & saluum conductum homicidis, reliquisq; delinquentibus: sequitur, per illam possessionem, vel quasi, immemorialem venditionem, factā à Duce B. confirmatam, & validam effectam, etiamsi probari posset, illam aliquibus defectibus laborare, quod tamen facere impossibile erit.

Vndecimò per lapsum illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, etiam regalia, & reseruata principi præscribuntur. *c. super quibusdam. §. præterea. ext: de verb: significat: Inno. c. cum P. tabellario. ext. de fide Instru. Bart. l. si publicanus. §. fin. ff. de publica. Bald: cons: 468. nu: 4. lib. 3. & cons: 340. colum. 6. lib: 5. Bart: l. 1. §. fin: ff. de aq. plu: arcen. Alexan: l. more, colum. 2. ff. de acquiren. hered. Alexan. cons: 6. colum: 2. lib. 1. Fran. Aretin: cons: 30. incip. Viso themate. 3. dubio, Dec. cons: 341. colum. pen: cons. 496. colum: 2. Ias: l. de quibus, colum: 12. ff. de legib: Ias: l. Imperium, colum: 9. ff. de Iurisdictio. om: Iud. Ias. l. is putat. colum. 2. ff. de acquiren. hereditа: Aym: Granet: in tracta. de antiq: tempor: par: 4. §. absolutis. nu: 23. Fran: Balb: in tracta: de præscriptio. 2. par. 5. par. principal. quæstio. 1. nu. 2. Corset. singul. 281. Laurent. Sylua. cons. 96. n. 4. Couar. repetit. c. possessor. par. 2. §. 2. n. 8. vers. tertia species. de R. I. lib. 6. Roland. à Val. cons. 3 num. 82. lib. 1.*

Etiamsi in tali præscriptione non interuenerit scientia principis. *Alexan. cons. 6. col. 3. lib: 1. cons. 24. colum: 5. lib: 5. Felin. c. de quarta. column. fin. ext. de præscript. Felin. c. cum nobis. colum. 2. ext. eod. tit. Decius. consil. 85. column. 2. consil. 241. consil. 271. & consil. 496. colum.*

colum. 2. Iaf. l. imperium. colum. 9. ff. de Iurisd. om. Iud. Curt. Iun. conf. 61. colum. 2. Alexand. Rub. consil. 21. colum. 3. Franc. Balb. in tractat. de praescript. 1. par. 5. part. principal. colum. 8. Aym. Grauet. in tractat. de antiquita. temp. par. 4. §. absolutus. num. 14. Laur. Syluan. conf. 69. num. 5. Et confirmatur ex eo; namque praesctiptio immemorialis nunquam remota, sublata, vel exclusa intelligitur. *Bald. & Ang. l. 1. C. ne rei dominica vel templor. Bald. & Angel. l. omnes. in fin. C. de praescriptio. 30. vel 40. anno. Bald. & Angel. l. 1. colum. 1. C. de annal. exceptio. Angel. l. non solùm, in princi. de vsucapio. Angel. l. 1. ff. de concussio. Ang. l. si quis decuria. la. 3. C. de decurio. lib. 10. Angel. §. 1. Argumento ill. text. verb. praescriptionis, Auth. vt de cat. non fu: conjunct. Panor. c. fin. colum. 3. vers. quaro, quid si statuto. & ibi Felin. colum. 6. vers. dum subdit: extr. de praescript. Panorm. conf. 94. colum. 2. lib. 1. Florian. l. an vsusfructus, argumento ill. text. ff. de vsufr. Roma. & Fran. Aretin. l. cùm stipulatus sim à Proculo, ff. de verb. obligat Roma. l. 1. ff. de vsucapio. Franc. Aret. conf. 15. col. pen. vers. circa tertium. Alexand. l. nemo potest. colum. fin. vers. & tene mente. & ibi Fran. Ripa num. 215. ff. de leg. 1. Alexan. conf. 60. num. 2. lib. 1. conf. 16. colum. 7. lib. 5. Prapos. c. 2. §. praterea. colum. fin. de capitul. Conrad. Felin. rub. colum. fin. extr. de praescripi. Iaf. conf. 92. ad finem lib. 3. Dec. conf. 496. colum. 2. Fran: Balb. in tractat. de praescriptio. 2. part. 3. par. princ. quaest. 6. princ. quaest. 5. & 5. par. 5. par. principal. quaest. 9. colum. 1. Matt. de Afflict. decis. 254. Steph. Bertran. conf. 66. num. 5. & conf. 98. in fin. lib. 1. Curt. Iun. in tractat. feuda. part. 3. quaest. 3. Pet. Gerhar. singul. 18. Carol. Molin. in consuet. Parisiens. §. 9. num. 12. Tyraquel. in tractat. de vtroq. retract. part. 2. §. 1. glos. 2. num. 23.*

Et lapsus illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, id, quod alioquin inpraescriptibile est, siue praescribi nequit, praescriptibile efficit. *Panorm. conf. 26. incip. in quaestione, qua ad prasens vertitur, lib. 2. Anton. Natta. conf. 448. num. 12. Laur. Sylua. conf. 59. nu. 9. Roland. à Valle conf. 3. num. 81. lib. 1. Iason l. is, qui putat. num. 21. ff. de acquire. hered.* Quod potissimum, & absq; omni dubio procedit eo casu, quando quis non solo, neque nudo lapsu temporis, sed allegatione tituli, vel priuilegij, ex lapsu temporis & praesumpti, & probati, nititur. Tunc enim, nemine penitus refragante, illud, quod alioquin impraescriptibile est, per lapsum illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, praescriptibile efficitur. *Felin. c. accedentes. num. 6. lim. 3. extr. de praescript. Ripa. l. quo minus, num. 102. ff. de flum. Fran. Balb. in tractat. de praescript. 4. part. 5. part. princ. quaest. 6. num. 8.*

Sed in specie facti, mihi proposità, narratur, quòd senatus S. vltra omnium hominum memoriam fuerit in possessione, vel quasi iuris, concedendi saluum conductum, & securitatem homicidis, alijsuè sceleribus pollutis, siue de alijs criminibus inculpatis, atq; per illam possessionem, vel quasi immemorialem praesumitur, & probatur, senatum S. illud ius, concedendi saluum conductum, & securitatem homicidis, alijsuè delinquentibus, ab initio titulo, & priuilegio acquisiuisse.

Ex quo infertur, etiamsi per venditionem, factam à Duce B. Ius concedendi saluum conductum, & securitatem delinquentibus, in senatum S, translatum non fuisset, senatum tamen S. per lapsum, siue vsum, & exercitium temporis immemorialis, hoc Ius concedendi saluum conductum homicidis, & alijs delinquentibus praescripsisse: Etiam posito, sed tamen non concesso, illud Ius & inter regalia, siue reseruata principi recenseri, & alioqui impraescriptibile esse, praesertim, cùm senatus S. se in casu praesenti tueri possit, non tantum lapsu temporis, sed etiam titulo, siue priuilegio, ex lapsu temporis praesumpto, & probato.

Duodecimò, licet aliqui DD. velint, quòd saluus conductus, siue securitas, concessa delinquentibus, siue de delicto aliquo inculpatis seruari non debeat, eo casu, quando ille saluus conductus, vel securitas esset concessus iniustè, & in casibus, a Iure non permissis. *gloss. §. sed neq. vers. neq. autem homicidis. verb. neq. custodes. Auth. de mandat. princip. Iacob. de Rauen. l. prasenti. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Ioan: de Immo. l. is, qui reus. colum. penul. & vltima, ff. de pub. iudic. Felin. c. accedens. el. 2. num. 3. extr. vt lite non contestat.* Vsque adeò, vt hoc procedat, licet ille saluus conductus, vel securitas Iureiurando confirmatus fuerit. *Bald. c. 1. §. Item Sacramenta. colum. fin. vers. quaro, vtrum, si Iudex. de pace Iuramen. firm. Iason l. conuentionum, nu. 4. ff. de pactis.* Attamen illud dubio omni caret, saluum conductum, Iure permittente, siue in casibus, à Iure permissis, homicidis, vel alijs delinquentibus concessum, omninò seruandum esse, cùm nihil magis conueniat humanae fidei, quàm pacta, atq; conuentiones seruare. *l. 1. in prin. & ibi Bartol. Bald. & DD. ff. de pact. l. 1. in prin. ff. de constit. pecun.* Quod potissimum procedit in fide publicâ, concessâ, nempe à principe, ciuitate, vel aliâ personâ publicâ. Namq; talis fides, etiam hosti, vel bannito data, seruanda est. *Bartol. Bald. Iason & DD. l. conuentionum, ff. de pact. Bartol. & Bald. l. 1. §. non fuit ff. de dolo. Bald. & Alber. l. ellicitas. §. ne potentiores.*

ff. de off. præsid. Angel. cons. 213. Oldrad. in quæst: incip. quæstio talis potestas Paduæ. Alber. l. præsenti. colum. 3. C. de his, qui ad Eccles. confugiunt. Salzed. cum indulgentia colum. 2. C. de sent. passis. Roma. l. recusare. §. si quis alio. ff. ad SC. Trebellia.

Quinimò verior est illorum DD. sententia, qui volunt, saluum conductum, & securitatem, à ciuitate, vel aliâ personâ publicâ. etiam iniustè, & in casibus, à Iure non permissis, concessam homicidis, vel alijs sceleribus pollutis, inuiolabiliter seruandam, ne quis maneat deceptus sub publicâ fide, *pro vt hoc tradit Pet. de Bellapertica & Cyn: l. præsenti. C. de his qui ad Ecclesiam confugiunt. Bart. l. is, qui reus. num. 12. ff. de publ. Iudic. Cardina. Paris. cons. 68. nu. 8. lib. 4. Et idem est de mente Bart. l. illicitas, §. ne potentiores, nu. 10 ff. de offic præsid. Dum videlicet ibi in istâ quæstionè, vtrum securitas, concessa delinquenti sit seruanda? dicit, esse tenendum, pro vt tenet Cyn. d. l. præsenti. Eandem etiam opinionem amplecti Oldradum, attestatur Bart. d. l. is, qui reus nu. 12.*

Et hoc potissimum procedit, quando is, cui saluus conductus, vel securitas concessa est, eo tempore, quo ipse istum saluum conductum impetrauit, fuit extra territorium illius, qui istum saluum conductum concessit, & saluo conductui confisus, in illud territorium se contulit. Tunc enim absq; omni dubio ille saluus conductus seruandus est. *Benedic. de Vadis. in addit. ad Felin. c. accedens, el. 2. nu. 3. extr. vt lite non contesta. Bened. de Vad. in repert. Felin. verb. saluus conductus.* Neque etiam is Magistratus, qui homicidis, alijsuè delinquentibus securitatem, siue saluum conductum concessum seruat, & tempore durantis securitatis non permittit, illos, quibus ista securitas concessa est, accusare, vel carceribus includere, dici potest, alijs Iustitiam denegare, præsertim, si accusatoribus comparentibus is Magistratus saluum conductum, siue securitatem concessam reuocet, itâ tamen, vt reo tantum spatium temporis indulgeatur, intra quod ipse commodè ad alium locum se conferre possit. Eam ob causam, quia ista securitas, siue saluus conductus, Iure non tantùm permittente, sed etiam iubente, homicidis, vel de alijs delictis inculpatis seruatur. Et certi iuris est, Id, quod Iure permittente fit, licitè, & iustè fieri censeri. *l. Gracchus. & ibi Bart. Bald. Alber. de Rosa. & DD. C. ad legem Iuliam de adulter. l. qui peccat. 23. quæst. 4. Philip. Port. cons. 29. num. 2.* Quodq; is, qui quid Iure permittente facit, alteri non intelligatur inferre neq; iniuriam, *l. iniuriarum actio. §. is qui Iure publico. ff. de iniur.* neque damnum *l. nemo damnum facit, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur.* neque fraudem *argum. l. fin. C. de in integr. restit. l. nihil consensui, §. non capitur. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de regul. iur.*

Sed superius docuimus, quòd senatui S. de Iure permittitur, homicidis, aliisuè, de delicto aliquo inculpatis, securitatem, & saluum conductum concedere. Igitur sequitur, quòd senatus S. istum saluum conductum, atq; securitatem homicidis, & de alijs delictis inculpatis seruare teneatur.

Rursus ex hoc infertur, senatum S. inculpatis de homicidio, alijsuè de delictis securitatem, & saluum conductum concessum seruare cogi, etiam posito, sed tamen non concesso, senatui S. licitum non esse, illis, qui de homicidio, vel alio delicto inculpantur, saluum conductum concedere.

Vlterius ex hoc infertur, quòd dici, vel prætendi nequeat, senatum S. accusatoribus Iusticiam denegare per hoc, quòd senatus S. saluum conductum, & securitatem, concessam delinquentibus, seruat, atq; non permittit durante isto saluo conductu, siue securitate, inculpatos de delictis capere, vel accusare.

Decimotertiò illud, quod alioquin [illegible]citum est, consuetudo licitum reddit. *Roma l. certi condictio. §. nummos. & ibi Ias. nu. 27. ff. si certum petat. Car. Cotta. memor. incip. consuetudo facit li[illegible]tum,* & consuetudo de prohibito permissum, & è conuerso de permisso prohibitum facere potest *c. cùm olim. extr. de Cleric. coniugatis c. super eo. extr. de cogna. spiritual. Oldrad. cons. 105. Grauet. cons. 228. nu. 6. fac. text. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de adil. edict. l. pignus. C. de pig[illegible]* Ideoq; traditum est, cum contractum, qui in regione aliquâ à bonis viris celebrari consueuit, licitum, & permissum censeri, licet ille contractus reuerâ sapiat vsurariam prauitatem *Bart. l. quis sit fugitiuus, §. apud Labeonem, argum. ill. text. ff. de adil. edict. Oldrad. cons. 207. Bald. l. vnica. quæst. 3. ad fin. vers. qui vltra. lib. Dec. cons. 170. colum. pen. cir. fin. Cardina. cons. 4[illegible] fin. tit. de vsur. Ias. l. 1. colum. antepen. quæ[illegible]. 4. C. de sum. trin. & fide Cathol. Ias. cons.[illegible] colum. 4. in fin. lib. 4. Capol. in tract. de simulat. contract. in princ. colum. 3. & iterum in [illegible] princ. colum. 3. Capol. caus. crim. cons. 13. colum. pen. Bertrand. cons. 62. colum. 1. lib. 1. Grauet. cons. 145. num. 12. Roland. à Valle. cons. 75. num. 42. lib. 1. Tyraquel. in tractat. de vtroq; retract. part. 2. in fin. num. 127.* Et is, qui consuetudine permittente aliquid facit, caret & dolo. *l. si pignore. §. fina. & ibi*

& ibi gloſ. Bart. & DD. ff. de pigno. act. Iaſ. l. certi condictio. §. ſi nummos. notab. 3. ff. ſi certi: petat: Et culpa. *l. pignus. & ibi gloſ. Bart. Bald: Salic. Paul: Caſtrenſ: & DD. C. de pigno: act: Pet: de Anchor: conſ. 348. Catell: Cotta memor. incip: conſuetudo facit licitum*, & in bonâ fide eſſe cenſetur, *Bald. conſ. 370. incip: verba reſcripti lib: 3. Catell: Cotta memor. incip: conſuetudo facit licitum*, Nec vllo modo reprehendendus *Bald. l. obſeruare. §. proficiſci. quaeſt. 33. ff. de off: proconſul.* vel puniendus eſt, *Bald. l. 1. colum. 3. verſ. ſed quid, ſi cuſtos, C. de adil: ed:* Praetereà conſuetudo etiam praua & iniqua excuſat à poenâ. *gloſ. c. cum venerabilis. verſ: migraſſe. & ibi Card. nolu. Florent: Pet: de Anchor. Anton: de Butri: & Abb: extr: de conſuetudi. gloſ. c. denique. diſtin: 4. Oldrad: conſ: 9. in fin: & conſ: 56. Pet: de Anchor: conſ. 51. & conſ. 283. Paul: de Caſtr: conſ. 289. in fin: Roman: conſ. 466. & ſing. 70. Bart. l. 8. in fin: & ibi Iaſ: colum: 1. ff. quod quiſque iur: Abb: c. fin. in fin: extr: de conſtitut: Alexand: in addit: ad Bart: l. de quibus, colum: 2. & ibi Iaſ: colum: 3. ff. de legib: Alexand: conſ: 70. lib. 2. conſ. 107. colum: fin: lib: 2. conſ: 39. conſ: 65. lib: 3. conſ: 41. lib: 4. conſ: 233. & conſ: 240. lib: 6. Socin: conſ: 209. colu: pen: lib: 2. Angel: in tractat: de maleſic: verb: falſario. colum: 2. Felin. c. ex tenore. num. 12. extr. de reſcript. Felin: c. non ſatis. & c. ea quae, extr. de Symo: Iaſ: l. ſingularia, col: pen: ff. ſi cert. petat: Iaſ. l. ait praetor. §. iurare. colum. pen. & l. qui iuraſſe. col. 2. ff. de Iureiuran. Dec. conſ. 9. conſ. 170. & conſ. 175. Dec c. nam concupiſcentiam. lect. 1. num. 3. & lect. 2. colum. pen. ext. de conſtit. Tyraquel. in tract. de paen. cau. 42. Aym. Grauet. conſ. 6. num. 103. lib. 3 Catell. Cotta memor. incip. conſuetudo facit licitum. arg. l. quis ſit fugitiuus. §. apud Labeonem, & ibi Bart. ff. de adil. edict. l. 3. ff. ad S.C. Macedon.*

Sed perhibetur, in Imperio Romano paſſim viitatum, & conſuetum eſſe, quòd tàm principes, quàm ciuitates, merum, & mixtum Imperium habentes homicidis, & alijs, de delicto inculpatis, ſaluum conductum & ſecuritatem concedant, & conceſſam ſeruent. Igitur ſequitur, iſtam conſuetudinem ſenatui S. concedenti, & ſeruanti ſaluum conductum inculpatis de delicto patrocinari, etiamſi ſenatui S. alioquin de iure non permitteretur, talem ſaluum conductum concedere.

Decimò quartò Iuriſdictio, merum, & mixtum Imperium alicui conceſſa, reſpectu concedentis intelliguntur conceſſa non cumulatiuè, ſed priuatiuè, ità vt cedenti iſtâ Iuriſdictione, mero, & mixto Imperio vti non permittatur. *Angel. l. pen. C. de Cano. largitio. Ciuil. lib. 10. Barbat. c. 2. extr. de offic. legat. Bal. conſ. 385. incip. viſis omnibus, colum. 2. lib. 4. Alexand. l. teſta. col. fin. C. de teſta. Alexan. l. Gallus. §. ille caſus. ff. de liber. & poſthum. Alexand. l. Titia textores. colum. 2. ff. de legat. 1. Aretin. l. quod in re. §. ſi quid poſt, ff. de legat. 1. Corn. conſ. 30. lib. 2. conſ. 15. colum. 2. lib. 3. Dec. c. caeterum. num. 6. ext. de Iudic. Dec. conſ. 3. conſ. 664. Ruin. conſ. 7. lib. 4. Alber. Brun. conſ. 47.*

Et licet, quò ad hoc, contrarium teneant multi DD. volentes, in dubio Iuriſdictionem praeſumi, conceſſam eſſe reſpectu concedentis non priuatiuè, ſed accumulatiuè, ità vt concedenti iſtâ Iuriſdictione ſimiliter vti permittatur, *quos DD. ego allegaui in alio conſilio, reddito pro ſenatu S. ſuper iſto puncto, vtrum illi, qui à ſententijs ſenatus S. appellare nituntur ad ſenatum L. praeciſè appellare teneantur, an verò ipſis liberum ſit, vtrum ipſi velint ad ſenatum L. an verò ad Duces P. appellare.* Attamen praecedens opinio abſq; omni dubio procedit in Iuriſdictione, mero, & mixto Imperio, conceſſo per contractum. Illa enim conceſſio, nemine penitus, diſcrepante, reſpectu concedentis non cumulatiuè, ſed priuatiuè facta cenſetur, ſicut hoc ſatis probatur per id, quod & legibus cautum, & à DD. traditum eſt, Iuriſdictionem, conceſſam Domino feudi inter Vaſallos, quam ex contractu deſcendere, indubitatum eſt, *Dec. c. caeterùm. num. 4. extr. de Iudic.* reſpectu ſuperioris non cumulatiuè, ſed priuatiuè conceſſam intelligi. *c. caeterum, & ibi Panorm. & Dec. num. 5. Felin. num. 4. extr. de Iudic. c. ex tranſmiſſa, ext. de foro competen. c. 1. §. fin. de prohibit. feud. alienat. per Frider. Felin. c. paſtoralis, num. 3. ext. de offic. ordina. Albert. Brun. conſ. 47. colum. 2. Roland. à Valle conſil. 48. num. 25. lib. 2.* Similiter quoq; Iuriſdictio, merum, & mixtum Imperium, conceſſa alicui in certâ parte territorij, reſpectu concedentis non cumulatiuè, ſed priuatiuè conceſſa intelliguntur. *Abb. c. caeterum. & ibi Felin. nu. 4. lim. 3. ext. de Iudic. Angel. l. teſtam. C. de teſtam.*

Deinde quoque ſententia illorum DD. qui volunt, Iuriſdictionem, merum, & mixtum Imperium intelligi conceſſa non priuatiuè, ſed cumulatiuè, etiam poſito, illam aliquo caſu ſaluari poſſe, procedit tantùm in dubio, ſecus autem eſt in claris, ſi videlicet clarè, & liquidè conſtet, quòd concedens Iuriſdictionem, merum, & mixtum Imperium in iſtâ Iuriſdictione, mero, & mixto Imperio ſibi nihil reſeruare voluerit: tunc enim dubio omni caret, quòd iſta conceſſio Iuriſdictionis veniat priuatiuè, reſpectu concedentis, ità vt concedenti iſtâ Iuriſdictione, mero, & mixto Imperio vti non permittatur. *Roma. conſil. 393. incip. praeſens conſultatio. Felin. c. paſtoralis. num. 2. lim. 1. ext. de offic. ordina. Felin. c. caeterùm. num. 4. lim. 4. extr. de Iudic.*

Idem quoq; Iuris est, si ex aliquibus Iudicijs, vel coniecturis liqueat, Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium non accumulatiuè, sed priuatiuè concessa, vt puta, si Iurisdictio, merum, & mixtum Imperium alteri sit concessum per verba taxatiua, videlicet, quòd recipientis istâ Iurisdictione, mero, & mixto Imperio vti debeat solus tantùm; Tunc enim similiter concessio Iurisdictionis, respectu concedentis, se habet non cumulatiuè, sed priuatiuè *Angel. l. 1. C. vbi & apud quem. Felin. c. pastoralis, num. 2. lim. 3. extr. de offic. ordina.*

Sed in casu præsenti Dux B. senatui, atq; populo S. Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium, vnà cum regalibus, concessit per contractum venditionis, Illaq; concessio Iurisdictionis est facta respectu certæ partis territorij, siue Ducatus P. nempe quò ad ciuitatem S. & insuper verba illius venditionis, siue concessionis sunt clara, manifesta, & aperta, quod Dux B. totam, & vniuersalem Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium, vnà cum regalibus, in senatum S. transtulerit, sibi, suisque successoribus nihil penitus reseruato, quòdque sua illustris celsitudo, quò ad se, suosque successores, in ciuitate S. abdicauerit à se & merum & mixtum Imperium, & omnimodam Iurisdictionem.

Quare sequitur, istam venditionem, siue concessionem iurisdictionis, meri, & mixti Imperij, nec non & regalium esse factam non accumulatiuè, sed priuatiuè, respectu ducum P. eamque ob causam Ducibus P. non permitti, in ciuitate S. vti Iurisdictione, mero, & mixto Imperio, vel regalibus; Et per consequens suas illustres celsitudines in ciuitate S. nemini concedere posse saluum conductum, vel securitatem: Cùm dubio omni careat. Ius, concedendi saluum conductum, siue securitatem homicidis, vel alijs sceleribus pollutis, ad merum Imperium pertinere, atq; meri imperij speciem esse.

Decimoquintò, Iurisdictio, item merum, & mixtum Imperium, acquisitum præscriptione, censetur esse acquisitum non accumulatiuè, sed priuatiuè. *Panorm. c. pastoralis. & ibi Felin: num: 5. extr. de offic: ordina: Panorm: c. irrefragabili. in princ. vers. item nota, quod in dubio. argum. ill. tex: ext: eo: tit: Panorm. c. auditis. col: 3. ibi, aliud singulare, extr: de præscrip: Petr. de Anchor: c. 1. colum. 4. de præscrip: lib. 6. Calder: cons. 6. in fin: tit: de sentent: excommunicat.* Idem quoque iuris est, si quis simul titulo, & præscriptione munitus sit, eam ob causam, quia in mixtis semper id, quod potentius est, inspicitur *l. quæritur. ff. de statu homi: Iaf: l. imperium, num. 3. ff. de Iurisdict. om. Iud. Alciat. l. 2. in princ. ff. de verb. obligation.*

Sed in casu præsenti, quò ad Ius, atq; potestatem, saluum conductum, & securitatem concedendi homicidis, alijsue sceleribus pollutis; senatus S. non tantùm titulo, venditione nempe, factâ à B. sed etiam præscriptione munitus est, cum senatus S. isto Iure sit vsus vltra omnium hominum memoriam.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, illud ius concedendi saluum conductum, atq; securitatem homicidis, vel alijs delictis pollutis senatui S. respectu Ducum P. competere non accumulatiuè, sed priuatiuè, Eamq; ob causam ducibus P. non permitti in ciuitate S. aliquibus saluum conductum, vel securitatem concedere.

Decimosextò, illius concessionis, quâ quis concedit alteri Ius, facultatem, vel potestatem vtendi Iurisdictione, vel alia re liberè, ea natura est, quòd is, cui ista concessio facta est, istâ Iurisdictione, vel alio iure vti debeat, citra impedimentum aliquod, nec non & citra contradictionem aliquam, cum sit clari, & indubitati iuris, quòd verbum, liberè, denotet, quòd aliquid debeat fieri citra impedimentum, vel contradictionem alterius, quodq; nemo facientem in tali vsu, siue exercitio impedire debeat. *Ioan: Andr: & Archid: c. cum Episcopus. de offic. ordina. lib: 6. Ioan: And: c. 8. in princ. de regularib: lib: 6. gloss. & DD. c. Romana. §. 1. verb: liberè. de censibus lib. 6. glos. & DD. c. cùm plures. de off. delegat. lib. 6. Iaf: l. 1. lectu: 1. nu. 3. & 4. C. de SS. Ecclesi.*

Illudq; multò magis locum habet eo casu, quando illa dispositio, siue concessio est facta verbis geminatis. Namq; clari Iuris est, quòd geminatio multùm operetur, & ampliet, atq; extendat quamlibet dispositionem. *l. Balista & ibi Bart: & DD. ff. ad S. C. Trebell. Bald. l. fructus C. de act: emp: Cardina: Paris: cons: 6. n. 12. cons. 54. n. 67. lib: 1. cons: 12. n: 69. lib: 2. cons: 5. nu. 84. & cons. 32. n. 29. lib. 4.* Nec non etiam id efficiat, vt sub dispositione comprahendantur etiam illa, quæ alioquin sub illâ dispositione non comprahenderentur *Rui n: cons: 98. n. 12. vsq. ad n. 29. lib. 2. Nicol. Eberh. in loco à locut: geminat: seu actus multiplicari reiteratione. Guibel. Bened: rep: c. Raynutius, verb. cætera bona. n. 8. ext. de testam.* Vtq; talis dispositio nullam patiatur restrictionem, diminutionem, *Lauren: Sylua; cons. 49. n. 26. cons: 88. n. 4. Iaf. l. 1. §. nunciatio, n. 5. vers. ego limito modo notabiliter. ff. de oper: no: nunc. Corn: cons: 324. col: 6. lib: 1. Grauet: cons: 290. n: 4. vers. nono considero. Socin: cons: 297. n. 6 lib: 2.* vel exceptioné *Aym. Grauet: con: 101. n. 42.* Sed comprahendat omnia, etiam insolita *Alex. cons. 30. colum. pen. lib. 5. Aymo Grauet. cons. 4. vers. ...* [illegible]

Sed

Sed ex copiâ Instrumenti venditionis, mihi transmissâ, liquet, atq; patet, Ducem B. Senatui, populoq; S. Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium in ciuitate S. vendidisse, ità, & eo pacto, quòd senatus, populusq; S. istâ Iurisdictione, mero, & mixto Imperio vti debeat liberè, illaq; venditio, quò ad istum punctum, est facta verbis geminatis, sicut hoc patet ex illis verbis, *So quitt vnd frey*.

Igitur sequitur, Iurisdictionem, item merum, & mixtum Imperium in ciuitate S. senatui, atq; populo S. à Duce P. domino B. venditam esse eo pacto, vt neq; Duces P. neq; quis alius senatum S. in vsu, vel exercitio illius Iurisdictionis quolibet modo impedire debeat.

Et per consequens ex hoc infertur, cùm senatus S. in vsu, atq; exercitio Iurisdictionis impediretur, nec non & illorum Iurisdictio minueretur, si principibus P. permitteretur, alijs in ciuitate S. saluum conductum, aut securitatem concedere, Ducibus P. etiam ex hoc capite non permitti, in Ciuitate S. alijs concedere saluum conductum, vel securitatem.

Decimoseptimò, concedere saluum conductum, siue securitatem absq; omni dubio meri Imperij est, & is, qui in aliquo loco non habet merum Imperium, securitatem, vel saluum conductum delinquentibus concedere nequit, *sicut hoc satis patet per text. l. relegati, ff. de pœn. §. sed neq; vers. neq; aut homicidis. Auth. de mandat. princip.* Quinimò etiam is magistratus, qui quidem habet merum Imperium, sed fungitur magistratu non perpetuo, sed temporali, quales sunt proconsules, præsides prouinciarum, item Capitanei, & potestates, securitatem, vel saluum conductum delinquentibus concedere nequeunt *d. l. relegati, ff. de pœn. d. §. sed neq; vers. neq; autem homicidis. Auth. de mand. princip. Bart. l. non omnes. §. fin. ff. de re milit.*

Sed Duces P. nullam penitus Iurisdictionem, merum, vel mixtum Imperium in ciuitate S. habent, sed illam penitus à se abdicarunt, & in senatum S. transtulerunt, prout hoc ex copiâ Instrumenti venditionis, mihi transmissâ, liquet.

Igitur etiam ex hoc Capite sequitur, quòd Ducibus P. non concedatur, alicui in Ciuitate S. saluum conductum, vel securitatem concedere.

Decimo octauò pax publica admodum fauorabilis, atq; propter pacem publicam retinendam, & conseruandam ab omnibus omninò regulis Iuris communis receditur, illudq; permittitur, quòd alioquin prohibitum est, *c. his quæ, ibi, pro bono pacis. ext. de maior. & obedient. c. 2. ibi, pro bono pacis. ext. de arbitr. c. nisi. ext. de prabend. c. 2. ext. de despons. impub. c. 1. §. nos Romanorum. ver. fin. & ibi gloss. verb. pro bono pacis, de pac. constant. Alb. de Rosat. l. 1. in princ. nu. 4. & 5. C. de caduc. tollend. And. Barbat. cons. 41. nu. 12. lib. 1. cons. 11. nu. 2. lib. 2. cons. 1. n. 2. lib. 3. Socin. Iun. cons. 60. n. 39. & 40. lib. 3. Iacq. Noue. in pract. & theor. caus. crim. §. fin.* Similiter & propter scandalum euitandum illud, quod alioquin permissum est, prohibitum esse censetur, & vt scandalum euitetur, ab omnibus regulis Iuris communis receditur. *Felin. c. nihil. n. 2. 3. & 4. ext. de præscript.*

Sed verisimiliter in ciuitate S. pax, quies, atq; tranquillitas publica perturbaretur, multaq; scandala orirentur, si Ducibus P. permitteretur, relegatis, vel bannitis à senatu S. aut alijs in Ciuitate S. saluum conductum, vel securitatem concedere.

Igitur etiam ex hoc Capite sequitur, quòd Ducibus P. nullo modo permitti debeat, alijs in Ciuitate S. saluum conductum, vel securitatem concedere.

Decimononò, ei, qui metas suæ Iurisdictionis excedit, parere nemo cogitur, siue ipse excesserit metas Iurisdictionis suæ respectu loci, temporis, personarum, rerum, vel aliter. *l. fin. & ibi Alb. de Rosa. Angel. Castr. Iason. Deci. & Dd. ff. de iur. omn. Iud. c. vt animarum. & ibi Dd. de constit. lib. 6.* Et confirmatur, namq; factum, vel præsumtum a principe, vel duce, extra limites suæ potestatis, ratum non est, & viribus caret *l. factum à iudice, & ibi Decius & Cagnol. ff. de reg. iur. c. ea, quæ à Iudice, & ibi Dyn. eo. tit. lib. 6.* Atq; perinde habetur, ac si illud non à principe, vel Duce, sed ab homine penitus priuato factum; vel præsumtum fuisset, *gloss. Dec. & Cagnol. l. non videtur, §. qui iussu, ff. de reg. iur. Deci. & Cagnol. d. l. factum à Iudice, Felin. c. dilectus, num. 1. limitat. 3. extr. de rescriptis.*

Sed duces P. concedentes, vel præsumentes concedere alteri conductum saluum, vel securitatem in Ciuitate S. metas suæ Iurisdictionis excedunt, cùm ipsi omnem omninò Iurisdictionem, item merum, & mixtum Imperium, & regalia in Ciuitate S. à se abdicauerint, & in Senatum S. transtulerint.

Igitur sequitur, quòd Senatus S. Ducibus P. concedentibus, vel volentibus concedere alijs saluum conductum in Ciuitate S. licitè, & iure permittente non pareat.

Vigesimò, id, quod iure permittente fit, licitè, ac iustè fieri censetur *l. Gracchus. & ibi Bart. Bald. Alber. de Ros. & Dd. C. ad l. Iul. de adult. c. qui peccat. 23. quæst. 5. Philip. Port. consil. 24. n. 2.*

Et is,

Et is, qui quid Iure permittente facit alteri, non intelligitur inferre neq; iniuriam *l. iniuriarum actio, §. is qui iure publico, ff. de iniur.* neq; damnum *l. nemo damnum facit, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg: Iur:* neq; fraudem *argum. l. fin. C. de in integrum rest. l. nihil consensui, §. non capitur, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. Iur.* Eiq;, qui quid lege permittente fecit, nulla debet moueri cōtrouersia *l. sancimus, la. 2. C. de administ. rutor.* Et contra eum agi non potest neq; ad pœnam corporalem, neq; ad pœnam pecuniariam. *l. fin: & ibi Dd. ff. quod quisq; iur. l. in concubinatu, ff. de Concubin. l. Gracchus, & ibi Bart. Bald: Alber. de Rosa. & Dd. C. ad l. Iuliam de adulter. Iason, l. si Plagij, num. 3. & 4. de verb. obligat. Felin. c. quæ in Ecclesiarum, nu. 14. ext. de constitut. Dec. l. bona fides, circ. fin. ff. de reg. Iur. Bald. l. decuriones, C. ex quib. caus. infa. irrog. Cagnol. l. nemo damnum dat, ff. de reg. iur. Hyppolit. de Mars. l. patre, vel marito, num. 7. ff. de quæst. Ioan. Neuiz. in sylu. nupt. lib. 1. num. 83. cum multis seqq. Philipp. Port. cons. 150. num. 41.* neq; ad damnum. *l. nemo damnum facit, & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. Iur.* neq; ad interesse. *Pet. de Bella Pertica, l. qui ex consensu, & ibi Cyn. num. 9. circ. fin. C. de Episc. & Cleric. Alexand. l. si conuenerit, num. 4. & ibi Dec. lectu. 1. num. 20. limit. 4. ff. de Iurisdict. omn. Iudicum.* Et non tantùm quoad pœnam, damnum, vel interesse, sed nec vllo alio modo id, quod legitimè factum est, facienti nocere, vel obesse debet *Philip. Port. cons. 38. nu. 16.*

Sed superius comprobatum est, quòd Senatus S. licitè, & Iure permittente de homicidio, vel alijs delictis inculpatis saluum conductum, & securitatem in Ciuitate S. concedere possit, quodq; Senatus S. saluum conductum, & securitatem concessam seruare teneatur.

Similiter ex suprádictis liquet, quòd Ducibus P. nullo modo permittatur in Ciuitate S. alijs concedere saluum conductum, vel securitatem, quodq; Senatui S. licitum sit, Ducibus P. concedentibus, vel volentibus concedere alijs securitatem, vel saluum conductum in Ciuitate S. non obtemperare, sed ijs resistere.

Ergo sequitur, quòd Senatus S. tale quid faciens, nihil delinquat, neq; contra Duces P. neq; contra alios, nec etiam alijs Iusticiam denegare censeatur, Eamq; ob causam senatum S. propter talia facta, neq; a Ducibus P. neq; ab alijs ad damnum, interesse, vel pœnam conueniri posse.

Et sic ex hiscè omnibus clarum, & manifestum est, conclusiones, superius factas, ad hanc præsentem facti speciem, verissimas esse & Iure aperto niti.

Itá de Iure respondit Ludolphus Schrader I. V. D. Ordinarius, & Professor in celeberrimâ Academiâ Francofordiensi ad Viadrum. Approbauit Iohan: Borcholten Luneburgensis.

CONSILIVM DECIMVMNONVM.

Der Fall / darüber ein Rathschlag begehret / erhelt sich kürtzlich / wie folget.



IN Erbar Rahte der Stadt S. wird von den Durchleuchtigen Hochgebornen Fürsten / vnnd Herrn / den Hertzogen zu S. P. etc. beschüldiget / vnd beklagt / Sie hetten wol ein Priuilegium, malefactores, fures, latrones (gleichwol mit dem anhange / daß sie niemands vnrecht thun sollen) einzuholen / Aber sie mißbrauchen sich fein / dieweil sie nicht allein fures, & latrones, besondern auch wol andere / welche nicht so grobe excesse begangen / einholeten / wie sie dann jhrer drey aus jhrer F. G. Mülen / dar jhre F. G. Iurisdictionem hetten / diuersis temporibus geholet / dafür sie auch abtragk / vnd cautionem de vlterius non faciendo, sondern sich des Priuilegij nach dem Buchstaben alleinzugebrauchen / præstiren sollen.

Vnd wird hierwieder von einem Erbarn Rahte / vnd der Stadt S. fürgewand /

wandt/dz man nicht allein fures vnd latrones, vff dz priuilegiũ de malefactoribus capiendis, welchs des inhalts/wie auß der Copeien mit G. zuersehen/Sondern auch allerley Vbeltheter einholet/ vnd richtet/vnd weil vnter andern in solchem priuilegio stehet/ & omnes pacis violatores &c. so wil zuwissen/ vnd von nöten sein/ Ob man dieselben auch einholen/ vnd straffen müge/ die den frieden brechen/ oder jhnen von den Regenten in der Stadt bey jhrem freyen höchsten/das ist/ bey Leibs/ vnd Lebens straffe geboten wird/ oder allein die damit sollen gemeinet werden /die den Landfrieden brechen?

Vnd zusagen/ daß die violatores pacis publicæ allein mit solten gemeinet werden / Ob man sich denn darmit nicht solte zubehelffen haben/ daß man von vnden cklichen Jahren hero allerley Vbeltheter indifferenter eingeholet/ vnd gestraffet?

Copia mit G.

VV. S. C. P. Dux & princeps R. concedimus, & damus in his scriptis dilectis nostris consulibus, & Vniuersitati ciuitatis nostræ S. plenam facultatẽ,& licentiam, quòd possint licitè afferre, & capere in omnibus terminis, curijs, domibus & omnibus locis vbiq; nostri principatus R. vtriusq; partis, aquæ salsæ dictæ sunt, omnes notorios,& manifestos latrones, fures, traditores, incendiarios, depopulatores,& omnes pacis violatores & ducere ad suam ciuitatem iudicando super ipsos iuxta sui delicti qualitatem, secundum quod rigor, & ordo iuris requirit. Datum S. 1325. in crastino Beati Thomæ Apostoli.

DIVINI NVMINIS IMPLORATO SVFFRAGIO, SIne quo nihil felix,& faustum.

Ach bleissiger verlesung/ vnd bewegung vorberurtes falles/ vnd der darbey verwarten Copey/ erachte ich im rechten ergründet sein/ daß ein Erbar Rath der Stadt S. vermöge desselben priuilegij, wolbefuget/ alle/ vnd jede violatores pacis, nicht allein dieselben welche den Landfrieden brechen/ Besondern auch dieselben/so den frieden brechen/ welcher jnen von den Regenten in der Stadt bey jhren freien höchsten/oder bey Leibs/ vnnd lebens straffe geboten wird/aus dem Lande zu R. zuholen/in die Stadt zufüren/vnd zustraffen wol befuget.

Gleicher weis halte ich es dafür/ da es in der Stadt S. vber Rechts vorwerte zeit/ vnd aller Menschen gedencken vblich/ vnd gebreuchlich gewest/ daß ein Erbar Rath nicht allein die in angeregtem priuilegio specificirte/ besondern auch alle andere Vbeltheter in die Stadt geholet/ vnd gestraffet/ auch im fall da gleich dieselben delicta nicht notoria, daß ein Erbar Rath bey derselben gewonheit billich zulassen/ zu handhaben/ vnd zu schützen sey.

Zu deme/ist meines erachtens/ein Erbar Rath der Stadt S. wol befuget/ alle/vnd jede Vbeltheter im Land zu R. in allen/ vnd jeden örtern auch in Schlössern/Flecken/Heusern/Mühlen/ Dörffern/ vnd andern nichts vberall ausbrichelden/ ohne vnterscheid/ ob dieselben den Hertzogen zu P. oder aber andern zustendig sein/ gefenglich anzunemen/in die Stadt zuführen/vnd mit jnen/ vermüge der Recht/zu procediren/vnn fortzufahren/ wie dieses mit nachfolgenden Rechts gründen dargethan/ vnd außgeführet wird.

Namq; primò Dispositio generaliter, & indistinctè loquens à nobis non distingui, *l. 3. ff. de off. præsid. l. de precio. ff. de Publ. in rem actio. l. 3. §. si liber homo, iuncta gl. verb. si accepisset, ff. cond. ob caus. Pet. Duen. Regu. 138.* sed generaliter intelligi debet. *l. 1. §. cũ vrbem. ff. de off. præfect. vrb. l. regula. §. fi. ff. de Iur. & fac. ignor. l. 1. ff. de leg. præstand. l. 1. §. ait ergo. ff. de his, quæ in fraud. cred. l. fi. & ibi Salic. C. de hered. & act. vend. Grauet. cons. 133. n. 5* Ita vt omnia compræhendat. *Bald. cons. 291. incip. in testamento. lib. 1. Grauet. cons. 3. n. 1. & cons. 133. n. 5.* Veq; nihil intactum relinquat. *Bald. cons. 305. lib. 1. Grauet. cons. 3. n. 1. cons. 133. n. 5. Laur. Syluan. cons. 74. n. 9.* Et ex generali dispositione nullus omninò casus excipi, vel eximi debet. *Paul. Castrens. cons. 340. col. 3. lib. 1. Grauet. cons. 3. nu. 1. lib. 1. facit id, quod tradit Bald. cons. 401. col. fin. lib. 1.* Etiamsi maior ratio sit in vno, quàm in alio. *l. 1. §. quod autem. iunct. gl. ff. de aleat. Socin. l. 2. §. ex his: in pr. arg. illius text. ff. de V. O. Dec. cons. 5. cons. 20. cons. 29. cons. 48. & cons. 61. col. 1. God. Zad. cons. 35. n. 6. Gran. cons. 92. n. 4. lib. 1.* Itẽ etiamsi aliquis, vel aliqui ex illis casibus priuilegiati sint. *l. in fraudem. §. fi. & ibi Bald. ff. de testam. mil. Bald. l. omnes populi. ante fin. ff. de iust. & iur. Dec. l. 1. col. 2. ff. de R. I. Dec. l. nemo potest. ff. eo. tit. Dec. l. 1. col. 2. arg. ill. text. C. de edendo. Dec. l. 1. col. 4. vers. vbi moneta. C. de sent. quæ pro eo, quod inter. Dec. c. cum ordinem. col. 2. ext. de rescript. Dec. cons. 48. cons. 61. cons. 161. cons. 301. & cons. 531. Fran. Rip. l. 1. n. 64. ff. solu. matr. Godd. cons. 97. n. 7.*

Et prædicta vsq; adeò vera sunt, vt procedant etiam in materiâ odiosâ. *Aug. l. fin. col. fin. vers. quaeritur, ff. de constit. princ. Ant. de Butr. c. olim. ext. de verb. signif. Dec. cons. 1. col. 2. lect. 1. ext. de constit. Dec. cons. 5. cons. 115. consil. 289. consil. 353. col. 2. Franc. Aret. l. cum lege, argum. ill. text. ff. de testam. Godz. cons. 59. nu. 13. & cons. 66. num. 23. Aym. Granet. cons. 118. num. 14. lib. 1. facit text. l. filium, ff. ad S. C. Macedo: Item pœual. gloss. c. contra Christianos, verb. procedendi, de haeret. lib. 6. Godz. cons. 29. num. 17. cons. 51. num. 14. & consil. 103. num. 9.* Et iuris communis correctoria *gloss. d. c. contra Christianos, Imo. l. si verò, ꝑ de viro, ff. solut. matri. Alex. Auth. ex testam. col. 3. vers. solum restat, C. de collat. Hie. Grat. cons. 59. col. 2. & cons. 95. num. 14. lib. 1.*

Huc accedit, quòd generalis promissio, siue concessio generaliter præindicet, *l. fin: C. de dot. promissio. Bald. l. pactum, quod dotali, quaest. 87. C. de collat. Bald. cons. 176. in prin. lib. 4.* Quodq; promittens, vel concedens aliquid verbis generalibus, intelligatur saltem in genere cogitasse de omnibus, & incognitis, Eamq; ob causam sub promissione, siue concessione generali regulariter etiam incognita compræhendantur *Bart. l. sub praetextu, C. de transactio. Bart. l. si de certa, & ibi Ias. col: fin. C. eo. tit: Angel. l. qui iure militari, ff. de testament. milit. Angel. l. qui Romae, §. duo fratres, ff. de verb. obligat. Ioan. de Imo. c. conquerente, col. 14. ext. de offic. ordinar. Paul. Castren: cons. 30. incip. super puncto isto lib. 1. Alex. cons. 42. col. 4. lib. 1. & cons. 11. num: 12. lib. 2. Franc. Aret. cons. 33. col. pen. Socin: cons. 102. col. 4. lib. 3. facit text. l. si is, qui, §. si libero, & ibi Alb. de Rosa. ff. mandat. l. regula, §. qui ignorauit, ff. de Iur. & facti ignor. Sigis. Neapol. consil. 35. num. 9.* Et sibi imputare debent promittentes, siue concedentes aliquid generaliter, quòd non cogitauerint sub verbis generalibus omnia compræhendi etiam incognita, *Bald. l. tres fratres, ff. de pact. Bald. sub l. praetextu, C. de transactio. Alexan. cons. 11. nu. 12. lib. 2.*

Præterea generalis dispositio tantum operatur, quò ad quamlibet speciem suam, quantum operatur specialis dispositio, quò ad speciem in illâ expressam. *l. si duo, & ibi Bart. ff. de Administ. tutor. l. Gallus, §. instituens, & ibi Bald. & Alex. ff. de lib. & posthum. l. si chorus, in princ. ff. de legat. 3. l. omnes, & ibi Bald. & Angel. C. de praescript. 30. vel 40. anno. Signor. cons. 30. incip. Factum tale est.* Et hæc omnia locum habent etiam in Priuilegijs. Etenim quòd Priuilegium, generaliter, & indistinctè loquens, generaliter intelligendum, nec à nobis distinguendum sit, expressè tradit Ang. *l. fin. & ibi Iason num. 33. limit. ff. de const. princ. Ant. de Butr. c. olim, & ibi Panorm. num. 4. ext. de verb. signif. Calder. cons. 1. tit. de consang. & affinit. Iason l. 1. lect. 1. num. 18. C. de SS. Eccles. Dec. l. in omnibus causis, num. 12. ff. de reg. iur. Dec. c. cùm accessissent, num. 14. ext. de constit. Card. Paris. consil. 22. nu. 6. lib. 4. Hieron. Grat. consil. 130. num. 16. lib. 1.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt in Priuilegijs oratio indefinita æquipolleat vniuersali. *c. quia circa, & ibi gloss. & Panorm. ext. de priuileg. Steph. Bertrand. consil. 7. num. 2. vers. praeterea quòd verba priuilegij, lib. 3. part. 2.*

Sed prædictum Priuilegium generaliter, & indistinctè disponit, quod senatui populoq; S. liberum, & permissum esse debeat, in principatu R. & capere, & in ciuitatem S. ducere, ibiq; supplicio afficere omnes violatores pacis, in omnibus terminis, curijs, domibus, & omnibus locis, item vbicunq; locorum in principatu R. repertos, nec in illo Priuilegio vlla fit distinctio, vtrum illi violatores pacis violauerint pacem publicam totius Imperij Romani; an verò pacem ipsis mandatam à Senatu, populoq; S. vel etiam pacem promissam cuilibet priuato.

Deinde quoq; clari iuris est, quòd molendinũ, destinatum non tantùm ad molendum, sed etiam ad habitationem appellatione domus veniat, & compræhendatur. Illudq; penitus indubitati iuris est, quòd appellatione loci omnia omninò loca, tàm culta, quàm inculta, Item ad habitandum, vel alium vsum destinata compræhendantur. Nec etiam in illo Priuilegio vlla fit distinctio, vtrum illi termini curiæ, domus, vel loci mediatè, an verò immediatè ad principes R. pertineant, nec etiam vtrum Principes R. in illis terminis, curijs, domibus, & locis Iurisdictionem habeant, an verò non.

Insuper clari iuris est, quòd dispositio quælibet præcipuè, & potissimum debeat intelligi non de mediato, sed de immediato, siue de illo, quod ad concedentem non mediatè, sed immediatè pertinet. *qui liberis, §. hac verba, & ibi Iason, & Dd. ff. de vulga. & pupillar. Bart. l. hoc legatum, argu. ill. text. ff. de legat. 3. Signor. consil. 29. fac. text. l. legatus, ff. de leg. 2.*

Igitur sequitur, illud Priuilegium nullo modo distinguendum, sed generaliter accipiendum, vt senatui, populoq; S. permittatur, omnes omninò violatores pacis, tàm publicæ, ab Imperio Romano sancitæ, quàm mandatæ à senatu populoq; S. necnon & omnes alios malefactores capere, in ciuitatem S. deducere, & de ijs supplicium sumere.

Rursus ex hoc infertur, senatui populoq; S. vigore illius Priuilegij liberum, ac permissum esse, & violatores pacis, & omnes alios malefactores capere, & in ciuitatem S. deducere, necnon & de ijs supplicium sumere, siue illi depræhendantur in terminis, curijs, domibus,

mibus molendinis, & alijs locis, ad principes R. mediatè, vel immediatè spectantibus. Potissimùm autem hoc locum habere, si illi termini, Curiæ, domus, molendina, vel loci ad principes P. immediatè spectent.

Et per consequens hoc sequitur, Senatum, populumq; S. nihil deliquisse in hoc, quod tres delectis obnoxios, siue delinquentes, diuersis temporibus capere in molendinis tàm quò ad dominium, quàm quò ad Iurisdictionem ad principes spectantibus.

Secundò verba vniuersalia sunt maioris efficaciæ, & virtutis, quam verba generalia. *Bart. l. generali. §. vxori, ff. de vsufr. leg. Bart. l. si ità. ff. de aur. & argen. leg. l. Dec. l. omnia. col. 1. ff. si cert. petet. Dec. c. sedes Apostolica. col. 4. circ. fi. ext. de rescript. Aym. Grauet. cons. 86. nu: 6. & cons. 194. col. antepe. vers. 4. Roma. cons. 44. Laurent. Sylua. cons. 95. nu: 17.* Omniaq; comprehendunt, quæ excogitari possunt. *Dec. cons. 29. col. 2. in fin. Aymon. Grauet. cons. 105. n. 3. Laur. Sylua. cons. 95. n. 17. arg. l. Iulianus. ff. de legat. 3. l. à procuratore. C. mand. l. in fideicommissi. §. cum Pellidius. ff. de vsuf. l. cum virum, & ibi Bald. opp. 2. C. de fideicom. c. solitæ. ext. de maior. & obed.* Nullo penitus excepto, *Frider. de Sen. 84. Laur. Syluan. cons. 95. n. 19.* Ideoq; pulchrè Bald. inquit, Verba vniuersalia adeò omnia comprehendere, vt nulla persona, nullus casus, nullusq; locus exceptus intelligatur. *Bald. cons. 326. incip. Rex Romanorum. col. 3. lib. 1. Quod consilium refert, atq; sequitur Laur. Syluan. cons. 95. n. 17.*

Et hoc vsque adeò verum est, vt dispositio vniuersalis non tantùm præsentia, verùm etiam futura comprehendat. *Bart. l. serui electione. §. fin. ff. de leg. 1. Bart. l. Iulianus. ff. de leg. 3. Spec. in tit. de Syndico. vers. quod si in aliquo. Spec. in tit. de positio. §. 10. vers. sed pone. Cardin. Paris. cons. 179. nu. 43. lib. 2.*

Quinimò verba vniuersalia, in dispositione aliquâ posita hoc operantur, vt illa dispositio comprehendat ea, atq; ad ea extendatur, quæ alioqui in illâ dispositione non includerentur. Ideoq; licet sub legato, donatione, vel concessione rerum, in certo loco existentium, non comprehendantur res venales, ibi existentes: Attamen hoc non procedit, si legans, donans, vel concedens res, in certo loco existentes, vsus fuerit verbis vniuersalibus, atq; dixerit, se legare, donare, vel concedere alicui omnes res suas, in isto loco existentes, vel res suas, ibi quocunq; modo existentes; tunc enim sub tali legato, donatione, vel concessione, etiam res venales, quæ in isto loco sunt, comprehenduntur. *Bart. l. generali. §. vxori. ff. vsuf. leg. Alex. con. 118. nu. 5. lib. 5. Matth. de Afflı. decis. Neapol. 206. Dec. cons. 78. nu: 2. Beneuen. Stracc. in tracta: de mercatorib. tit. Mandati. §. reliquum. nu. 3.*

Similiter licet appellatione rei, in certo loco existentis, pecunia ad fœnerandum, expendendumuè destinata, non contineatur: Hoc tamen non procedit, quando illa dispositio, in quâ facta est mentio rerum, existentium in certo loco, est vniuersalis, & verbis vniuersalibus concepta; tunc enim pecunia etiam ad expendendum, fœnerandumuè destinata appellatione rerum, in certo loco existentium, comprehenditur. *Cardin. Paris. cons. 79. n. 45. lib. 2.*

Eodem modo licet appellatione rerum mobilium non comprehendantur nomina debitorum, item iura, & actiones: Attamen hoc fallit in dispositionibus, conceptis sub verbis vniuersalibus. Eamq; ob causam sub donatione bonorum mobilium, & immobilium etiam iura, & actiones comprehenduntur. *Guilhel. Benedict. rep. c. Raynutius. verb. cætera bona. nu. 8. ext. de testam.* Et statutum, prohibens, quæcunq; bona siue mobilia, siue immobilia, in extraneos transferri, etiam iura, & actiones complectitur. *Alciat. l. mouentium. ff. de V. S.*

Huc accedit, quod, licet verbum, Heres, in inuestiturâ, siue concessione feudi positũ, intelligatur tantùm de herede sanguinis, atq; de descendentibus, ex primo acquirente: hoc tamen non procedat, quando feudum est alicui, & successoribus, siue heredibus quibuscunq; concessum; tunc enim verbum, heres, siue successores in inuestiturâ, siue concessione feudi positum, omnes omninò heredes, etiam extraneos imò legatarios, & fideicommissarios, reliquosq; heredes improprios complectitur. *Bald. l. 1. quæst. 34. ff. de rer. diuis. Bald. c. imperialem, in pr. de prohibit. feud. al. per Frider. Alb. Panor. cons. 3. dub. 3. lib. 2. Roma. l. etiam. in pr. & ibi Alex. col. fin. ff. solut. matr. Roma. l. ad tempus, §. 1. ff. de vsucap. Alex. & Ias. l. quædam. §. nihil interest. ff. de edendo. Alex. l. Gallus. §. etiam. col. 2. ff. de liber. & posthum. Alexan. l. patroni. in pr. col. pen. ff. ad S. C. Trebell. Alex. l. quod dicit: lit. 2. colum. pen. ff. de V. O. Alex. cons. 7. n. 8. lib. 6. cons. 95. col. 2. lib. 7. Corn. cons. 16. col. 4. lib. 1. Socin. l. quidam relegatus. col. 2. vers. quinta conclusio. ff. de reb. dub. Ias. l. cum filiofam. nu. 89. ff. de legat. 1. Ias. l. 2. §. prætor ait. ff. qui satisdare cogan. Ias. l. 2. nu. 198. C. de Iure Emphyteu. Ias. in prælud. feud. nu. 46. & 128. Ias. cons. 27. cons. 55. lib. 2. cons. 89. lib. 3. & cons. 118. lib. 4. Alber. Brun. cons. 9. col. 3. Gozad. cons. 6. nu: 43. cons. 8. col. 5. & cons. 14. nu. 22. Matth. de Aff. decis. Neapol. 386. nu. 5. Card. Paris. cons. 65. n. 10. lib. 5. Ruin. cons. 20. col. 2. lib. 1. cons. 103. col. 6. vers. nec etiam. lib. 3. Curt. in tracta. feud. 2. part. 3. part. pr. n. 62. & 4. par. n. 130. Iac. de S. Georg. verb. & cũ pacto. col. 3. n. 11. Rolan. à Vall. cons. 5. n. 45. & 46. Felin. c. quia. G. nu. 5. ext. de Iudic. Felin. c. in præsentia. nu. 26. ext. de pro-*

de probat. Bart. rep. l. cum acutissimi, c. 70. C. de fideicommiss. Catel. Cott. memor. incip. feudum concessum, mihi memor. priuilegia. & memor. Quibuscunq. Idem est, si in inuestitura, siue concessione feudi dictum fuerit, feudum esse concessum Titio, & omnibus heredibus, siue successoribus ipsius. Namq; & hoc casu appellatione heredum in inuestiturâ, siue concessione feudi omnes omninò heredes, etiam extranei, & improprij, quales sunt legatarij, & fideicommissarij compræhenduntur. *Bald. c. in præsentiâ, col. 2. ext. de probat. Alex. cons. 30. nu. 15. lib. 5. cons. 195. col. pen. lib. 6. Curt. Iun. cons. 1. col. 2. Dec. cons. 294. col. 2. Roland. à Vall. cons. 5. nu. 36. & 37. & cons. 60. nu. 49.*

Similiter licet in concessione generali non compræhendantur, neq; veniant regalia attamen in concessione vniuersali, siue factâ verbis vniuersalibus regalia compræhenduntur *Dec. cons. 197. nu. 2. circa fin. Granet. cons. 294. col. 6. vers. sed magis. Ioan. Cepha. cons. 150. n. 11. Laur. Sylua. cons. 1. num. 29. lib. 1.*

Præterea etiam sub verbis vniuersalibus, siue sub dispositione conceptâ verbis vniuersalibus compræhenduntur etiam illa, quæ saltem largè, & impropriè sub verbis includi possent. *Gemin. & Philip. Franc. c. §. 1. in prin. arg. ill. text. de reb. Eccle. non alie. lib. 6. Hipp. de Mars. l. vnic. §. cogniturum, nu. 25. ff. de quæstio. Barbat. con. 14. vers. fac. etiam lib. 1. Petr. Rebuff. rep. l. 1. n. 13. C. de sent. qui pro eo quod inter profer. Corn. cons. 41. col. 2. lib. 1. cons. 243. col. 2. lib. 3. cons. 33. col. fin. lib. 4. Felin. c. cum illorum. col. 3. vers. sexto potest limitari. extr. de sent. excommunicat. Ias. l. legitima. col. 3. vers. pondera. ff. de pact. Ias. cons. 224. col. 2. lib. 2. Tyraq. rep. l. si vnquam. verb. omnia. nu. 14. C. de reuocand. donat.*

Sed in priuilegio senatui, populoq; S. concesso, non tantùm verbis generalibus, sed etiam verbis vniuersalibus dispositum est, quòd senatus populusq; S. in omnibus terminis, curijs, domibus, & locis. Item vbiq; in principatu R. capere, ad ciuitatem S. deducere, & supplicio afficere possit, omnes violatores pacis, & alios malefactores, in isto priuilegio nominatos.

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd senatus, populusq; S. in insulâ R. in omnibus terminis, curijs, Domibus, & locis tàm mediatè quàm immediatè, item tàm quò ad dominum, quàm quò ad Iurisdictionem ad principes R. spectantibus capere, ad ciuitatem S. deducere, atque supplicio afficere possit omnes omninò violatores pacis, siue illi pacem publicam, ab Imperio Romano sancitam, siue pacem ijs à senatu, populoq; S. mandatam, aut etiam aliter promissam violauerint, nec non etiam alios malefactores, sub isto priuilegio compræhensos, siue illi violatores pacis, vel alij malefactores, sub verbis priuilegij propriè, vel impropriè compræhendantur.

Tertiò verba geminata multùm operantur. *l. Balista, & ibi Bart. & DD. ff. d SC. Trebell. l. cùm simus. & ibi Bart. & Alex. C. de Agrico. & cons. lib. 11. Cardin. Paris. cons. 6. num. 12. cons. 54. nu. 67. lib. 1. cons. 22. n. 69. lib. 2. cons. 5. nu. 64. & cons. 32. n. 29. lib. 4.* Et sunt maioris efficaciæ, quàm dispositio vniuersalis simplex. *Godd. cons. 30. nu. 1. Cephal. cons. 126. nu. 18. Aym. Granet. cons. 105. nu. 4. Laurent. Syluan. cons. 95. nu. 19. Barbat. inter cons. Curt. Sen. cons. 65. n. 19.* Illaq; ostendunt & enixam, & latissimam voluntatem disponentis. *Bald. c. cam te. col. 2. extr. de rescrip. Curt. Sen. cons. 52. col. 2. cons. 63. col. 16. Ant. Corset. in tracta. de verb. gemina. Cardin. Paris. cons. 10. nu. 37. cons. 32. nu. 52. & cons. 131. n. 1. lib. 1. cons. 9. n. 43. cons. 20. n. 29. cons. 15. n. 20. lib. 3. cons. 1. n. 26. cons. 10. nu. 31. & cons. 48. n. 24. lib. 4. Laurent. Syluan. cons. 6. n. 4.* Nec non & mentem deliberatam, & appensatam. *Cardin. Paris. cons. 89. n. 23. lib. 3. Aym. Granet. cons. 105. n. 4. & cons. 201. nu. 44. Paul. Castrens. cons. 115. col. 2. lib. 1. Laur. Sylua. cons. 64. nu. 4.*

Hoc amplius geminatio, siue reiteratio ostendit mentis perseuerantiam. *arg. l. vnica. C. de plus petitio.* Et tollit suspitionem deceptionis. *l. similiter. C. ad S. C. Vell.* Et significat præcisam mentem disponentis. *Bald. c. cam te. ext. de rescript.* Nec non etiam ampliat effectū dispositionis. *Bald. l. fructus. C. de act. empt.* Et efficit, vt sub dispositione compræhendantur illa, quæ alioquin sub illâ dispositione non compræhenderentur. *Ruin. cons. 98. n. 12. vsq. ad nu. 29. lib. 2. Nicol. Eberh. in loc. à locut. geminat. seu actus multiplicat. reiterat. Guilh. Bened. rep. c. Raynutius, verb. cætera bona. nu. 8. ext. de testamentis.* Et verba geminata non patiuntur aliquam restrictionem, diminutionem. *Laurent. Syluan. cons. 49. n. 26. Ias. l. 1. §. nunciatio. nu. 5. vers. ego limito modo notabiliter, ff. de oper. no. nunc. Laur. Sylua. cons. 88. nu. 4. Corn. 342. col. 6. lib. 1. Granet. cons. 290. n. 4. vers. nonò considero. Socin. cons. 297. nu. 6. lib. 2.* Vel exceptionem, *Aym. Granet. cons. 201. nu. 42.* Atq; compræhendunt omnia, etiam dissimilia, & maiora expressis. *Socin. cons. 47. col. 6. in fin. lib. 4. Ias. cons. 96. col. 2. lib. 4. Laur. Syluan. cons. 66. nu. 14. & cons. 88. n. 4. Curt. Sen. cons. 30. col. 2. Granet. cons. 290. nu. 4. vers. nonò considero. lib. 2.* Item etiam insolita *Alexan. cons. 30. col. pen. lib. 5. Aym. Granet. cons. 290. n. 4. vers. nonò considero. lib. 2.* Et verba vniuersalia geminata habent vim specialis expressionis, siue nominationis. *Fran. Curt. cons. 49. col. 14. & cons. 49. Corset. in tracta. de verbis geminat. Card. Paris. cons. 9. n. 20. lib. 3. Laur. Syluan. cons. 95. n. 17.*

Et hæc

Et hæc vsque adeò vera sunt, vt sub dispositione, conceptâ verbis geminatis compræhendantur regalia, & alia, quæ alioquin sub dispositione non compræhenduntur. *Paul. Castrens. cons. 63. vers. quartò etiam patet. lib. 1. Raphael Cuma. cons. 162. nu. 3. Socin. Iun. cons. 30. n. 36. cum seqq. lib. 3. Aym. Grauet. cons. 19. nu. 8. Ioann. Cephal. cons. 150. Iaf. cons. 45. nu. 5. lib. 1. Laur. Sylua. cons. 96. nu. 16. lib. 2.*

Deniq; geminatio verborum hoc operatur, vt dispositio, concepta verbis geminatis extendatur etiam ad illa, quæ saltem secundum largissimam, & impropriam vocabuli significationem sub verbis includi possunt. *Barbat. cons. 41. nu. 14. vers. facit etiam. lib. 1.*

Sed prædictum priuilegium, de quo agitur in casu præsenti, est conceptum verbis vniuersalibus, non quidem simplicibus, sed geminatis, sicut hoc satis patet ex illis verbis, plenam facultatem, & licentiam, quod verbum, plenum, esse verbum vniuersale, dubio omni caret. *Bald. Imo. & Iaf. l. huiusmodi. §. ades. ff. de leg. 1. Bald. & Iaf. l. si ità stipulatus fuero. §. Titius. ff. de verb. obligat.* Illamq; clausulam, plenam facultatem, & licentiam, perinde haberi certum est, atq; si dictum esset, plenam facultatem, & plenam licentiam, *iuxta textum clarum, & expressum, in l. Seia. §. Caio. & ibi Bart. ff. de fund. Instruc.* Et sic liquet illa verba esse verba vniuersalia geminata.

Idem etiam patet ex ijs verbis, in omnibus terminis, curijs, Domibus, quæ clausula perinde habetur, atq; dictum esset, in omnibus terminis, in omnibus curijs, & in omnibus domibus, & sic illa verba similiter sunt verba vniuersalia geminata. Clari iuris est illam dictionem, omnibus, dictionem vniuersalem esse *l. Iulianus, in pr. ff. de legat. 3. c. solita. ext. de maior. & obed. Bart. in proœm. ff. §. omnē. in pr.*

Hoc etiam, quòd istud priuilegium sit conceptum verbis vniuersalibus geminatis, patet ex sequentibus verbis illius priuilegij, nempe ex illis verbis, & omnibus locis, vbiq; nostri principatus R. vtriusq; partis aquæ salsæ dictæ S. quod verbum, omnibus, item verbum, vbiq;, sunt verba vniuersalia. Eodem modo & verbum, vtriusque, verbum vniuersale est. *Bart: l. hoc articulo. ff. de hered. instit. Iaf. l. si mihi, & Titio, nu. 11. ff. de verb. obligat: Iaf. l. re coniuncti n. 230. ff. de leg. 3. Socin. cons. 66. n. 13. lib. 3.*

Deinde etiam hoc, quòd istud priuilegium sit conceptum verbis geminatis, patet ex sequenti clausula illius priuilegij, videlicet, omnes notorios, & manifestos latrones, fures, traditores, incendiarios, depopulatores, & omnes pacis violatores. Tùm quia in istâ clausulâ bis positum est, omnes, quod est verbum vniuersale: Tùm quia ista clausula, omnes latrones, fures, traditores, incendiarios, depopulatores perinde habetur, atque dictum esset, omnes latrones, omnes fures, omnes traditores, omnes incendiarios, & omnes depopulatores.

Et sic ex hisce omnibus liquet, istud priuilegium esse conceptum verbis vniuersalibus, non tantùm geminatis, sed etiam triplicatis, ac sæpius reiteratis. Igitur sequitur, illud priuilegium esse latissime intelligendũ, & quantum fieri potest, extendendum, ità, vt sub isto priuilegio includantur omnes omninò casus, omnesq; personæ, & omnia loca, quæ saltem secundum largissimam, & improprijssimam vocabuli significationem sub verbis priuilegij includi possunt, nullo penitus casu, nullo loco, nulauè personâ excepta.

Similiter ex hoc sequitur, ista verba vniuersalia geminata hoc operari, vt illud priuilegium extendi debeat, etiam ad illos casus, illas personas, illaq; loca, ad quæ illud priuilegium alioquin non extenderetur.

Eodem modo ex hoc infertur, cùm appellatione violatorum pacis saltem largè, & impropriè non tantùm illi, qui pacem publicam, ab Imperio Romano sancitam, sed etiam, qui pacem mandatam à Iudice, vel magistratu inferiore, aut etiam pacem conuentam, siue stipulatam violârunt, compræhendantur, senatui populoq; S. vigore illius priuilegij, permitti, non tantùm illos, qui pacem publicam, ab Imperio Romano sancitã, violarunt, sed etiam illos, qui pacem, ipsis mandatam à Senatu S. vel etiam conuentam, aut stipulatam violârunt, capere, in ciuitatem S. ducere, & pœnâ conuenienti afficere.

Rursus ex hoc infertur senatui populoq; S. vigore illius priuilegij, licitum, & permissum esse, non tantùm latrones, fures, traditores, incendiarios, depopulatores, & violatores pacis, sed etiam omnes alios malefactores, etiamsi ipsi perperrassent dissimilia, minora, vel maiora maleficia, in insulâR capere, ad ciuitatẽ S. ducere, ibiq; illos pœnâ cõueniẽti afficere.

Deinde quoq; appellatio termini, & appellatio loci est admodum generalis, omnes omninò terminos & omnia loca tàm priuilegiata, quàm non priuilegiata, item tàm culta, quàm inculta, tàm habitata, quàm non habitata, tàm publica, quàm priuata, tàm sacra, quàm prophana, & omnia alia, quocunq; demum nomine censeantur, nullis penitus exceptis, compræhendens: sicut hoc satis patet ex traditis *per Bartach. in sua repertor. verb. locus & verb. terminus,* Vsq; adeò, vt appellatione loci compræhendantur etiam ciuitates, oppida, villæ, & castra. *Clem. 2. §. fin. & ibi Cardin. Zaberel. de conceß. prebend.*

Domus etiam appellatio latissimè patet, omnem omninò domum, siue omne ædificium, in quo homines habitant, siue ad habitandum destinatum comprehendens. *Cornu. cons. 65. lib. 1. cons. 198. lib. 3. & consil. 41. lib. 4. Bertach. in suo reperto. verbo. domus.*

Similiter & Appellatio Curiæ latissimam significationem habet, *pro ut hoc tradit Socin: cons. 86. lib. 1. Felin. c. Rudolphus. nu. 22. ext. de rescript.* Et inter cætera appellatione curiæ comprehenditur etiam ille locus, in quo Papa, Imperator, vel alij principes, aut domini degunt, siue domicilium habitationis habent, *pro vt hoc patet ex traditis per Bertach. in suo reperto: in verbo curia.*

Igitur sequitur, quòd senatui, populoq; S. vigore illius priuilegij, permissum sit malefactores, in insulâ R. in omnibus omninò locis, tàm cultis; quàm incultis, tàm habitatis, quàm non habitatis, tàm publicis, quàm priuatis, tam priuilegiatis, quam non priuilegiatis, Item in omnibus omninò ciuitatibus, oppidis, syluis, castris, molendinis, domibus, & curijs, etiam ad ipsos Duces P. aut alios dominos, aut nobiles immediatè spectantes, tàm quò ad Iurisdictionem, quàm quò ad dominium, capere, in ciuitatem S. deducere, & in illos debito modo animaduertere, quòdq; eâ ob causam senatus S. nihil penitus deliquerit, quòd tres malefactores diuersis temporibus ceperit, in quodam molendino, sito in insulâ R. & ad Duces P. tàm quò ad dominium quàm quò ad Iurisdictionem spectante.

Quartò Dispositio quælibet, loquens de certo aliquo casu, siue de certis aliquibus casibus, extenditur etiam ad casus similes expressis, licet de illis in dispositione istâ nulla fuerit facta mentio *c. inter cæteros. ext. de rescrip. c. 2. ext. de translat: prælator. c. cùm secundum. ext. de præbend. c. in causis ext. de sent. & re iudic: c. 2. ext. de sponsal. l. non potest. l. nam vt ait Pedius, l. sed & posteriores, & l. de quibus, ff. de legib: gl. Fel. Dec. & DD. c. translato. ext. de constit: gl. c. literas, ext. de fil. presbytero: Nicol: Eberh: in sua topica, in loco à simili. vbi ipse multas alias leges, & autoritates ad hoc citat.*

Et hoc vsq; adeò verum est, vt procedat, etiamsi agatur de pœnis infligendis delinquentibus, siue malefactoribus. Namq; & hoc casu dispositio, loquens tantùm de certo casu, siue de certis casibus extenditur ad omnes omninò casus similes expressis *c. 1. §. porro. & ibi Bald. & Aluar. quæ fuit pri: causa. gl. l. si quis id quod, ff. de Iurisdict. omn. iudic. & c. si postquam, §. 1. & §. fin. de elect. lib. 6. c. nemo equaliter, el. 2. ext: de accusatio. Bald. l. si quis non dicam rapere. sir. prin: C. de Epis. & Cleric: Bald. l. 1. C. de interdict: Fel. c. translat. n. 14. ext. de constit. Nicol. Eberh. in sua top. in loco à simili.*

Deinde etiam casus, similes expressis, licet illi verbis omissi sint, in dispositione qualibet pro expressis habentur. *Bald. l. non possunt, col. 3. ext. de appellatio. Ias. l. fin. n. 4. ff. de in ius vocan.* Et casus similes dicuntur illi, qui substantiâ differunt, & in qualitate tantùm conueniunt *c. innotuit. & ibi Panor. not. 7. ext. de elect. c. 2. ext. de translatio. prælato. l. 1. C. de vet. iure enucleand. gl. l. quod Nerua. ff. deposit. gl. c. capitulum Sanctæ, & ibi Imo. ext. de rescrip. Bald. l. si quis non dicam rapere. in princ. C. de Epis. & Cleric. Nicol. Eberh. in sua top. in loco à simili.* Et quò ad hoc, vt dispositio, loquens de certo casu, siue de certis casibus, extendi possit etiam ad alios casus, sufficit, vt illi casus conueniant, vel similitudinem habeant, quò ad illos terminos in quibus terminis ista dispositio loquitur, licet in reliquis omnibus sit dissimilitudo. *Ioan. And. c. non præt. de præben. lib. 6. Panor. & Fel. c. translato. ext. de constit. Panor. c. quemadmodum. not. 2. arg. ill. text. ext. de Iureiur. Panor. c. constitutus. not. 3. ext. de appellat. Panor. c. cum dilecta arg. ill. text. ext. de confirma. vti. vel inuti. Ant. de But. c. non debet. col. pen. ext. de consanguin. & affinit. Ias. l. creditori. num. 8. ff. de oper. no. nunc. Nicol. Eberh. in sua top. in loco à simili.*

Et licet DD. velint priuilegium, concessum contra ius commune, siue dispositioni Iuris communis refragans, non extendi ad casus, similes expressis. *Bald. c. inter cæteros. ext. de rescript. Felin. c. translata. n. 12. ext. de constit. fac. ad, quod tradit Nicol. Eberh. in sua top. in loco à simili.* Attamen capere malefactores in alterius territorio, ex permissione, siue licentiâ generali, vel speciali domini illius territorij, non refragatur Iuri communi, sed est Iuri communi conueniens.

Præterea etiam omnia omninò crimina, siue delicta hoc commune habent, atq; in eo conueniunt, quòd in causis criminalibus prehabitâ aliquali informatione delicti, statim ad capturam procedi, & Reus capi, atq; carceribus includi possit. *Bald. l. cum eo. ff. ad l. Iuliam peculat. Bald. l. 2. C. de his qui latro. occultar. Ang. l. Is apud Labeonē. §. quæstionis. ff. de iureiur. Ang. §. sciscentes. Auth. vt iudices siue quoq. suffrag. Salic. l. nullus. C. ex hibend. reis. Hypp. de Mars. l. 1. au pr. n. 1. ff. de quæst. Hypp. de Mars. sing. 93. Ioan. de Placent. suo. cons. Criminal. cons. 24. n. 2. 3. & 5. lib. 1. Fran. Brun. in tract. de Indicijs, & tortura. par. 2. quæstio. 9. nu. 5. Iac. text. c. si celicos, & ibi DD. de sent. excommunicat. lib. 6.*

Igitur sequitur; illud priuilegium, concessum senatui populoq; S. ità accipiendum esse, vt extendatur ad omnes omninò malefactores, licet illi minora, vel dissimilia delicta perpetrassent, vtq; vigore illius priuilegij senatui populoq; S. permitti debeat non tantùm malefactores, in isto priuilegio specificè nominatos, sed etiam omnes alios malefactores in insulâ R. capere, & ad ciuitatem S. deducere.

Quartò, vbi est confessio, ibi est relaxatio omnis probationis. *Bald. cons. 354. col. 1. lib. 3. Grauet: cons. 171. num. 4. lib. 1.* Et confessio in præiudicium confitentis habetur, probatione probata, *Ang. §. omnium. col. 7. Instit. de actio. Hyppol: de Mars. rub. num. 83. C. de probat: Neuiz: cons. 37. num. 7.* Item confessio in præiudicium confitentis habetur pro probatione legitimâ *gloss. c. ad abolendum. verb. de præsenti. ext. de hæret. Hyppol. de Mars. rub. num. 83. C. de probat. Hieron. Gigas. in tractat. de crim. Les. maiest. rub. quomodo, & per quos crim. les. maiest. prob. quæst. ., num. 1.* Manifesta, *gloss. l. cum reus. C. de pœnis. Manifesta. l. non intelligitur. §. tacita, iuncta gl. ff. de Iure fisci, Bero. rub. num. 64. ext. de probat.* Certissima. *Dec. rub. num. 10. ext. de probat.* Plenissima. *Corn. cons. 262. col. 2. lib. 4. Rob. Mara. in suo speculo parte. 6. rub. de confessio. num. 21.* Et luce meridianâ clariore *arg. l. fin. C. de probat. iuncta .. qui sententiam. C. de pœnis.* Nec non & fortiore, quàm aliqua sit de mundo *Neuiz. cons. 37. num. .* Et probatio, quæ fit per confessionem æquipollet illi probationi, quæ fit per instrumentum publicum *Ias. l. cum te transegisse, num. 5. & ibi Dec. num. 7. arg. ill. text. C. de transactionibus. Bald. l. vnica. not. 3. de confess. Bald. .. fin. col. 3. vers. tertio quæro. C. de Edicto D. Hadriani toll. Hyppol. de Mars. rub. num. 82. C. de probat.* Et probatio per confessoriam admittitur in omnibus illis casibus, in quibus nullæ aliæ probationes, quàm instrumentales, siue per instrumentum publicum admitti debent. *Bald. Auth. sed nouo, col. penult. C. si certum petatur, Dec. .ap. 2. num. 15. limit. 9. & ibi Felin. nu. 12. ext. de probat.* Imò confessio est maior quolibet instrumento publico, & quibuscunq; dispositionibus testium. *Bald. consil. 192. colum. 2. lib. 2. Grauet. consil. 171. num. 4. lib. 1.*

Huc accedit, quòd confessio habeat longè maiorem vim, quàm aliæ probationes *Ias. cum te transegisse, num. 5. & ibi Dec. num. 7. C. de transact. Hyppol. de Mars. rub. 81. C. de probat. Dec. c. at si clerici. in princ. num. n. ext. de Iudic. Rob. Maran in suo speculo. parte. 6. sub rub. de confess. nu. 21.*

cum seqq. Corn. consil. 324. lib. 4. Hieron. Gigas in tract. de crim. laes. maiest. Rubr. quem & per quos crim. laes. maiest. prob. quaest. 1. n. Quodq; & per confessionem maior habetur [illegible] per aliam probationem, *Anton. de Butr. [illegible] in fin. ext. de probat. Dec. c. at si clerici. in princ. n. 1. ext. de Iudi.* Et nulla sit clarior probatio eâ, quae sit viuae vocis oraculo. *Bald. l. Deo no[illegible] in princ. C. de E[illegible]scopis, & Cleri[illegible] Aym. Graues. cons. [illegible] 4. lib. arg. Auth. contra qui propriam, C. de non nu. pecu.* Illudq; de quo constat per confessionem, dicitur sciri pro certo, *gl. 1. c. si sacerdos, ext. de off. Cardinal.* Et vere apparere, *Innocent. c. cùm contingat. ext. de offic. delegat. Hyppol. de Marsi rub. num. 81. C. de probat.*

Confessus etiam habetur pro Iudicato, *l. 1. & l. certum, §. fin. ff. de confess. l. 1. C. eod. tit.* Et in confessum nullae sunt partes iudicis, nisi in exequendo. *l. perinde, §. fin. ff. ad legem Aquil.* Vsque adeò vt rectè scriptum reliquerit Ouidius, *Non est confessi causa tuenda rei.* Imò confessio plus potest, quam pluralitas, & infinitas testium, dependentium ad fauorem confitentis. Item plus, [illegible] potest lex per viam praesumptionis, vel res Iudicata, *Bero. rub. num. 64. extr. de probat.* Et [illegible] etiam locum habent in confessione, [illegible] ciuitate. Namque talem confe[illegible]m ipsi ciuitati praeiudicare dubio omni caret, *Dec. cons. 221. num. 2.*

Sed Senatus S. in epistolâ, missâ ad illustrem principem P. Ducem P. piae memoriae, cuius copia mihi transmissa est sub litera C. confessus est, quòd Ius patronatus in Ecclesijs, sitis in ciuitate S. ad suam Illustrem Celsitudinem pertineat.

Similiter & Senatus S. literas Ducis P. sub dato 5. Augusti Anno 47. in quibus sua Illust. Celsitudo expressè asseruit, Ius patronatus ad suam Illustrem Celsitudinem spectare, absq; protestatione aliqua recepit. Et sic per illam receptionem, factam absq; protestatione senatus S. expressè confessus est, quòd Ius patronatus in Ecclesijs S. ad illustres Duces P. spectet. Cùm sit cla[illegible] Iuris, quòd recipiens literas aliquas sine hic rer, & absq; protestatione, omnia, in istis literis contenta, atq; suum praeiudicium respicientia, fa[illegible] intelligatur, *l. [illegible] ius similitas. la. 2. & ibi Bart. ff. ad SCtum Macedon. Clem. 1. de procurat. Bart. l. publica. §. fin. ar[illegible] ill. text. iuncta. [illegible] ff. depositi. Bart. l. cùm tabernam. §. Idem quaesiuit, ff. de pigno. Bartol. l. quo enim, §. 1. ff. rem rat. habe. Bald. l. si procurator absens. in princ. ff. de procurat. Bartol. & Bald. l. Titius Seio. ff. de [illegible] stitutâ pecu. Bald. l. si [illegible]teras, C. mandati. [illegible] l. qui dotis. col. 7. ff. solut. matri. Matthe. singu. [illegible] & ibi Gabriel. Sarai. in addit. Cepol. caut. 24.* [illegible] *pol. de Marsi rep. rub. nu. 299. C. de probat. Hyppol. de Mar[illegible] di[illegible] senter. num. 138. Alexand. [illegible] cons. c. num. 5. morte. num. 23. & ibi Ias. num. 20. ff. de oper. nou. nunciat. Alexand. consil. 78. lib. [illegible] Cum M. Ferrariensis, num. 36. & l. 1. De[illegible] nu. 2[illegible] Fran. de Ripa. num. 131. ext. de consti[illegible]. Fel. n. [illegible] 2. num. 20. ext. de fide instrumentor. Ia[illegible] repet. [illegible] admi[illegible]nendi. num. [illegible] ff. de Iure Iurando. Cardina. Pa[illegible] cons. 91. n. 3. cons. il. 27. n. 3. lib. cons. [illegible] n. 201 & 206. [illegible]*

Igitur videtur dicendum, i[illegible] am[illegible] confessionem pro Ducibus P. contra ciuitatem S. plenam probationem inducere.

Quinto, licet minori contra confessionem suam restitutio in integrum concedatur, etiamsi aliter de laesione fides facta non fuerit. Item etiamsi haec confessio sit facta cum authoritate curatoris *Ang. l. certum. §. in pupillo, ff. de confess. Alexand. cons. 115. num. 6. lib. 2. Alexand. l. nam & postea, §. si minor. & ibi Iason. num. [illegible] ff. de Iureiurando. Ias. l. error. num. [illegible] o. C. de Iuris & facti ignorantia. Dec[illegible] nihil consensui. §. non capitur, num. 4. ff. de regul. Iur. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 208. Bertrand. con[illegible] 94. [illegible] b. 3. Hyppol. de Mars. consil. 130. Ludo. Bo[illegible] cons. 36. num. 3. Thom. Gram. cons. 16. num. 1. Corn in pract. Crimina. tracta. de homi[illegible]id. §. ter. a quartum. num. 10. arg. c. 2. & ibi gloss. de restitut. in integ. [illegible] 6.* Sicut etiam Ecclesiae, contra confessionem factam, restitutio in integrum conceditur, *Ang. consil. 345. num. 3. vers. tertio est videndum.* At[illegible] eodem Iure vtantur ciuitates etiam superiorem recognoscentes, & perinde vt minores restitutionem in integrum petere possint, *l. respub. & ibi Bart. Bald. Salicet. & DD. C. ex quibus caus. maior. l. rempub. C. de Iure Reip. lib. 11. Abbas, Angelus, Bero. & Dd. in c. 1. ext. de restitutio. in integrum. Iohan. Faber. §. rursus, & ibi Ias. num. 35. & Anton. [illegible] nu. 46. & 50. Instit. de act[illegible] Dec. cons. 42. num. 13.* Attamen illa restitutio, contra confessionem factam, peti nequit nisi intra quadriennium tantùm à die confessionis factae, *c. 1. & 2. de restitutio. in integrum lib. 6. col. 1. eodem titulo.*

Cum itaq; ab eo tempore, quo ea confessio à senatu S. emanauit, plus quàm quadriennium elapsum sit, videtur dicendum, [illegible]m confessionem senatui S. vsq; adeò praeiudicare, vt contra eam restitutionem in integrum petere ipsis non permittatur.

Sextò, Et vocare clericos, [illegible] concionatores, & eos praesentare est fructus Iuris patronatus, & ad eum [illegible]ntùm pertinet, qui Ius patronatus habet, vs[illegible] adeo vt praesentatio, vel collatio beneficij facta, non praecedente praesentatione veri patroni, per se, & ipso Iure nulla [illegible]r, secundum communem & receptam DD. sententiam. *c. decernimus. 16. quaestione 7. c. cùm Bartoldus. & ibi Panorm. & Felin. nu. 5. ext. [illegible] sentent.*

fentent.& re iud.c.3.& c.illud.& ibi Panorm.ext.de Iure patronat.c.1.§.fin & ibi DD. de Iure patronat. lib.6.Clem.1.& 2.eod.tit.Iohan. Andre. c. licet, de offic. vicar. lib.6.Innoc.Hostien.Iohan. Andre. Card. Florent: & Panorm. . ex insinuatione. ext. de Iure patronat. Bald. consil.17.dub.2. lib.5.Corn. consil.47. col.penult.in fin.lib.3.Ang. & Ias.l.sed si hac.§.patronum.el.2.ff.de in Ius vocando. Guid. Pap: quæst. 374. Dec.consil.578.Roch.Curt.in tract.de Iure patro. verbo honorificum. num. 1.& in princ. Roland. à Valle. consil:47.num.23. lib.1. vel saltem irritanda *Card. Florent.c.illud.not.3. arg. ill.text.ext. de Iure patronatus.Dec.cons.117.col.2.Card.Paris.cons.144.num.4. lib.4.*

Cùm itaq;,vt ex supradictis patet, Ius patronatus in omnibus Ecclesijs, & beneficijs Ecclesiasticis,in ciuitate S.sitis, ad Duces P. spectet, videtur dicendum, quod & Ius vocandi, Item & Ius præsentandi concionatores, siue Clericos in ciuitate S. non ad senatum S.sed ad Duces P. spectet,& pertineat.

Septimò, Ius nostrum, siue nobis competens, nobis absq; facto, vel consensu nostro auferri non potest. *l.fin.& ibi Ias.ff.de pactis.l. si post mortem.§. fin.& ibi Bart. ff. de bon. poss. contra tab.l.qui Romæ §.Flauius.ff.de verb oblig. l.1. §. 2.& ibi gl.ff.de stipul. seruo.l. id quod nostrum. & ibi Dec. & Cagnol.ff.de regul. Iur. l.in diem, ff. de aqua plu. arcen: l.fin. C.si cont.Ius, vel vtil.publ. cum multis similibus allegatis per Tyraquellum in tract. de vtroq; retract. parte. 2.§.1.gloss. 7.num.20. cum. 2.seqq.* Ideoq; traditum est, quod pactum vnius alteri regulariter nocere non debeat, *l.si vnus §. ante omnia.& ibi Ias. & DD.ff.de pactis.l. factum cuiq;.ff.de regul. Iur. l.non debet alteri.ff.de regul.Iur.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt procedat, etiamsi paciscens, vel actum faciens cum eo, de cuius præiudicio agitur, eandem personam,idemq; corpus repræsentet, sicut hoc satis probatur per id, quod legibus cautum est, pactum filijfamil. patri indistinctè non nocere *l.filiusfamil.& ibi Bart. Bald.& Ias. C.de pactis.* Licet ipse censeatur esse cum patre suo vna eademq; persona. *l. fin. C. de impuberum, & alijs substit. §. et vero,Instit.de inutil. stipul.* vnum Caput. *Bald.l.etiam.col.penult.C.de execut.rei Iudicat.Ias.d.l.filius. C.de pactis,* vnaque caro *c.contradicimus, §.hac auctoritate, 33.quæst.* ...

Ex quo infertur, licet consiliarij principis c[...]seantur, esse pars corporis ipsius. *l. quisquis, in princ.C.ad l.Iul.Maiest.c.si quis.6. quæst. 1.c.felic[...] is. de pœn. lib. 6. Luc. de Pen.l.nihil.C. de palat.sacrar.larg.lib.12.Hieron. Gigas. in tracta. de crim. læs. maiest.sub. rub qual.& à quib.crim.læs. maiest. commit[...].qu.* Factum tamen,siue pactũ consiliario[...]m principis in suo, vel non consentiente principe, initum vel præsumptum, ipsi principi non nocere. Ad quam sententiam comprobandam facit id,quod legibus traditum est, Quòd factum procuratoris Cæsaris paciscentis, vel transigentis Cæsari non noceat. *l.1.& ibi Bald.Ias. & DD. ff. de officio procur.Cæsar.* Quòdq; scientia officialium, vel præsidum principis ipsi principi regulariter non præiudicet, *Bald.consil.470.col.1.lib.3. Alex. consil. 84.col.2.vers.nec prædictis obstat.lib.1. Sal.l. vectigalia. C. noua vectigal. instit. non posse. Bertach. in tractat.de gabel. parte.1. quæst.10.* Et confirmatur ex eo: Namq: consiliariorum principis officium non est, neq; ad illorum officium spectat, transigere,vel pacisci de negotijs principium, ipsis inscijs. Et certum est, quòd nullus penitus officialis quid faciens, vel præsumens extra id,quod ad officium illius spectat, domino suo præiudicet. *Bart.l. ne quid, in princ. ff. de incend. rui. nauf. Bart.l. 1. §. familia.ff. de publica. Panorm.c.1. colum. 3.extr. de restitut.spoli. Petr. de Ancha.& Gemi. c.si Episcopus, de offic. ord. lib.6. Ang. l. 1. C. si rect. prouinc. Bald. l. 1. circa princ. ff. de magist. conuent. Roman. consil.338. Ias. l. age cum Geminiano. num 7. 8. & 9.C.de transactio.* Vsq; adeò, vt nec Antianorum priorum, siue præsidentium alicuius ciuitatis,vel vniuersitatis, qui tamen regulariter totam ciuitatem repræsentant. *gloss. rub. C. quæ sit. longa consuet. gl. l. aliud.§. refertur. ff. de regul. Iur. Imo. c. cum omnes. column. 18. extr. de const. Bald: c.1.col:2.extr: de Iudic: Ang: & Paul: Castrens:l. nulli: C.quod cuiusq; vniuersit: nom: Dec: l. ciuitas. num.1.ff.si certum petat. Alexand consil.101. lib.1. Dec.consil.43.column: 1.& consil 580.col. 2.Socin: consil:53.in princ.lib.4.Corn.consil:293.in princ. lib.1. Granet:cons.195.nu.8.Rolan.à Vall.consil.90. n. 1.lib. 1.Laurent. Syluan.cons.71.nu.9. lib.2.* Pactum vel factum extra ea, quæ ad officium suum spectant, initum, vel præsumptum ciuitati noceat, vel præiudicet. *Bald.Auth. Cassa. C. de SS. Eccles.Bart.l ambitiosa, nu. 26. ff.de decret.ab ord. faciend.Roman.consil.501.num.9. Corn.cons 224.n. 10.& cons.241.colum.penult. lib.4. Dec. rub. lect.1. nu. 8. & lect.2. nu. 29. C. qui admit. Dec. rub. nu. 13. vers. sed prædictam relationem. ext. de Appellat. Granet. cons. 195. nu.8. & cons.196. n.4 Laurent. Sylua. cons. 71. nu.9. lib.2. Cagnol: repet. l.2. in princ. nu. 103. ff. de reg. Iur.*

Et hoc potissimum procedit, quando agitur, de remissione illius Iuris, quod liquidum est: Namq; nulli penitus officiali, vel administratori, licet ipse habeat mandatum generale, cum libera à lege vel ab homine permittitur in præiudicium domini sui remittere Ius liquidum. *l. præses.& ibi Ias.& DD C. de transactio. l. contra Iuris. §. si filius. & ibi Ias. & DD. ff de pactis. l. 1. §. 1. ff. de tutel. & rati. distra. l.filiusfamil. in princ. ff. de donat. l. prohiberi. §. planè. & ibi Bart.ff. quod vi, aut clam. Bart. l. fin.*

in princ. ff. quo in fraud. creditor. Bald. l. si procurator. co. 1. C. de procuratoribus. Tyraquel. repet. l. si unquam. verbo. donatione largitus. num. 174. C. de reuocandis donationibus.

Ex quo infertur, licet in figuratione casus narretur, in ordinatione Ecclesiastica, facta S. a Doctore B. & consiliarijs ducum P. in primâ visitatione cantum, & sancitum esse, quòd Senatus S. cum consilio æedituorum, & concionatorum, potestatẽ debeat habere, Superintendentem vocandi, nominandi, & principi commendandi, hanc tamen ordinationem, cum consensu consiliariorum factam, Ducibus P. non nocere, neq; præiudicare.

Octauò, Mandatum non præsumitur nec ex lapsu quidem temporis immemorialis, vel mille vel plurium annorum. *Bald. l. 2. C. si ex fals. instrument. Bald. l. 1. C. de rebus alienis non alienandis. Alexand. l. sciendum. & ibi Ias. num. 19. de verb. obligat. Alex. l. qui in aliena. in princ. ff. de acquir. hereditat. Alexand. consil. 1. colum. penult. lib. 4. cons. 191. colum. 2. lib. 6. Capol. cons. 26. col. 6. Socin. cons. 254. col. 3. & decis. 368. col. 4. Felin. c. sicut. col. 16. ff. de re Iudic. Dec. cons. 215. col. 2. Curt. Sen. cons. 49. col. 5. Curt. Iun. in tracta. feud. parte 1. qu. 1. Ias. cons. 140. col. 2. lib. 4. Card. Paris. cons. 47. n. 38. lib. 4. Socin. Iun. cons. 139 n. 10. cum quatu. seqq. lib. 3. Sebast. Vantius in tract. de nullitat. rub. quom. sententia nulla repe. num. 42. Aym. Grauet. in tractat. de antiq. temp. parte: 2. §. ex præmissis. num. 55.*

Ex quo infertur, præsumi non posse, illos consiliarios Ducum P. qui prædictæ ordinationi interfuêre, ad hunc actum celebrandum à Ducibus P. mandatum habuisse.

Nonò, Renunciatio, siue remissio Iuris, alicui competentis, speciem donationis obtinet, & pro donatione habetur, *l. contra Iuris, §. si filius, ff. de pactis, l. si mulier. & ibi Bald. & Alexand. ff. de conditione ob causam. l. peculium. la. 3. in princ. & ibi Bart. ff. de peculio. l. si fundum, sub conditione. §. Titio fundum. & ibi gloss. & DD. ff. de legat. 1. l. sicut. §. non pacisci. ff. quibus mod. pig. l. si mulier. ff. de legat. 3. l. si tu stipulatum, & Modestinus. & ibi DD. l. quidam, in princ. & l. in adibus. in princ. ff. de donatio: l. si donationis. & ibi Bald. C. eod. tit. l. si quis delegauerit, ff. de nouationibus. cum multis similibus allegat. per Tyraq. repet. l. si unquam. verbo, donatione largitus. num: 173. C. de reuocandis donatio.* Ideoq; renunciatio, siue remissio Iuris sui non præsumitur, *Bald. l. si vls. notabili. C. de Edicto. D. Hadriani toll. Guil. de Mont. Laudensi. in extrauag. suscepti regiminis. verbo. voluerit, tit. ne sede vacante. Imo. consil. 49.* Vsq; adeò vt nec ex actu quidem proximo renunciatio, vel remissio Iuris sui præsumi possit. *c. sanè. Iunctâ gloss. verb. sustinere. c. veniens & c. super hoc. ext. de renunciat. Card. Florent. cons. 30. col. 3.* Quod generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit, vbicunq; alia præsumptio, vel coniectura capi potest, tunc enim nunquã renunciatio, vel remissio Iuris sui præsumi debet. *Host. Iohan. Andre. & Anton. de Butrio. c. accedentibus. ext. de priuileg. Bald. l. Labeo. §. sed autem. colum. 1. ff. de pactis, Petr. de Ancha. cons. 106. col. 1. Paul. Castrens. cons. 179. colum. 4. lib. 2. Fulgos. cons. 192. col. 1. Alexand. consil. 33. col. 3. lib. 5. Dec. l. cuius per errorem. not. 3. ff. de Reg. Iur. Dec. cons. 902. col. fin. in princ. cons. 374. col. 2. & cons. 402. col. 3.* Sicut etiam donatio non præsumitur. *gl. Bart. & Dd. l. qui dotis. ff. solut. matri. gloss. Bart. & DD. l. cùm quid. ff. si certum petat. facit text. l. cum de indebito. ff. de condi. indebi: c. super eo. ext. de renunciatio. c. quia verisimile. ext. de præsumpt.* Vsq; adeò, vt potius præsumamus, rem à lege prohibitam, quàm donationem. *Bald. l. fi. C. de dot. promissio. Socin. cons. 173. colum. penult. lib. 1.* Vt potius præsumatur error Iuris, & facti in facto proprio, quàm donatio. *l. sed. etsi me putem, in princ. & ibi gloss. Ias. & DD. ff. de condict. indeb. iuncta l. 1. ff. eod. tit. gloss. l. generaliter, verbo causa. & ibi Ang. C. de non num. pecu. Rapha. Cuma. cons. 137. Imo. l. à Titio. col. 2. ff. de verb. obligat. Alexand. consil. 13. col. 2. lib. 1. consil. 19. col. 2. lib. 4. Ias. l. Iurisgentium. §. si cum nulla. col. 5. ff. de pactis.* Similiter potius præsumitur stultitia quàm donatio. *Bald. l. generaliter. oppos. 5. C. de non num. pecu. Bald. cons. 189. in fine. lib. [illegible]. Ias. l. si a substituto. §. 1. ff. de legat. 1.* Et potius sustinetur, vt actus corruat, nihilq; penitus operetur, quàm vt donationis præsumptio admittatur. *Franc. Aretin. l. à Titio. col. penult. ff. de verborum obligation. Ias. l. si procuratori falso. colum. 3. ff. de condict. ob causam.*

Et hoc generaliter quidem verum est, potissimum autem procedit, vbicunque alia coniectura, occasio, siue præsumptio capi potest; tunc enim nunquam capi debet donationis præsumptio. *l. si cùm aurum. & ibi Bart. ff. de solutio. l. Campanus. ff. de oper. liberto. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de condict. inde. tit. Cyn. l. 2. C. de rei vindic. Signorol. cons. 49. colum. 1. Bald. nam & nocere. lect. 2. ff. de pactis Ang. cons. 94.* Etiamsi illa occasio coniectura, vel præsumptio leuis sit. *Bald. l. fin. col. 3. C. de dot. promissio. Bald. l. 1. C. ad S. C. Trebel. Ias. l. si fundum per fideicommissum. col. 3. ff. de legat. 1. Ias. l. domos. §. sumptus. ff. eod. tit. Ias. cons. 149. col. 2. & consil. 160. col. 2. lib. 4.* Præterea quoq; renunciationes, siue remissiones Iuris sui sunt stricti Iuris, strictè intelligendæ, & quantum fieri potest restringendæ. *Calder. consil. 5. tit. de præbend. Paul. Castrens. consil. 89. colum. 2. lib. 1. Socin. cons. 96. in fin. lib. 1. Dec. consil. 45. num. 21. & consil. 460. num. 6.*

Ex quo infertur, etiamsi in epistolâ, missâ à Duce P. ad senatum S. sub Dato VV. Anno 47. die 5. Augusti, sequentia verba formalia posita sint. Vnd were vns nicht zuwiedern gewesen/ daß jhr nach einem geschickten gelarten Manne/ der nicht allein zum Predigen/ vnd gemeinen vnser Lande Kirchen ordnung einzurichten/ vnd zuerhalten/ sondern auch in der Heiligen Schrifft zu lesen/ zu Disputieren/ vnd reine wahre Lehre von der vngesunde zu scheiden tüglig mit fleiß/ vnd ernst getrachtet/ vnd folgendes vns alß Patronen angerichter Kirchen derselben angezeiget hettet/ ferner/ nach seiner Ordnung/ denselbigen Christlich zubestettigen/ wolten wir vns auch in dem aller gebühr gnediglich kegen euch erzeiget/ vnd vorhalten haben: Ex hisce tamen verbis, siue ex hac clausulâ colligi non posse, quòd sua illustris Celsitudo Iuri patronatus, sibi compententi, renunciauerit, vel illud senatui S. remittere voluerit, præsertim cùm sua illustris Celsitudo in istis literis expressè affirmet, Ius patronatus ad suam illustrem Celsitudinem spectare, & in illis literis subiunxerit: Damit aber jhr/ vnd ewre nachkommen in künfftigen zeitten eines solchen auch nicht zubesorgen/ seind wir gnediglich geneigt/ zu erster visitation/ die wir förderlich durch vnsere verordente Rähte fürzunehmen bedacht/ den dingen jhre Richtige masse geben zulassen/ der gnedigen zuuorsicht/ Jhr auch an dem Jenigen/ so vnsern vorfahrn/ wegen des Iuris patronatus, zugestanden/ vnd vns/ vnd vnsern Erben nochmahln gebürt/ keine enderung/ oder verrückung/ so zu schmelerung/ vnsern habenden gerechtigkeit gelangen möchte/ begehren/ noch wünschen/ sondern euch in alle wege der schüldigen pflicht/ vnd vnterthenigen gehorsam gutwillig erzeigen werdet. Ex quibus verbis clarè liquet, quod Illustris princeps P. sibi Ius suum patronatus in omnibus, & per omnia saluum, & illæsum conseruare, nihilq; de illo vel diminuere, vel remittere voluerit.

Rursus ex hoc infertur, etiam posito, ex illis literis renunciationem, siue remissionem Iuris patronatus, præsertim, quòd ad Ius vocandi, & præse[n]tandi Superintendentem, colligi posse, illam tamen remissionem, siue renunciationem in strictè intelligendam, & ità a[cc]ipiendam, vt intelligatur de vnâ vice tantù[m].

Deci[m]o, R[em]issio, siue renunciatio, Iuris patronatu[s] [illegible], etiam compatrono fieri nequit, nisi cum consensu Episcopi, & aliter f[a]cta, & præsumt[a] vi[ri]bus c[a]ret. *Iohan. Andre. & Panorm. c. ex insinuatio. extr. de Iure patronatus, Tyraquel. repet. l. si vnquam. verbo donatione largitus, num. 143. C. de reuocat. donat.* Similiter nec per titulum donationis quidem patronatus Ius patronatus in alium Laicum transferre potest, absque consensu Episcopi, secundum communem receptam DD. sententiam, *Hostiens. in summo tit. de Iure patronat. §. qualiter transferatur, vers. donatio. Panorm. Cardinal. Flor. & DD. c. ex insinuatione. extr. eod. tit. Panorm. & DD. c. cùm secundum, extr. eod. tit. Panorm. c. querimonia. extr. de Iure patronat. Panorm. c. de Monachis. col. fin. & ibi Imo. col. 4. extr. de præbend. Pet. Anchor. Gemi. & Francis. c. 1. in princ. arg. illi. text. de Iure patronatus, verb. ipse, vel is. quæst. 17. num. 32.*

Ex quo infertur, etiamsi vel ex ordinatione, factâ in primâ visitatione, vel ex prædictis literis Ducis P. colligi possit renunciatio, remissio, donatio, vel translatio Iuris patronatus, cum tamen hactenus probatum non sit, in illâ renunciatione, remissione, donatione, vel translatione interuenisse consensum Episcopi, illam renunciationem, remissionem, donationem, & translationem per se, & ipso Iure nullam esse.

Vndecimò, Renunciatio, remissio, donatio, siue translatio Iuris patronatus, etiam ritè, & legitimè facta, successoribus non nocet, neque præiudicat, *Lapus c. 1. in princ. & ibi Petr. de Anchor. & Philip. Franc. de Iure patronat: lib: 6.* Illudque potissimum procedit in Iure patronatus, acquisito non ab ipso renunciante, remittente, vel donante, sed à maioribus suis. Tale enim Ius, in præiudicium successorum, donari, remitti, vel transferri nequit. *Petr: de Anchor: c. 1. in princ. nu. 8. & ibi Philip. Franc. num. 4. de Iure patronat. lib: 6.* Multò verò magis hoc procedit in Iure patronatus, acquisito pro ipso acquirente, & filijs, siue descendentibus suis tale enim Ius multò minus in præiudicium successorum in alium transferri potest. *Philip. Franc. c. 1. in princ. num. 4. vers. secundo intellige. de Iure patronat. lib. 6. Roch: Curt: in tractat. de Iure patron: verb: ipse, vel is, quæst. 33. num. 76. Cardinal. Zarabel. cons. 48.*

Similiter hæc decisio videtur, absque omni dubio procedere in Iure patronatus, annexo feudo ex pacto, & prouidentiâ. Cùm in feudo ex pacto, & prouidentiâ factum patris regulariter filijs non noceat, neq; præiudicet, *Andre. de Isern. c. 1. in princ. & ibi Matth. de Afflict. num. 8. de alienat: feud: pater: Mart: Laudens. & Matth. de Afflict. c. 1. §. Titius. si de feud: def: content: Matth: de Afflict. c. 1. num. 4. An agnatus. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 11 num. 2. Alexand. consil. 124. num. 8. lib. 4. cons. 13. num. 15. consil. 29. num. 14. & consil. 26. num. 4.*

lib.5. Iacob.de S. Georg. in tracta. feud. verb. & cum pacto. el. 2.num.35. Curt. in tract. feud. parte. 4. num. 148. Zas. in tract. feud. parte. 9. num. 28. Dec. cons. 395. colum. fin: Curt. Iun. cons. 138. num. 20. & cons. 155. num. 8. Sigis. Neapolit. cons. 14. num. 46. Ari. Pinel. repetit. l. 1 parte. 3. num. 93. C. de bonis maternis. Et dispositum de aliquo etiam extendatur & ad connexa. *c. translato. & ibi Abb. Felin. Dec. & DD. ext. de constitut. c. quanto. & ibi Dec. & DD. ext. de Iudi. l. quid ergo. §. sufficit & ibi Bald. ff. de contra. actio. tutela. l. quæ religiosis. ff. de rei vendicat.* Et ad accessoria *c. accessorium, de reg. Iur. lib. 6. l. 3. §. sed si quid. & ibi Bald. ff. de negot. gestis. Ias. l. quoties. C. de Iudic. Hyppol. de Mars. singul. 17.*

Ex quo videtur inferri, etiamsi ex illâ ordinatione, quæ in primâ visitatione S. à Doctore B. & consiliarijs Ducum P. facta est, vel etiam ex literis, à Duce P. ciuitati S. missis colligi possit, quód Duces P. Ius patronatus ciuitati S. in solidum, vel pro parte remittere, vel in senatum Ius vocandi, & præsentandi supremum concionatorem transferre voluerint, Illaq; remissio, & translatio ritè, & legitimè facta sit: hanc tamen remissionem, renunciationem, & translationem modernis ducibus P. non obesse, præsertim cùm perhibeatur, illud Ius patronatus non à Duce P. de nouo acquisitum, sed in ipsum à maioribus suis translatum: Et insuper Ducatus P. cui illud Ius patronatus annexum est, sit feudum, siue res feudalis, atq; præsumi debeat, illum Ducatum esse feudum ex pacto, & prouidentiâ, cùm in dubio regulariter quodlibet feudum præsumatur, & censeatur, esse feudum ex pacto, & prouidentia. *Andre. de Iser. c. 1. num. 11. & ibi Matth. de Afflict. nu. 270. vsq; ad nu. 278. ex quib. caus. feud. amit. Angel & Bald. l. si tibi. §. pactus. ff. de pactis, Præposit. c. 1. §. hoc quoq; n. 8 de successio. feudi. Matth. de Afflict. c. 1. num. 14. vsq; ad num. 19. An agnat. Matth. de Afflict. c. 1. in princ. num. 127. de success. feud. Matth. de Afflict. c. 1. §. fin. nu. 35. de feud. cognit. Iacob. de Ardizo. in sua sum. tit. de success. feudi. §. item quæritur. Dec. cons. 78. col. fin. Socin. Iun. consil. 103. num. 34. & 35.*

Duodecimò, secundum multorum DD. sententiam Ius patronatus præscriptione acquiri non potest. *Archidiac. & Præposit. c. hortamur, distinct. 71. Panorm. c. querelam, col. 3. ext. de electio. Panorm. c. causam. & ibi Felin. num. 7. ext. de præscript. Panorm. consil. 106. lib. 2. Panorm. in sua dispositio. incip. Angerio. Ang. Bero. con. 21. n. 26. lib. 1.*

Ex quo infertur, senatum S. prætendere non posse, se Ius patronatus, siue Ius præsentandi, aut vocandi supremum concionatorem, præscriptione acquisiuisse.

Decimotertiò, Licet secundum multorum DD. sententiam Ius patronatus præscribi possit: Attamen aliqui DD. volunt, Ius patronatus, cùm illud habeat causam discontinuam, non nisi spacio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, acquiri, vel præscribi posse. *Panorm. consil. 106. col. [illegible] lib. 2. Alex: consil: 74. col: 3. lib. 4. Felin: c. causam, quæ. num. 7. ext. de præscriptio: Præpos: & Cardinal. c. querelam, ext. de Electio. Ias. cons. 225. col. 2. lib. 3. Ang. Bero. cons. 6. num. 9. lib. 1.* Et insuper præscriptio facti est, & in facto consistit, ideoq; non præsumitur, sed ab allegante probari debet *Bart. l. Celsus & ibi Francis. Balb. in repet. num. 145. ff. de vsucap. Balb. consil. 450. lib. 4. Corn. consil. 236. col. fin. lib. 2. Abb. consil. 82. column. 3. lib. 2. Cardinal. Paris. consil. 29. nu. 89. lib. 1. Francis. Balb. in tracta. de præscript. 3. parte. 3. partis principalis. quæst. 3. num. 8. Aym. Grauet. consil. 29. num. 9. consil. 130. num. 12. & consil. 201. num. 29. Roland. à Valle consil. 53. num. 18. & consil. 89. num. 30. lib. 2.* Vsq; adeò, vt hoc habeat locum etiam in præscriptione immemoriali, *Roland. à Valle consil. 89. num. 32. & 33. lib. 2.* Item siue præscriptio agendo, siue excipiendo in Iudicium deducatur, *Aym. Grauet. consil. 201. num. 29.* Nec etiam qualibet probatio ad faciendam fidem de præscriptione sufficit, sed requiritur, vt illa probatio sit plena, *Grauet. consil. 201. num. 29.* vtq; sit concludens, & formiter facta, vt videlicet præscriptio probetur, cum omnibus requisitis, omnibusq; qualitatibus necessarijs. *Gemin. & Philip. Franc. c. 1. arg. ill. text. de præscript. lib. 6. Francis. Balb. repetit. l. Celsus, num. 145. ff. de vsucap. Francis. Balb. in tracta. de præscript. 3. parte. 3. part. principal. quæst. 3. num. 7.*

Cùm itaq; senatus S. hactenus non fecerit fidem de vllâ præscriptione, multò verò minus de præscriptione immemoriali, videtur etiam ex hoc capite dicendum, Senatum S. contra actionem, à principibus P. motam, se exceptione præscriptionis tueri non posse.

Decimoquartò, Is, qui habet scientiam rei, vel Iuris alieni, dicitur esse in malâ fide. *c. si virgo. & ibi gl. 34. quæst. 2. l. Bonæ fidei. ff. de V. S. l. si existimamus. & ibi Bart. ff. pro soluto. l. si quis fundum, ff. de acquir. possess. gl. Abb. & DD. c. si diligenti. ext. de præscript. Dyn. & Philip. Franc. c. possessor. de regul. Iur. lib. 6. Bart. l. illud. ff. de petit. hereditat. Bart. l. furti. §. fundum. ff. de vsucapio. Bart. l. fin. C. vnde vi. Bald. l. post sententiam. col. penult. C. de sentent. & interlocut. omn. Iudic. Grauet. consil. 146. Francis. Balb. in tracta: de præscript. 2. parte. 3. part. principal. quæst. 1.* Vsque adeò, vt etiam is, qui scit, se obligatum esse ex aliquo contractu, in malâ fide esse dicatur. *Francis. Balb. in tract. de præscript. 2. parte. 3. part. principal. quæst. 14. num. 4. Cardinal. Paris. consil. 92. num. 25. & consil. 110. num. 30. lib. 3.*

Et similiter clari Iuris est, quòd is, qui est in malâ fide, se nulla præscriptione tueri, vel iuuare possit. *c. vigilanti. & c. fin. & ibi DD ext. de præscript. c. possessor. & ibi Dyn. Iohan. Andre. Philip. Franc. Couar. & DD. de R. Iur. lib 6.* Quod vsque adeò verum est, vt procedat etiam in præscriptione illius temporis, cuius in contrarium non extat memoria. Namq; nec illa quidem cum malâ fide procedit. *gl. c. 1. vers. nisi. & ibi Philip. Franc. de præscriptio. lib. 6. Ang. §. furtiuæ. Instit. de vsucapio. Bertachin. in suo repertor. verb. præscriptio quomodo causetur. vers. fin. Orland. de Curt. inter Consilia Calcan. cons. 53. colum. 2. Ias. cons. 24. colum. penult. lib. 3. Alex. in cons. 13. col. 4. in fin. Matth. de Afflict. decis. Neapol. 368. Francis. Balb. in tracta: de præscript. 2. part. 3. part. principal. quæst. 6. nu. 20. Aym. Granet. in tracta. de antiq. tempor. part. 4. §. materia ista. nu. 19. Capit. decis. 4. Card. Paris. cons. 16. nu. 31. cons. 101. nu. 113. lib. 1. & cons. 66. n. 128. lib. 3. Couar. repetit. c. possessor. part. 2. §. 8. nu. 4. de reg. Iur. lib. 6. Fernand. Vas. in tractat. quæst. Illustrium. cap. 81. n. 20.* Et in specie, quòd is, qui est in malâ fide Ius patronatus, nec lapsu quidem temporis immemorialis, præscribere possit, expressè & in specie tradit *Roch. Curt. in tractat. de Iur. patronat. verbo, ipse vel. a 5. nu. 91.*

Sed prætendi posset in casu præsenti, senatum S. sciuisse, Ius patronatus in Ecclesijs ciuitatis S. ad Duces P. spectare: Igitur videtur dicendum, senatum S. fuisse in malâ fide, & per consequens, quò ad Ius patronatus, siue quò ad Ius præsentandi, & vocandi concionatores, se nullius temporis, nec illius quidem, cuius in contrarium memoria non extat, præscriptione tueri, vel iuuare posse.

Decimoquintò, In feudis præscriptio lapsa contra prædecessores successoribus non nocet, *prout hoc tradit Andr. de Isernia. c. 1. §. præterea Ducatus. nu. 38. & ibi Matth. de Afflict. n. 45. de prohibi. feud. alienat. per Frideric. Matth. de Afflict. c. 1. §. quid ergo. nu. 19. vsq; ad nu. 22. de inuestitur. de re alie. fact. Cardinal. Paris. cons. 23. n. 199. lib. 1. Sigis. Neapol. cons. 1. nu. 139. & cons. 10. nu. 22. Curt. Iun. cons. 181. Et idem tenet Bald. cons. 16. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 1. §. si Titius. nu. 7. si de feud. defunct. content. Franc. Sousbec. in tractat. feud. 13. part. Andr. de Isern. Aluar. & Præposit. c. 1. §. hoc quoq; de success. feudi.*

Et hanc eandem etiam opinionem tenere. Ias. de S. Georg. Abb. Brun. & Dec. testatur Card. Paris. *cons. 23. nu. 199. lib. 1.* vbi ipse pro hac opinione has rationes adducit: Quia in feudis, præsertim ex pacto, & prouidentiâ, non datur successio, & vnus non habet causam ab alio, sed omnes eam habent à primo, vt ex tunc, non vt ex nunc, & alia dicitur inuestitura in personam vnius, alia in personam alterius, easq; rationes legibus, & auctoritatibus comprobat. *Idem etiam tenet Guilhel. de Perno. 3. notab. nu. 4. & 5.* Et hanc sententiam communem esse attestatur *Arius Pinell. repetit. Auth. nisi triennale. nu. 49. C. de bonis mater. vbi ipse affirmat hanc eandem opinionem amplecti Roderi. Suarez. Paul. Castrens: Dec. Rub: Gratum. Socin. Iun. Iohan. de Anan. Iacob. de S. Georg. Granet. Rip. Loaz. Claud. Alciat & Franc. Balbum.*

Et idem quoq; Iuris esse videtur in ijs, quæ sunt connexa, annexa, vel accessoria feudi, aut ex feudo dependentia, cùm sit clari, & indubitati Iuris, quòd de accessorijs idem Ius statuatur, quod statuitur de principali. *c. accessorium, & ibi Dyn. & DD. de reg. Iur. in 6. l. 9. §. sed si quid, & ibi Bald. ff. de negotijs gestis. l. fin. C. de non num. pecu. Hyppol. de Marsil. Singul. 17.* Similiter clari Iuris est, quòd de connexis regulariter idem Ius statuatur, quod statuitur de illis, quibus coniunguntur. *c. translato. & ibi Felin. Dec. & DD. ext. de constitut. c. quanto, & ibi Abb. Dec. & DD. ext. de Iudic. Bald. l. quid ergo. §. sufficit. arg. ill. text. ff. de contrar. act. tutela.* De dependentibus quoq; regulariter idem Ius statui debet, quod de principali statuitur. *c. fin. de Iudic. 6. Clem. dispendiosam. eod. tit. c. præterea. ext. de offic. deleg. l. cùm his, §. transactiones. ff. de transactio.*

Sed Ius patronatus in Ecclesijs ciuitatis S. competens Ducibus P. censetur esse connexum, annexum, vel accessorium ipsius Ducatus, aut saltem ex eo dependens: Cùm itaq; certum, & indubitatum sit, Ducatum P. feudum esse, videtur dicendum, etiamsi à Senatu S. fides fieri possit, se Ius patronatus contra prædecessores modernorum Ducum præscripsisse, illam tamen præscriptionem modernis Ducibus non obesse, atq; modernis Ducibus permitti, non obstante illa præscriptione, Ius patronatus vindicare.

Decimosextò, Præscriptio 30. annorum interrumpitur per solam citationem. *l. sicut. & l. cùm notissimi, in princip. & ibi DD. C. de præscriptio. 30. vel 40. anno. Bart. Ias. & DD. l. fin in princip. ff. de eo, per quem fact. fuit. Bart. & DD. l. naturaliter. ff. de vsucapio. Francis. Balb. in tractat. de præscriptio. 3. parte. 6. part. principal. quæstion. 4. principal. quæst: 1. Couarru. repetit. c. possessor. part. 1. §. 12. num: 4. conclus. 4. de reg. Iur. lib. 6.* Etiamsi illa citatio sit tantùm vnica, non peremptoria, *Ang. l. ad peremptorium. ff. de Iudic. Iohan. Andr: & DD. c. proposuisti. ext. de for. compet. Iohann. Andre. & DD. c. licet. ext.*

 de offic.

Similiter hoc habet locum non tantùm in rebus prophanis, sed etiam in rebus spiritualibus vel Ecclesiasticis. Namq; violentus inuasor illarum rerum, eodem modo illud Ius, quod ipse in istis rebus habet perdere meretur. *c. cum, qui, & ibi DD. de prabend. lib. 6. c. placuit. 16. quaest. 6. gloss. d. l. si quis in tantum. verb. earundem. vers. secundo. an in Iuribus. & ibi Bald. col. 4. vers. tertiò in Emphyteosi. Salic. col. 4. vers. tertio quaero. Menochi. nu. 273. vsq; ad n. 281 C. vnde vi. Francis: Rip. c. cum Ecclesia Sutrina, n. 106. ext. de caus. possess. & propriet. Franc. Rip. c. sapè. n. 68. vers: item dubitatur. Ext. de possess. & propriet.*

Sed Duces P. prætendunt, senatum S. violenter occupasse quasi possessionem Iuris patronatus: Igitur videtur dicendum, etiamsi fides fieri possit, Senatum S. ante illam violentam occupationem aliquod Ius habuisse in Iure patronatus, ipsos per istam violentam occupationem, illud Ius perdidisse.

Decimooctauò, Spoliatus ante omnia restituendus est. *l. si quis ad se fundum. C. ad l. Iuliam de vi publicâ. c. fin. ext. de ordin. cognit. c. solicitè. c. in literis. c. item cum quis & c. quarente. ext. de restitut. spoliatorum. c. redintegranda. 3. quaest. 1. Alex. & Dd. l. naturaliter. §. nihil commune, & ibi Francis. Ripa. nu. 46. ff. de acquir. poss. Cardin. Paris. cons. 1. col. antepen. & penult. lib: 1. Iacob. Nouell. in practica criminali. §. vulgaris est quaestio.* Et hoc vsque adeò verum est, vt ei, qui agit ad restitutionem possessionis, violenter occupatæ, exceptio dominij obijci nequeat, siue ipse agat remedio recuperandæ possessionis. *Bart. l. naturaliter. §. nihil commune. n. 27. & ibi Fab. n. 50. Bologni. n. 20. vsq; ad nu. 24.* siue ex canone redintegranda. *Inno. & Dd. c. sapè. ext. de restit. spoliat. Claud: Marmer. repetit. l. naturaliter. §. nihil commune. n. 60. & ibi Ant. Rub. nu. 245. & Ripa. nu: 75. ff. de acquir. possess.* Etiamsi spoliator, siue inuasor paratus sit, de dominio suo in continenti fidem facere. *gl. l. 1. §. 1. verb. ad recuperandam. ff. de vi & vi armat. Dyn. c. qui ad agendum. de R. I. lib. 6. Innoc. c. 2. ext. de caus. poss. & propriet. Specul: in tit: de petit. & possess: §. si. vers: 14. Felin. c. fin. col fin. ext. de libellis oblat. Ripa l. naturaliter. §. nihil commune. n. 52. ff. de acquir. poss. Boer. decis. 232. n. 2. vbi ipse multa similia allegat.*

Cùm itaque Principes P. prætendunt, senatum S. quasi possessionem Iuris patronatus violenter occupasse, videtur dicendum, petentibus Principibus P. vtputa spoliatis senatum S. obligatum esse suis illustribus Cels. in continenti istam quasi possessionem restituere, nec Senatum S. aduersus repetitionem, à Ducibus institutam, se exceptione dominij tueri posse, etiamsi ipsi in continenti de dominio suo fidem facere parati essent.

Et licet hæc primâ fronte fortiter vrgeant, ego tamen, hisce non obstantibus, conclusionem superius factam, verissimam esse iudico, & ad illam tenendam per sequentes rationes moueor. Namque primò verior est illorum Dd. sententia, qui concludunt, quòd Reges siue Principes seculares, non præsumantur habere Ius patronatus in Ecclesijs, in territorijs suis sitis, *prout expressè hoc, & in specie tradit Præpos. c. Imperium. dist. 10. Præpos. c. lectis. dist: 63. Roch. Curt. in tractat. de Iure patronatus. verbo, in Ecclesia. quaest: 1. nu. 1. Et idem est de mente Vincentij & Philippi c. venerabilem, & ibi Panormit. num. 20. ext. de election.* dum videlicet ibi concludunt, quòd Imperator non sit patronus Ecclesiæ, siue Ecclesiarum, sed tantùm sit illarum defensor, & aduocatus. Idemque volunt & illi Dd. qui concludunt, Ecclesias in dubio præsumi liberas à Iure patronatus, si alia coniectura contrarium non suadeat. *Innoc. c. cum Venerabilis. num. 9. & ibi DD. ext. de except. Ioann. Andre. c. vnico. de capell. Monach. lib. 6. Bald. in sua Margarit. verb. Ecclesia. n. 19. Dec. cons. 117. & cons. 573. col. 2. Roch. Curt. in tract. de iure patron. verb. construxit. n. 29.* Et confirmatur ex eo, quòd Dd. communiter tradunt, licet Reges, & Principes seculares, quoad vniuersale dominium totius territorij, præsumptionem Iuris præ se habeant. *Bart. l. 1. §. per hanc actionem. n. 2. ff. de rei vindicat. Mant. sing. 312. fac. text. l. deprecatio. ff. ad l. Rhodiam. de iact. l. benè à Zenone. C. de quadrien. præscript. c. cuncta per mundum. 9. quaest. 3.* Attamen Reges, & Principes seculares, quoad particulares res, siue dominium particularium rerum, quòd videlicet illæ ad ipsos pertineant, nullam præsumptionem Iuris pro se habere, *prout hoc tradit Hostiens. Ioan. Andr. Imo. & Dd. c. nimis, & ibi Panorm. n. 1. ext. de Iureiur. Bart. l. 1. §. per hanc. n. 2. ff. de rei vindic. Panorm. c. si diligenti. n. 2. & ibi Felin. n. 2. ext. de præscript. Paul. Castrens. cons. 56. n. 2. lib. 2. Speculat. tit: de feud. §. quoniam. vers. 14. n. 28. Mant. sing. 312. Steph. Bertrand. cons. 75. nu. 15: lib. 2. part: 1. cons: 1. nu. 1. & cons. 3. num: 9. & 10. lib. 3. Couarr. pract. quaest. cap. 36. nu. 1. Hier. de Mont. in tract. de finib. cap. 96.*

Et hoc procedit, siue istæ res particulares sint corporales, siue incorporales. Namq; nec, quò ad res particulares incorporales, in territorio suo existentes, quod videlicet illæ res ad illos spectant Reges, vel Principes præsumptionem pro se habent, *prout hoc expressè tenet Panorm. c. nimis. n. 2. ext: de Iureiur.*

dum

dum videlicet ibi expresse concludit. Nec quò ad seruitutes particulares, quas incorporales esse dubio omni caret, Reges, vel Principes pro se præsumptionem aliquam Iuris habere. Et idem quoq; vult Specul. *d. §. quoniam. n. 28. tit. de feud. Hieron. de Mont. in tract. de finib. cap. 96. n. 10.* dum videlicet ipsi ibidem volunt, Reges, ac Principes, quoad Iurisdictionem tantùm vniuersalem, non autem quoad Iurisdictionem particularem, siue particularium locorum præsumptionem pro se habere.

Deinde hoc quoq; locum habet, siue illæ res sint publicæ, siue priuatæ. Namq; nec respectu rerum publicarum quidem, qualia sunt pascua, syluæ, Item aliæ res corporales, siue incorporales, ad pagos vel ciuitates spectantes, & intrà limites territorij sui sitas, Reges, vel Principes aliquam Iuris præsumptionem pro se habent. *Steph. Bertrand. cons. 37. nu. 1. & 2. lib. 1. part. 1. cons. 75. n. 15. lib. 2. part. 1. cons. 2. n. 1. & 2. & cons. 3. n. 9. & 10. lib. 3. part. 1. Couarr. pract. q. cap. 37. n. 1. Hier. de Mont. in tract. de finib. c. 6. n. 12. & 13. facit text. l. in tantum. §. vniuersitatis. ff. de rer. diuis. l. omnes §. 2. C. de operib. public. l. 2. & ibi Bart. & Iacob. Rebuff. C. de pascuis pub. lib. 10.* Et licet Dd. citati in primâ ratione dubitandi velint, Reges, & principes hanc præsumptionem pro se habere, quòd Ius patronatus in Ecclesijs, sitis in eorum territorio ad eos spectet: Attamen omnes illi Dd. mouentur tantùm ad istam opinionem tenendã autoritate Archidiac. *in dic. lectis. distinct. 63.* in quo c. Archidiaconus non loquitur generaliter, sed tantùm dicit, quòd Reges sint patroni in Ecclesijs Episcopalibus, siue cathedralibus, nec vllam facit mentionem de Ecclesijs Parochialibus.

Igitur sequitur, decisionem illorum Dd. qui nolunt, Reges, & Principes præsumi habere Ius patronatus in Ecclesijs, in territorijs suis sitis, secundum doctrinam Archidiac. quam ipsi allegant, intelligendam, & itá restringendam, vt procedat tantùm, quoad Ecclesias Cathedrales, non autem quoad Ecclesias Parochiales, cùm sit clari, & Indubitati Iuris, quamlibet decisionem Doctoris esse intelligendam, & declarandam secundum id, quod ipse allegat. *Bart. l. non solùm. §. si liberationis. ff. de liberat. legat.* Et per consequens illorum Dd. decisio, etiam posito eam veram esse, nullo modo extendi potest ad casum præsentem, in quo agitur de Iure patronatus, non Cathedralium, sed Parochialium Ecclesiarum.

Præterea Ferdin. Vasq. & Ioan. Lup. loquuntur tantùm in Regibus Hispaniarum, quibus hoc speciali priuilegio Romani Pontificis concessum esse Iohan Lup. affirmat. Deinde & opinio Archidiac. & sequentium, nec in illis quidem terminis, in quibus ipse loquitur vel sequenda est. Tùm quia illa opinio nullâ lege, nullaq; ratione firmâ comprobatur, & certum est, illam opinionem, quæ nullâ lege, vel ratione comprobatur, nullo modo sequendam vel tenendam. *§. & considerenus. Auth. de trient. & semiss. l. dissentientis. C. de repud. c. illa. ext. ne sede vacante. c. is qui, de sent. excom. lib. 6. cum multis similibus allegatis per Iason. l. illam. n. 6. 7. & 8. C. de collat.* Tum quia illa opinio multis firmissimis rationibus confunditur. Et certum est, illam opinionem, quæ rationibus firmis confunditur, nullo modo tenendam, vel sequendam. *l. 1. §. sed neque. C. de veter. Iur. enucl. l. Æmilius. ff. de minor. c. Capellanus. ext. de ferijs. Ioan. Andr. Abbas. Felin. & Decius. c. 1. ext. de constitut. Abbas c. prudentiam. in pr. ext. de offic. delegat. Alex. & Ias. l. cum prolatis. ff. de re Iudic. Ias. Authent. nouissima. n. 22. C. de inoff. testam. Dec. cons. 23. n. 6. cons. 259. num. 1.*

Igitur sequitur, Principes P. prætendere non posse, se eam ob causam, quòd ciuitas S. in ipsorum Ducatu sita est, præsumptionem Iuris pro se habere, quòd Ius patronatus in Ecclesijs, sitis in ciuitate S. ad suas Illustres Celsit. spectet.

Secundò hæc decisio confirmatur. Namque Ecclesia, existens in aliquo loco in dubio præsumitur esse extructa à populo illius loci, & per consequens, Ius patronatus in istâ Ecclesiâ, ad populum istius loci spectare, præsertim si ille populus sit in quasi possessione illius Iuris patronatus, *prout hoc expresse & in specie tradit Ioan. Aud. c. quod alicui. lect. n. 1. n. 10. de R. I. in 6. Panormit. c. querelam. n. 9. ext. de electio. Panorm. c. cùm Ecclesia. n. 10. ext. eod. Panorm. cons. 16. in pr. & in fin lib. 2. Roch. Curt. in tract. de Iure patron. verb. construxit. quæst. 20. nu. 28. & 29. & verb. ipse vel is. nu. 83. & 84. Dec. cons. 114. col. pen. & fin. Brunell. in tract. delegat. quæst. 23. vers. secunda opinio est, Couar. repetit. c. possessor. part. 2. §. 10. nu. 3. de R. I. lib. 6.* Et confirmatur ex eo. Namq; dubio omni caret, quòd populi illius loci, in quo Ecclesia existit, in quâ iste populus percipit sacramenta, & verbo diuino instituitur, interest, illam Ecclesiam extrui. Et certum est, quòd opus, requirens expensas, in dubio præsumatur extructum ab eo, cuius interest. *Bart. Ias. & DD. l. cùm seruus. ff. de verb. obligat. arg. l. fin. C. de aliment. præstand.* Illaque quasi possessio Iuris patronatus secundum communem, & receptam Dd. sententiam per vnicum tantùm actum, vnicam nempe præsentationem quæ effectum sortita est, acquiritur. *gl. c. si vero. & ibi Panor.*

ext.

ext. de iure patron. Oldrad. cons. 312. Calder. cons. 13. tit. de iure patron. Abbas c. 1. vers. & hac faciunt, ext. de re... domib. Cardin. Florent. c. ex litt... col. 2. oppo. 2. ext. de iure patron. Bald. cons. ... in ip. Quidam nobilis. lib. 1. ... c. cum Ecclesia S...na. verb. ... tum, & ibi Innoc. & Dd. & Rip. n. ... ext. de caus. poss. & propriet. Abbas c. cum olim. ext. eod. tit. Abbas cons. 54. col. 2. lib. 1. Dec. cons. 126. col. ... cons. 1... col. 2. cons. 124. col. 1. cons. 127. col. 1. cons. 129. Socin. cons. 258. col. ... lib. ... Francis. Balb. in tract. de praescript. 5. part. princip. quaest. 9. col. 3. vers. quarta conclusio. Grauet. cons. 124. col. 2. & cons. 322. n. 4. vers. septimo principaliter. Ruin. cons. 50. in pr. lib. 5. Roch. Curt. in tract. de iure patron. verbo, competens. n. 30. Rol. à Vall. cons. 47. n. 26. & 27. lib. 1. Alex. cons. 74. lib. 4. Illamq; sententiam communem esse attestantur Franc. Rip. d. c. cum Ecclesia Sutrina n. 91. Rol. à Vall. cons. 47. n. 27. lib. 1. Multo verò magis per praesentationes plures quis quasi possessionē Iuris patronatus consequitur Corn. cons. 47. lib. 3. Dec. cons. 117. col. 2. consi. 124. col. 1 & cons. 129. col. 2. Grauet. cons. 322. n. 4. vers. septimò principaliter. Rol. à Vall. consil. 47. num. 2... lib. 1. Et in Iure patronatus vltima regulariter quasi possessio consideratur. Frider. de Sen. consil. 234. col. 3. circa medium. vers. ad secundum. Oldrad. consil. 312. Rota decision. 557. in antiquis. Dec. consil. 117. cons. 124. col. 1. cons. 126. col. 2. & cons. 129. col. 2 Grauet. cons. 322. n. 5. Curt. in tractatu de Iure patron. verb. competens. n. 35. Rol. à Vall. cons 47. n. 38. & 39. lib. 1.

Sed Duces P. in libello, ab ipsis producto, contra senatum S. expressè ponunt, quòd senatus S. vltra 30. annos pro suo libitu, & Superintendentem, & omnes alios concionatores vocauerit, conduxerit, & praesentauerit, non semel tantum, sed saepiùs, & quotiescunq; opus fuit; Illeq; libellus contra Duces P. absq; dubio plenam, & indubitatam fidem facit; Clari enim Iuris est, quòd producens libellum fateri intelligatur omnia, in isto libello posita. l. conditioni. & ibi Iason & Dec. C. de conditionib. Instit. l. cum pretium. & ibi Bald. & Dd. C. de liberal. caus. gloss. l. rura. C. de omni agro deserto. lib. 10. Oldrad. cons. 297. col. 1. Cuma. cons. 83. col. 3. Imo. cons. 127. circ. fi. Alb. c. examinata. not. 3. ext. de Iudic. Albas cons. ... col. 2. cons. 73. col. 1. lib. 1. cons. 38. quaest. 2. lib. 2. Rom. cons. 23. cons. 91. cons. 104. & cons. 1... Ioan. de Ana. cons. 77. Igitur ex hoc seq... quòd Senatus S. sit in quasi poss: Iuris pa...natus, nempe Iuris vocandi, conducendi, & praesentandi superintendentem, reliquosq; concio...tores in ciuitate S.

Rursus ex h... in...ur, senatum, populumq; S. hanc praesum...nem Iuris pro se habere, quòd ip... o...nes omninò Ecclesias, existentes in ciuitate S. aedificauerint quodque Ius patronatus in omnibus omnino Ecclesijs ciuitatis S. ad senatum populumq; S. pertineat.

Tertiò secundum naturam est, commoda cuiusq; rei eum sequi, qui onera, siue incommoda sustinet, l. secundum naturam, & ibi Decius Cagnol. & DD. de R. I. l. 1. in pr. de instit. act. lib. §. pro secundo. C. de Caducis toll. §. cùm autem. Inst: de empt. & vend. c. qui sentit. & ibi gl. Ioan. Andr. & Dyn. de R. I. lib. 6. Imò absurdum est, alium habere commoda, & alium sustinere onera. l. is qui in potestate. §. final. de legat. praestand.

Sed in figuratione casus narratur, quòd senatus, atque populus S. omnia omninò onera Ecclesiarum ciuitatis S. sustineant, & inter caetera de suo stipendia constituant pastoribus, atque concionatoribus Ecclesiarum ciuitatis S. nec non & sarta tecta Ecclesiarum suis sumptibus conseruent: Igitur sequitur quod ad senatum, atq; populum S. similiter & omne commodum, & per consequens, ius patronatus, quod commodum, siue honos reputatur, Ioan. And. Ant: de Butrio, Cardin. Panorm. & Dd. rub. ext. de iure patron. Caspar. Calder. repetit. c. transmissa. ext. de iure patron. Roch. Curt. in trac. de iure patron. §. aggredior & verb. honorificum spectare debeam.

Quartò Ius limitatum extra limites suos minimè extendi debet. l. cancellauerat. ff. de his, quae in test. del. l. cum seruo. in pr. & ibi Bald: ff. de seru: export: & l. in ratione. §. final. ff. ad l. Falcid. l. ità autem. in princ. ff. de administ. tut. l. in agris. & ibi Alb: de Rosat: ff. de acquir: rerum dom. l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de legat. 2. l. sed si plures. §. ad substitutos. vers: in arrogato, & ibi Bald: Imo: Raph. Cuman. Alexand: & Ias: ff. de vulg: & pup: sub. l. milites agrum. ff. de re milit: l. age cum Geminiano. & ibi Bald: & Salices. C. de transact: Felin: c. cùm ordinem. nu: 4. ext: de rescript: Felin: c. Petrus. col: 3. ext: de homicid. cum multis simil: allegat: per Tyraquel. in tract: cessante causa. par: 1. num: 142. & 143.

Similiter clari Iuris est, quòd cessante causa cesset & effectus c. Etsi Christus, ext: de Iureiur: c. cum cessante. & ibi Philippus. Franc: Decius & Dd. ext: de appellat: c. cùm infirmitas, ext: de poenis: & remissio. l. in omni, & ibi Barr: ff. de adopt: l. licet. §. ea obligatio. ff. de procurat: l. actione. §. si alicuius. ff. pro socio. l. fin: & ibi gloss: & Bart: de test: tut: l. si duae. §. pen: ff. de excus: tut: l. ex facto. in pr: & ibi Dd. & Alex: ff. de vulg: & pupill; l. adigere. §. quamuis. ff. de iure patronat: cum mult: simulib: allegat: per Tyraquell. in tractat: cessante causa. num: 11. cum 4. sequentibus. Quodque mutatâ causâ Iuris & ipsum quoq;

quodque Ius mutetur. *l. Paulus, & ibi Bart. ff. de acquir. hered. l. locitatu. §. fin. & ibi Bart. & Dd. ff. de publicis l. 1. C. de impo: lucra. descriptio. lib. 10. l. cùm patronus. ff. de legat. 2. l. si fundum. per fideicommissum. §. fin: & ibi notat. ff. de leg. 1. Bald. rub. quæst. 4. C. de vsuris. Bald. repetit. l. 2. col. 5. quæst: 7. C. de seruit. & aqua. Decius & Cagnol. l. in omnibus causis. ff. de R. I. Socin. cons. 93. lib. 10. n. 1. Tyraquel. in tract: cessante causa. part. 1. nu. 10.*

Sed in figuratione casus narratur, quòd Duces P. antiquitus, & vltra omnium hominum memoriam in Ecclesijs ciuitatis S. nullum penitus Ius patronatus, nec vllum Ius præsentandi Clericos habuerint, præter hoc, quod suæ Illustres Celsitud. tantum habuêre Ius patronatus in Ecclesiâ Im W. & pastorem illius Ecclesiæ, tanquam patroni tantùm præsentauerunt.

Similiter in figuratione casus narratur, quòd pastor siue parochus Ecclesiæ Im W. antiquitus, & vltra omnium hominũ memoriam Ecclesiæ S. non inseruierit, nec in ijs diuina celebrauerit, nec etiam ad hoc faciendum aptus, vel idoneus fuerit, & insuper in Clericos ciuitatis S. nihil penitus Iuris habuerit, quodq; ipsi cum Clericis, Ecclesijs, atque rebus Ecclesiasticis ciuitatis S. nihil commune, nihil negotij fuerit, præterquàm quòd ipse Cappellanis ciuitatis S. de oblationibus fidelium, in Ecclesijs factis, cibum, & potum præbuerit, quæ oblationes in Ecclesijs harum regionum penitus in desuetudinem abiêre, nec ampliùs in vsu sunt.

Deinde etiam in figuratione casus narratur, quòd Senatus, nec non & certæ familiæ ciuitatis S. vltra omnium hominum memoriam habuerint, Ius patronatus, Ius nempe & vocandi, & præsentandi omnes omninò illos Clericos ciuitatis S. qui vel ex redditibus beneficiorum, quæ à senatu, vel ciuibus S. fundata fuêre, vel alioquin sumptib. senatus, aut ciuium S. sustentati.

Ex quo infertur, illud Ius patronatus, quòd Duces P. in Ecclesiâ S. antiquitus habuêre, limitatum fuisse.

Rursus ex hoc infertur, illud Ius limitatũ extra limites suas minimè extẽdi, nec ad hoc porrigi posse, vt Duces P. habeãt Ius præsentandi illos Pastores atq; concionatores Ecclesiæ S. qui ex beneficijs Ecclesiasticis antiquitus à senatu, atque ciuibus ciuitatis S. fundatis, vel alioquin sumptibus Senatus, aut ciuium S. sustentantur, quodque Duces P. adhuc hodiè finibus sui Iuris patronatus contenti esse, nec vllum aliud Ius patronatus in ciuitate S. quàm tantum pastorem, siue Parochum Ecclesiæ Im W. præsentandi vsurpare debeant.

Quintò, Duci, Principi, vel alteri superiori, præsumenti aliquid extra limites suæ potestatis impunè non paretur. *l. fin. & ibi gl. Bart. Bald. Alex. Ias. Dec. & Dd. ff. de Iurisdict. om. Iud. c. vt annuarum. & ibi Dd. de constitut. lib. 6.*

Et confirmatur. Namq; factum, vel præsumptum à Principe, vel Duce extra limites suæ potestatis ratum non est, & viribus caret. *l. factum à Iudice, & ibi Dec. Cagnol. ff. de R. I. c. ea, quæ à Iudice, & ibi Dyn. eod. tit. lib. 6.* Atque perinde habetur, ac si illud non à Principe, vel Duce, sed ab homine penitus priuato factum, vel præsumptum fuisset, *gl. Dec. & Cagnol. l. non videtur. §. qui iussu. ff. de R. I. Decius & Cagnol. d. l. factum à Iudice. Felin. c. dilectus. n. 1. limit. 3. ext. de rescriptis.*

Similiter id quod Iure permittente fit, licitè, & Iure fieri censetur. *l. Gracchus, & ibi Bart. Bald. Alb. de Rosat. & Dd. C. ad l. Iul. de adulter. c. qui peccat. 23. q: 4. Philip. Port. cons. 29. n. 2.* Et is, qui quid Iure permittente facit, alteri non intelligitur inferre iniuriã. *l. iniuriarũ actio. §. n. ff. de iniurijs, l. nemo damnum facit. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de R. I.* neq; fraudem. *arg. l. si. C. de in integ. restit. l. nihil consensui. §. non capitur. & ibi Dec. & Cagnol. de R. I.* Eique, qui quid lege permittente facit, nulla debet moueri controuersia. *l. sancimus. la. 1. C. de admin. tut.* Et contra eum agi non potest neque ad pœnam corporalem, neque ad pœnam pecuniariam. *l. fin. & ibi Dd. ff. quod quisq; Iuris. l. in contubernatu. ff. de concubinis. l. Gracchus, & ibi Bart. Bald. Albert. de Rosat. & Dd. C. ad l. Iuliam. de adult. Ias. l. si plagij: n. 3. & 4. ff. de V. O. Felin. c. quæ in Ecclesiarum. nu: 14. ext. de constitut. Dec. l. bona fides. circ. fin. ff. de R. I. Bald. l. Decuriones. C. ex quib. caus. infam. irrog. Cagnol. l. nemo damnum dat. ff. de R. I. Hyppol. de Mars. l. patre vel marito. n. 7. ff. de quæstion. Ioan. Neuiz. in sylua nupt. lib. 1. n. 83. cum multis seqq. Philip. Port. cons. 150. n. 41.* neque ad damnum. *l. nemo damnum facit. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de R. I.* neque ad interesse. *Pet. de Bellapert. l. si qui ex consensu. & ibi Cyn. n. 9. circ. fin. C. de Episc. & Cler. Alex. l. si conuenerit. n. 4. & ibi Decius lectu. 1. nu. 20. limit. 4. ff. de Iudic.* Et non tantùm quoad pœnam, damnum, vel interesse, sed nec vllo alio modo id, quod legitimè factum est, facienti nocere, vel obesse debet. *Philip. Port. cons. 38. n. 16.*

Cùm itaque Duces P. metas suæ potestatis, suiq; Iuris excesserint, in hoc, quòd ipsi Senatui S. pastores, & concionatores obtrudere, nec non Ius patronatus, quoad illos concionatores, & pastores, qui ex beneficijs Ecclesiasticis, à Senatu, & ciuibus S. fundatis, nec non & alijs sumptibus Senatus, & ciuium S. sustentantur vsurpare præsumpsêre: Sequitur Senatum S. Ducibus P. in hoc impunè

punè non paruisse, ipsosq; propter hoc factum neq; ad pœnam, neq; ad damnum, neq; ad id, quod interest, neque aliter conueniri posse.

Sextò. Per præsentationes plurimas factas ab aliquo, tanquam à patrono, accedente cursu, siue lapsu temporis, præsumitur, & probatur Ius patronatus siue titulus iuris patronatus, videlicet quod is, qui tales præsentationes fecit, ius patronatus legitimo titulo acquisierit. *Panorm. in sua disp. incip. Augerio. Frider. de Sen. cons. 224. Cardin. Clem. 2. quæst. 5. de iure patron. Prapos. c. hortamur. dist. 71. Dec. consil. 117. col. fin. Alexand. cons. 75. lib. 4. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princip. quæst. 9. num. 5. Roch. Curt. in tract. de iure patron. verb. ipse vel is. n. 53. 84. & 85. Felin. c. causam. n. 7. ext. de præscript. Felin. in tract. quando litera Apostol. noceant patro. ecclef. col. fin.* Eiusdem opinionis sunt & illi Dd. qui concludunt, per antiquam possessionem ius patronatus probari. *Bald. l. cum super. C. de rei vind. Barbat. cons. 41. incip. illud afferam. lib. 1. Roch. Curt. in tract. de iure patron. verb. ipse vel is. nu. 85. & 95. Corset. sing. incip. patronatus. el. 2.*

Et licet aliqui Dd. velint, ex lapsu temporis, & præsentationibus aliquibus, non aliter præsumi ius patronatus, nisi illud tempus sit tale, cuius in contrarium memoria non extat. *Felin. c. causam quæ, n. 7. ext. de præscript. Feli. in tract. quando litera Apost. noc. pat. ecclef. col. fin. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princ. quæst. 9. n. 8.* Tum per text. *c. querelam, ibi, de antiqua consuetudine. ext. de elect.* ponderando videlicet illud verbum, (antiqua consuetudine) cùm illud dicatur de antiquo, siue antiquum, cuius in contrarium memoria non extat. *Innocent. c. veniens. ext. de V. S. Alex. & Ias. l. cum aliquis, C. de iure delib. cum mult. simil. allegat per Aym. Grauet. in tract. de antiquitat. tempor. part. 1. §. circa primam. n. 4. Hieron. de Mont. in tract. de finib. cap. 70.* Tùm quia, cùm quælibet ecclesia præsumatur libera, is, qui allegat eam seruituti iuris patronatus obnoxiam præsumptionem iuris contra se habet. *Roch. Curt. in tract. de iur. patron. verb. ipse vel is, nu. 96.* Attamen ego iudico, ad præsumendum hunc titulum, ex lapsu, siue cursu temporis, interuenientibus præsentationibus, non requiri lapsum illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, sed sufficere lapsum longi temporis, 10. nempe annorum, vel saltem longissimi temporis, 3 . nempe vel 40. annorum. Namq; clari & indubitati iuris est, nec non & à DD. magis communi [illegible] traditum, quòd regulariter ex lapsu longi temporis, 10. nempe vel 20. annorum titulus aduersus scientem, & patientem præsumatur. *gloss. l. seruitutes in pr. verb. certam. circ. fin. & ibi Bart. Paul. Castrens. ff. de seruit. gloss. l. cum de in rem verso, & ibi Bartol. ff. de vsuris. Innoc. & Abbas c. si diligenti. ext. de præscrip. Anton. de Butr. c. peruenit. char. 11. & ibi Abbas. ext. de Censib. Bart. Alex. & Ias. l. qui in aliena. §. 1. ff. de acquir. hered. Alb. de Ros. l. 2. C. de seruit. & aqua. Angel. §. aquæ col. 5. versic. cautela. Inst. de act. Cæpol. de seruit. c. 19. col. 2. Felin. c. de quarta, num. 41. ext. de præscript. Alex. & Ias. l. si certis annis, C. de pact. Franc. Balb. de præscript. 2. part. 3. part. princip. quæst. 10. num. 7.* Et hoc vsq; adeò verum est, vt etiam in ijs, in quibus agitur de magno præiudicio, titulus ex lapsu 30. vel 40. annorum præsumatur. *Innoc. c. peruenit. col. 3. ext. de empt. & vend. Alexand. l. sciendum. col. 4. ff. de verbor. obli. Curt. Sen. cons. 76. incip. super motiuis. col. 2. circa med. Franc. Balb. de præscript. 2. part. 3. part. princ. quæst. 10. nu. 27. vers. tertia conclusio.* Et hoc potissimum procedit, interueniente scientiâ, & patientiâ aduersarij. Namq; per scientiam, & patientiam aduersarij iustificatur possessio, vel quasi, etiamsi illa præsumptionem iuris contra se haberet. *Anton. de Butr. c. cum ecclesia. & ibi Imo. col. pen. ext. de caus. poss. & propriet. Dec. cons. 134. num. 5. Felin. c. si diligenti. nu. 7. vers. secundo restrictio. ext. de præscript. Rol. à Vall. cons. 47. nu. 42. lib. 1.* Nec obstat text. *in d. c. querelam, ibi, antiqua consuetudine, ext. de electione.* Namque ista verba illius text. non sunt verba decisiua, sed sunt verba narratiua partis, ex quibus verbis narratiuis partis regulariter argumentum, vel collectio sumi nequit. *gloss. c. auditis. verb. ex post facto. ext. de elect. gloss. c. 2. verb. non teneris, & ibi Gemi. de dolo & contumacia. lib. 6. gloss. c. 1. verb. collationem. de rerum permutat. lib. 6. gloss. l. 1. & ibi Ias. num. 22. C. quando non petent. part.* Similiter non est verum, quod Laico, fundanti se ex lapsu temporis, & coniunctione actuum, quoad præsumendum titulum iuris patronatus, ius commune resistat. *prout hoc tradit Frider. de Sen. cons. 234. col. 2. in fin. Dec. cons. 134. col. fin. Roland. à Valle cons. 47. n. 41. lib. 1.* Eo potissimum casu, quando populus, siue parochiani illarum ecclesiarum, de quarum iure patronatus agitur, istum titulum ex lapsu temporis probare nituntur, & sunt in quasi poss. iuris patronatus, tunc enim præsumptio iuris non resistit, sed adsistit allegantibus titulum, & ius patronatus, *sicut hoc ex supra dictis liquet.*

Et licet quælibet ecclesia in dubio præsumatur esse libera à iure patronatus, siue à seruitute iuris patronatus. *sicut hoc ex prædictis liquet.* Attamen ista præsumptio non est vrgens, sed leuis, & non est specialis, sed generalis: Et certi iuris est, quòd resistentia iuris siue præsumptionis iuris non impediat communem neque præscriptionem, neq; præsum-

prionem eo casu, quando ista resistentia, siue præsumptio contraria est, vel leuis. *Anton. de Butr. c. peruenit. col. 8. ext. de Censib. Pet. de Anchor. c. sine possessione, de R. I. in 6. Felin. c. si diligenti. n. 8. vers. quarta restrictio, ext. de præscript.* vel generalis tantum. *Bald. l. 1. ad f. Cod. de seruis. Pet. de Anch. d. c. sine possessione, Fel. d. c. si diligenti, nu. 9.* vel quando interuenit scientia, & patientia illius, de cuius præiudicio agitur. *Ant. de Butr. c. cum ecclesia. & ibi Imo. col. pen. ext. de caus. poss. & propriet. Felin. c. si diligenti. n. 3. vers. secunda restrictio ext. de præscript. Dec. cons. 134. col. fin. Roland. à Vall. cons. 47. n. 42. lib. 1.*

Sed in specie facti, mihi propositá, narratur, quod senatus, atq; ciues S. vltra omnium hominum memoriam habuerint ius patronatus, siue ius præsentandi, respectu omnium omnino clericorum ciuitatis S. exceptis tantùm illis cappellanis, quos parochus ecclesiæ in W. ex oblationibus S. factis exhibuit & alimentauit.

Similiter in facti specie, mihi exhibitá, narratur quòd senatus S. fuerit vltra 40. annos in quasi possessione iuris patronatus, siue iuris præsentandi indistinctè respectu omnium omninò clericorum, pastorum nempe, & concionatorum ciuitatis S.

Nec etiam in quicquam dubitandum est, Duces P. habuisse horum actuum notitiam, à senatu S. celebratorum. Tum, quia hi actus à senatu S. publicè, & palàm celebrati sunt. Et dubio omni caret, illius, quòd in aliqua prouincia publicè & palam fit, præsumi omnes omninò homines, siue incolas illius prouinciæ notitiam habere, & habuisse. *c. 1. ext. de post. prælat. c. quod dicatis, dist. 26. Panorm. c. Pastor. lis n. 7. de elect. Clem. 1. in fin. de concess. præbend. gl. l. si tutor periculi, & ibi Bart. C. de peric. tut. Ias. l. si per errorem, num. 11. & 12. ff. de iurisdict. om. iud. Ias. §. si agens. nu. 8. Inst. de Action. Aym. Granet. cons. 195. n. 7.* Tum quia ex lapsu longi temporis, 10. nempe annorum scientia & præsumitur, & probatur. *Salic. l. autoritate, C. vnde vi. Cal. i. cons. 15. col. 1. tit. de præbend. Raph. Cum. cons. 162. col. pen. Dec. cons. 185. col. 6. Aym. Granet. de antiquit. temp. part. 2. §. ex præmissis, nu. 40. Laurent. Sylvan. cons. 96. nu. 5.* Et cum hactenus probatum non sit, principes P. hisce actibus, à senatu S. celebratis, contradixisse, eo ipso patientia ipsorum probata censetur, per iura vulgaria.

Igitur ex hoc infertur. Primo quòd ex lapsu illius temporis immemorialis, iuncta præsentationibus plurimis præsumatur & probetur, quòd ius patronatus, siue ius præsentandi clericos omnes ciuitatis S. exceptis ga[illegible] um il[illegible], quos Parochus ecclesiæ in W. ex [illegible] hd[illegible]ium factis S. alimentauit, [illegible] senatum populumq; S. pertineat. [illegible]

Secundò ex hoc infertur ex eo, quòd senatus S. vltra tempus 40. annorum ind[illegible]ctè habuit, & exercuit ius patronatus, siue ius præsentandi, quoad omnes omninò [cle]ricos, pastores nempe, & concionatores ciuitatis S. præsumi & probari, quòd ius patronatus, siue ius præsentandi, respectu omnium omninò clericorum pastorum, & concionatorum ciuitatis S. ad senatum, populumq; S. pertineat.

Septimò ius patronatus alicuius ecclesiæ acquiritur non tantùm fundatione, constructione, dotatione, permutatione, & titulo vniuersali, sed etiam singulari donationis titulo, *prout hoc expressè, & in specie tradit glo[illegible] pie mentis 16. quæst. 7 gl. c. cum seculum. ext. de iur. patron. Innoc. & Dd. rub. ext. eod. tit. Roch. Curt. de iure patron. §. aggredior. n. 1. & verbo ipse vel is. n. 1. fac. sext. c. 1. & ibi Dd. de Iure patron. lib. 6.* Et licet in hoc contrarium tenet. *Bald. l. 1. col. pen. C. de edict. D. Adrian. toll. Bald. cons. 185. lib. 3. Panorm. in sua dispo. incip. Angerio. dub. 1.* Attamen præcedens opinio est communiter approbata, *prout hoc tradit Roch. Curt. in tract. de iur. patro. verb. ipse vel is. num. 1.* Idemq; illa opinio in iudicando, & consultando sequenda, cùm iudex in iudicando semper communem, & receptam Dd. sententiam sequi teneatur. *l. & ibi Bald. ff. de senator. l. 1. ff. de offic. quæstor. l. Athletas, in pr. ff. de his qui not. infam. Abbas. Fel[in]. & Dec. c. 1. ext. de constit.* vsq; adeò, vt is qui contra communem opinionem iudicat, & imperitus præsumatur. *Alex. cons. 95. n. 6. lib. 2.* Et facit litem suam, atq; parti læsæ ad id, quod interest, condemnetur. *Bart. l. fin. C. de poen. iud. qui male iudic. Angelus l. terminatu. C. de fruct. & l[it]. expens. Abbas c. prudentiam. in pr. ext. de offic. delegat. Ias. l. cum prolatis. ff. de re iudic.* Et non tantùm per consensum expressum, sed etiam [ta]citum iuri patronatus renuntiari, illudq; [per] renuntiationem, siue concessionem, tàm tacitam, quàm expressam in alium transferri potest, *prout hoc expressè tradit Cardin. Paris. cons. 144. n. 8. lib. 4. allegans ad hoc tradita, & notata in c. ac[c]edentib. ext. de priuil. Panor. c. per nostras. ext. de Iure patron.*

Similiter non tantùm totum ius patronatus, sed etiam pars ipsius alte[illegible] te recenta titulo donationis siue concessionis gratuitæ in alium transferri potest. *[illegible] cens c. insinuatione. ext. de iur. patron. Calder. cons. 19. tit. de iur. patron. Roch. Curt. in tract. de iur. pat. verb. ipse vel is. qu. 18. n. 15.* Et licet mandatum alioquin ex lapsu temporis non præsumatur, attamen hoc non procedit, vel quando actus gestus talis est, quam gerens verisimiliter absq; mandato præsumpsisset, neq; inchoasset. *Rota decis. 33. in antiquis. Socin. cons. 46. col. 2. lib. 3. Dec. con[s].* [illegible]

col. 5. consil. 42. col. penul. Dec. l. 2. col. 4. C. qui admitti: &c. Curt. Sen. consil. 77. col. 4. vel quando vltra lapsum temporis concurrit, & ex parte illius, de cuius fauore agitur quasi possessio, & ex parte illius, de cuius præiudicio agitur scientia, & patientia. *Alexand. cons. 1. col. pen. lib. 4. Brun. cons. 95. col. 1.* vel quando adsunt aliæ coniecturæ. *Curt. Sen. cons. 77. col. pen. vers. tertia conclus. Grauet. in tract. de antiquit. temp. part. 2. n. 69.*

Præterea quoq; consensus illius, de cuius præiudicio agitur, in actu aliquo interuenisse præsumitur ex coniunctione, siue ratione coniunctionis illius personæ, quæ istum actum celebrauit. *l. si seruus communis, ff. de don. int. vir. & vxor. l. in adoptionibus, & ibi Bart. ff. de adopt. Cyn: Bald. Salicet. & Paul. Castrens. l. mutis, C. de procur. Iaf. l. qua dotis, nu. 72. ff. sol. mat.* Quod procedit non tantùm coniunctione sanguinis, sed etiam in qualibet alia coniunctione. *Panorm. c. 2. col. fin. arg. illius text. ext. de his, quæ fi. à prælat. sine consensu. Cap. Iasl. l. qua dotis, n. 73. ff. solut. matrim.* Similiter & ex scientia, & patientia longi temporis to. nempe annorum præsumitur, & probatur consensus. *Bald. l. si filius, arg. ill. text. C. de petit. hered. arg. l. qui in aliena, in pr. arg. ill. text. & ibi Dd. ff. de acquir. her. Alex. l. 2. §. voluntate. col. 2. ff. sol. matr. Iaf. qua dotis, nu. 85. ff. eod. tit.*

Sed in specie facti, mihi propositâ, narratur, quòd in prima visitatione, Dominus D. B. vnà cum consiliarijs Ducum P. talem ordinationem fecerit, cùm ius patronatus Ecclesiæ S. Ꝟ. quæ perhibetur esse mater omnium ecclesiarum ciuitatis S. vnà cum æditius ecclesiarum eiusdem ciuitatis ius, & potestatem habere debeat, adhibito consilio reliquorum concionatorum S. virum doctum, & idoneum ad officium superintendentis, vocandi, nominandi, siue præsentandi. Et cum illi consiliarij Ducum P. qui talem ordinationem fecêre, fuerint homines prouidi, & sapientes, quos non verisimile est, tale quid præsumpsisse absq; mandato Ducum P. præsumi debet, illos consiliarios istam ordinationem fecisse ex mandato expresso Ducum P. tùm per supradicta, tùm quia pro viris prouidis, & honestis magna præsumptio militat, quòd ipsi nihil temerè, imprudenter, vel absq; legitimo mandato, aut potestate fecerint, aut præsumpserint. *c. nisi essent, & ibi gl. & Abb. ext: de præbend: Innoc. c. 1. ext: de cleric: peregrinant. Ioan. de Selva: in tract: de beneficijs, part: 2. q. 23. n. 41. Bart. Bologni: repet: Auth: habita, num: 97. C. ne filius pro patre. Iasl. l. 2. n. 33. ff. si quis in ius voc. non ierit.* Et hoc multò magis in casu præsenti dicendum, eam ob causam, quia ista ordinatio, palàm & publicè facta, nec non etiam per totam ciuitatem S. publicata est: Et sic Duces P. absq; omni dubio illius ordinationis scientiam, & notitiam habuêre.

Et cum illa ordinatio scientib. & patientib. Ducibus P. vltra tempus non modò longû, verùm & longissimum obseruata, & senatus S. per illud tempus scientibus, & patientibus Ducibus P. fuerint in quasi possess. iuris, Superintendentem vocandi, nominandi, & principibus commendandi siue præsendandi: Ex hoc similiter probatur, consiliarios Ducum P. illam ordinationem, fecisse de mandato Ducum P. Et posito Duces P. fidem facere posse, quod consiliarij ad istam ordinarionem faciendam, nullum mandatum tacitum vel expressum habuerint: Attamen cùm ad notitiam Principum P. peruenerit, talem ordinationem à Doctore B. & consiliarijs suæ illustris Celsit. factam, atq; Principes illam contradicendo non improbauerint, sed eam vltra tempus longum ex certâ scientiâ tolerauerint, ex hoc sequitur Principes istam ordinationem & approbasse, & ei consensisse, tùm propter magnam coniunctionem inter Duces P. eorumq; consiliarios, qui reputantur pars corporis illorum: tum propter patientiam diuturnam.

Nec dubium est, per illum consensum, siue approbationem Ducum P. etiam ex post facto superuenientem istam ordinationem, in præiudicium Ducum, validam, & firmam effectam, etiamsi illa ab initio, propter defectum, mandati, siue consensus principum, nulla, vel inualida fuisset: Cùm regulariter consensus tàm ante, quam post actum adhiberi, & præstari possit. *l. fin. C. ad SC. Maced. l. 1. §. prodesse. ff. quærum, legat. c. cùm nos. ext: de his quæ fiunt à præl. & c. c. cum cura, & ibi Panor. ext. de Iur. patron. c. suggestum, & ibi Panor. ext. eod: Iaf. & Dd. l. si quis mihi bona. §. iussum, ff. de acquir. her. Aug. cons. 87. col. 2.* Atq; per consensum siue ratihabitionem superuenientem actus prius gestus in præiudicium consentientis, siue approbantis, validus, & firmus efficiatur, etiamsi ille actus vel ab initio fuerit nullus. *Bal. l. obseruari op. pos. 1. ff. de offi. procons. Alex. cons. 78. col. pen. lib. 5. Dec. semper qui non prohibet. n. 16. ff. de R. I.* vel nomine approbantis non celebratus. *l. mater. C. de rei vendit. l. si fundus, §. 1. ff. de pignor. Bart. l. si pupilli. §. sed si ego. ff. de negot. gest.*

Præterea etiam Dux P. nomine Philippus piæ memoriæ in epistolâ missâ ad senatum S. cuius copia mihi sub literâ C. transmissa est, expressè confessus est, quòd ius nominandi primarium pastorem, siue Superintendentem in ciuitate S. ad senatum S. spectet. & pertineat. Illamq; confessionem tàm contra Ducem Philippum piæ memoriæ, quàm contra modernos Duces suæ illustris celsitudinis successores

sores plenam, & indubitatam fidem facere, dubio omni caret: Cum sit clari iuris, quod confessio contra confitentem plenam fidem faciat, *sicut hoc suprà docuimus*, quodq; confessio heredi, siue successori vniuersali, perinde vt ipsi confitenti noceat. *arg. l. ea quæ à patre, de testi. milit. l. cum à matre. de rei vind. l. cum heredem l. aliud est vendere. §. absurdum. l. in omnibus officijs. §. non debeo, & l. qui in ius. ff. de regul. iuris.* Quinimò non tantum confessio successori vniuersali, siue heredi, sed etiam successori singulari præiudicat, & contra illum plenam fidem facit. *Bartol. l. 1. §. si heres. ff. ad SC. Trebell. Franc. Aret. cons. 102. circ. fin. Socin cons. 11. col. 1. cons. 82. col. 2. lib. 3. cum mult. ibi allegat. per Aym. Grauet. in tract. de antiq. temp. part. 1. §. ampliatur, n. 22.*

Et licet Dux Philippus P. in illa epistolâ affirmet, ius patronatus in ecclesijs S. ad suam illustrem Celsi[illegible]. spectare seque illud ius sibi absq; diminutione conseruari velle, attamen illa clausula, siue reseruatio generalis, minimè extendi debet ad specialiter permissa, & concessa: Et sic nullo modo extendi potest ad ius vocandi, nominandi, & commẽdandi siue præsentandi Ducibus P. Superintendentem, siue primarium concionatorem, quod ius senatui S. competere Dux Philippus in istâ epistolâ expressè, & specialiter confessus est; cùm legibus cautum, nec non à Dd. traditum sit, clausulam, siue reseruationem generalem, non extendi ad ea, quæ specialiter permissa, & concessa sunt. *Prout hoc expressè & in specie tradit Card. Paris. cons. 16. n. 30. lib. 8. & satis probatur, tum per text. l. doli clausula, & ibi Ias. & Dd. ff. de verb. oblig. tum per id quod tradit Bart. Angel. & Fulgos. l. fin. l. idem quæsitum. & ibi Ias. num. 5. ff. de condict. indeb.*

Et sic ex prædictis liquet, per istam ordinationem ecclesiasticam, nec non Epistolam Ducis Philippi, subsecutam, titulo donationis, siue gratuitæ concessionis ius vocandi, nominandi, & Principibus P. commendandi, siue præsentandi Superintendentem, vel primarium concionatorem, in senatum S. translatum, etiamsi senatus S. illud ius anteà non habuisset.

Octauò. Licet patronatus ius patronatus neq; in solidum, neq; pro parte, absq; consensu Episcopi in Laicum titulo donationis, vel concessionis gratuitæ transferri possit: Attamen clericis, siue locis religiosis, etiam absq; consensu Episcopi ius patronatus in solidum, vel pro parte, titulo donationis, vel concessionis gratuitæ applicari potest, *iuxt. text. clarum & expressum c. 1. in pr. & ibi Ioan. Andre. Archidiac. Petr. de Anchor. Francis. & DD. de iure patron. lib. 6. c. illud, & ibi Panorm. Cardin. & DD. ext. eod. DD. c. ex insinuatione, & c. cum secundum. ext. de iure patron. Panorm. & Innoc. c. de monachis. ext. de præbend. Roch. Curt. in tract. de iure patron. verb. pro eo. quæst. 2. num. 3. & 4. & verb. ipse vel ii. quæst. 17. n. 32.* Et idem quoq; iuris est, si ius patronatus titulo donationis simul concedatur laico, & clerico, siue loco religioso; tunc enim similiter illam concessionem, etiam absq; consensu Episcopi factam, ratam esse iudico, eam ob causam, quia de iure patronatus, quod clericus, vel locus religiosus commune habet cum Laico, in omnibus, & per omnia idem ius statuitur, quod de iure patronatus soli clerico siue ecclesiæ competenti statuitur. *gloss. c. 1. §. fin. verb. Ecclesiasticus, & ibi Archidiac. Pet. de Anchor. Gem. Philip. Franc. & Dd. de iure patron. lib. 6. Panorm. c. cum te. q. 7. ext. eod. tit. Ias. l. si emancipati. nu. 20. C. de collat. Pet. Rebuff. in tract. de priu. schol. priuil. 106. nu. 6. fac. text. l. si communem. ff. quemadmod. seru. amit. Et id quod latè tradit Felin. c. 1. ext. de præscript. Ias. d. l. si emancipati. Petr. Rebuff. in tract. de priu. schol. priu. 106.*

Sed ex ordinatione, factâ in primâ visitatione, liquet, quòd ius vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi Superintendentem, siue primarium concionatorem, non tantùm senatui S. sed etiam concionatoribus, siue ecclesijs S. concessum sit, sicut hoc satis patet ex eo, quod in ista ordinatione cautum est, quòd senatus atq; æditui S. vnà cum consilio aliorum concionatorum ius & potestatem habere debeant, Superintendentem vocandi, nominandi, & Ducibus P. commendandi, siue præsentandi. Igitur sequitur, illam concessionem, siue ordinationem impugnari non posse ex eo capite, quòd illa concessio siue ordinatio fuerit facta citra consensum Episcopi.

Nonò, illi actus, in quibus alioquin consensus Episcopi requiritur, etiam citra consensum episcopi expediri possunt, eo casu, quando episcopi copia non habetur: sicut hoc satis probatur, tum per id, quod legibus expressè cautum est, etiam illam collationem beneficij ecclesiastici, in quâ consensus Episcopi requiritur, citra consensum Episcopi fieri posse eo casu, quando episcopi copia haberi nequit. *c. 1. §. f. & ibi DD. ne sed. vacante. lib. 6. Tyraquel. in tract. de legib. connubial. gloss. 8. num. 13.* Tùm quia licet in alienatione rerum ecclesiæ requiratur consensus Episcopi. *c. Abbatis. 12. q. 2. cum multis simil.* Attamen alienatio rei Ecclesiasticæ, etiam absq; consensu Episcopi fieri potest, eo casu, quando Episcopi copia haberi nequit. *Barbat. consil. 61. incip. A Ioue principium. col. 5. versic. præterea posito non tamen concesso, Tyraquel. in tract. de ll. connub. gloss. 8. n. 18.* Tùm quia regulariter

is actus

ls actus, in quo consensus alicuius requiritur, siue adhiberi debet, etiam absq; consensu illius expedire potest, eo casu, quando illius, cuius consensus requiritur, copia haberi nequit. *Bald. l. transactionem. & ibi Alciat. C. de transact. Bald. cons. 391. lib. 5. Bald. l. in coniunct. C. de nupt. Bart. Ang. & Raph. Fulgos. l. si longius §. fin. arg. illius text. ff. de iudic. cum mult. simil. alleg. per Tyraq. in tract. de legib. connub. gloss. 8. num. 6. vsq; ad nu. 19.*

Idem quoq; Iuris est si Episcopi quidem copia haberi possit, sed Episcopus ad praesentandum consensum sit inhabilis, siue non idoneus, tunc enim ille actus absq; consensu Episcopi perinde expediri potest, atq; si Episcopi copia haberi non posset: cùm sit clari Iuris, quòd actus aliquis, in quo consensus alicuius requiritur, si ipse sit inhabilis, perinde absque consensu illius expediri possit, atque si illius copia haberi non posset. *Baldus, Angelus, Imo. & Franc. Aretin. l. cum. heres. arg. illius text. ff. de acquir her. Rom. l. si quis mihi bona. §. pater filio. ff. de acquir. hered. Alex. l. 2. §. voluntatem, col. 2. & ibi Franc. Rip. ff. sol. matrim. Bald. cons. 201. lib. 1. cons. 399. lib. 3. Alb. de Ros. in tract. statut. quaest. 84. fac. text. l. si nepos, ff. de ritu nupt. l. sed si vnius, §. filiusfam. ff. de iniurijs, l. iam dementis, C. de Episc. aud. l. si furiosi, C. de nupc. cum mult. sim. alleg. per Tyraquel. in tract. de legib. connub. gloss. 8. num. 33. vsq; ad num. 38.* Et hoc quidem generaliter verum est, potissimum autem procedit, si loco Episcopi absentis, vel inhabilis in isto actu adhibeantur personae honestae; cum sit clari iuris, quòd actus, in quo requisitus est, consensus Episcopi, ipso absente, vel inhabili existente, coram honestis viris, perinde vt coram Episcopo expediri possit. *Bald. c. 1. in fin. ext. de eo qui mit. in poss. rei ser. &c. Ias. l. fin. num. 2. vers. tertio facit, C. de iudic.* Et idem quoq; Iuris est, si loco Episcopi absentis, vel inhabilis existentis vnus tantum vir honestus ad istum actum expediendum adhibeatur, *prout hoc in simili tradit Panorm. in fin. & ibi Philip. Franc. quaest. 9. & Dec. num. 4. ext. de appellat.*

Sed certum est, quòd in totâ P. nec non in omnibus vicinis Ducatibus, & regionibus, vbi Euangelij doctrina lucet, Episcopis addictis Romanae Ecclesiae, omnis Iurisdictio spiritualis, omneq; Ius, respectu Ecclesiarum, abrogatum sit, illiq; quoad Ius patronatus, atq; Iurisdictionem exercendi in illas Ecclesias, in quibus Euangelij doctrina lucet, penitus inhabiles effecti fuerint.

Igitur sequitur, etiam posito in translatione Iuris nominandi, vocandi, commendandi, & praesentandi Superintendentem, siuè primarium concionatorem Episcopi consensum requisitum fuisse, cùm tamen Episcopis hodiè omnis potestas abrogata sit, & sic ipsi inhabiles effecti sint, istum actum translationis etiam absq; consensu Episcopi impugnari posse, praesertim cùm loco Episcopi ad istum actum consensus reuerendi, atq; doctissimi viri domini Iohannis B. Saccae Theologiae D. atq; Pastoris primarij in Ecclesiâ VVitebergensi adhibitus fuerit.

Decimò. Etiam in ijs casibus, in quibus in acquisitione, item & translatione Iuris patronatus consensus Episcopi requiritur, sufficit, siue consensus Episcopi interueniat in ipso actu, siue ante actum, siue etiam ex interuallo post actum. *Panorm. & Card. Florent. c. cura arg. illius text. ext. de Iure patronat. gl. 1. c. edocer. & ibi DD. ext. de rescript. Panorm. c. cum seculum. ext. de Iure patron. Panorm. c. suggestum. eod. tit. Panorm. cons. 89. col. 1. lib. 2. Rota decis. fin. tit. Iure patron. Roch. Curt. in tract. de Iur. patron. verbo pro eo, quaest. 4. num. 7. & 8.* Nec etiam illud refert, vtrum ille consensus sit expressus, an verò tacitus. Namq; hoc casu consensus tacitus idem operatur, quod expressus. *Card. Flor. c. cura in fin. ext. de Iur. patron. verb. pro eo. quaest. 8. num. 12.* Consensum etiam praesumptum hoc casu sufficere statuo, cùm sit clari Iuris, quòd in actibus omnibus, in quibus consensus alicuius requiritur, regulariter consensus praesumptus sufficiat. *Gozad. cons. 73. num. 29. vers. ad quintum. Tyraquel. in tract. de ll. connub. gl. 7. n. 47. facit id, quod tradit Franc. Aret. cons. 51. col. c. Ias. l. non hoc. col. 4. vers. confirmo per hoc. C. vnd. legit. Franc. Rip. c. cùm Ecclesia Sutrina. col. 8. vers. tertiò ampliari potest. ext. de caus. poss. & propriet.*

Et in acquisitione, siue translatione Iuris patronatus consensus Episcopi interuenisse praesumitur, ex lapsu temporis longi, vel longissimi. *Archidiac. c. nemo. de consecrat. dist. 1. Panor. c. cura in fine ext. de Iur. patron. Cardin. Florent. cons. 21. incip. quadam societas. Andr. Barbat. cons. 34. lib. 2. Rom. sing. 325. Rom. cons. 447. col. 2. Abb. c. Sopita. ext. de censib. Felin. c. de quarta. n. 12. ext. de praescr. Ias. l. si certis annis. n. 10. C. de pact. Cardin. Florent. c. requisiuisti. ext. de testam. Roch. Curt. in tract. de Iur. patron. verb. pro eo. quaest. 7. nu. 19.* Et confirmatur ex eo, namq; regulariter ex lapsu temporis longi, siue longissimi praesumitur & consensus, & omnis alia solennitas, tàm intrinseca, quàm extrinseca in actu aliquo requisita interuenisse, illumq; actum debito, & legitimo modo celebratum. *Ang. Imo. Raph. Cum. Alex. & Dd. l. sciendum. & ibi Ias. nu. 16. vsq; ad nu. 19. ff. de V. O. Ang. Alex. & Dd. in l. qui in aliena. in pr. vers. sed si non adierit. ff. de acquir. hered. Hostiens. Ioan. Andr. Feli. & Dd. c. Alberic. ext. de testib. Hostiens. Ioan. Andr. Felin. & Dd. c. illud. ext. de praesumpt. Tyraq. de ll. connub. gl. 7. num. 39. vsq; ad num. 49. Grauet. in tract. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc. ad tertiam. & §. vidimus in genere. per tot. in quib. locis Tyraq. & Grauet. multas autoritates ad hoc citant.*

Et eo casu, quando is, in cuius fauorem, de præsumendo consensu, siue solennitate agitur, est in possessione, vel quasi illius rei, de qua controuertitur, sciente, & patiente aduersario, tempus longum, decem nempe annorum, ad præsumendum consensum, & aliam solennitatem sufficit. *Paul. Castrens. cons. 202. col. 2. con. [illegible] col. 2. circ. med. Alex. consil. 45. in fin. lib. 1. Soccin. consil. 208. col. 3. lib. 2. Corn. cons. 378. col. 5. lib. 3. cons. 145. col. fin. & cons. 284. col. 1. lib. 4. Granet. de antiq. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertium. n. 1.* Et eo casu, quando is in cuius fauorem de præsumendâ aliquâ solennitate agitur, non est in possessione, vel quasi illius Iuris, de quo controuertitur, lapsus 30. annorum ad istam præsumptionem inducendam sufficit, etiamsi agatur, de maximo præiudicio. *Alexand. l. quæ in alieno. in pr. num. 3. ff. de acquir. hered. Alexand. consil. 179. col. 3. lib. 7. Aym. Granet. de antiquit. temp. part. 3. §. venio nunc ad tertiam, nu. 6.*

Sed in casu præsenti à prædictâ ordinatione, factâ S. in primâ ordinatione lapsi sunt plus quàm 30. anni, & senatus S. ab eo tempore semper fuit, & adhuc est in quasi possess. iuris vocandi, commendandi, & præsentandi primarium concionatorem, reliquosq; concionatores. & quidem scientibus, & patientibus Ducibus P.

Igitur sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, in casu præsenti ad robur, & validitatem istius ordinationis ecclesiasticæ, nec non & translationis iuris vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi primarium pastorem, reliquosq; concionatores, consensum Episcopi, vel alterius requisitum fuisse, illum tamen consensum ex lapsu illius temporis 30. annorum præsumi.

Vndecimò, licet translatio iuris patronatus in Laicum etiam titulo donationis, absq; consensu Episcopi, regulariter fieri nequeat: Attamen donatio, siue concessio gratuita, iuris patronatus, etiam absq; consensu Episcopi, facta in præiudicium donantis, siue concedentis valet, & rata est. *Rota decis. 17. tit. de iur. patron. in antiquis. Roch Curt. in tract. de iure patron. verb. ipse, vel is. num. 33.*

Ex quo infertur, etiam posito, sed tamen non concesso, in concessione siue translatione iuris vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi, de quo in casu præsenti agitur, & consensum Episcopi requisitum, & illum non interuenisse: Attamen nihilominus illam donationem, siue concessionem, ac translationem iuris patronatus in præiudicium Ducum P. qui illam concessionem siue translationem fecére, valere, & ratam esse.

Duodecimò, Donatio, concessio, siue translatio, iuris patronatus, siue iuris vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi, ab aliquo facta, non tantùm ipsi concedenti, sed etiam omnibus successoribus illius nocet, & præiudicat, *prout hoc expressè tradit Archidiac. Petr. de Anchor. Geminia. & Philip. Franc. c. 1. in pr. de iure patronatus lib. 6. Rota decis. 17. tit. de iure patronat. in antiquis. Cald. consil. 19. tit. de iur. patron. Paul. Castrens. consil. 44. incip. circa præsentem. num 3. & 4. lib. 12. Alexand. consil. 13. num. 20. consil. 18. nu. 6. & ibi Carol. Molin. in addit. consil. 26. num. 10. lib. 5. Roch. Curt. in tract. de iur. patron. verb. ipse vel is. quæst. 33. n. 75.* Igitur sequitur, quòd ista concessio, siue translatio iuris vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi primarium concionatorem, facta ab illustri Principe ac Domino, Domino P. Duce P. de quâ in casu præsenti agitur, etiam in præiudicium successorum, modernorum nempe Principum, valeat & rata sit.

Decimotertiò. Communis opinio ius facit, & pro iure habetur. *l. Barbarius Philippus, & ibi gloss. in verb. reprobari. Iacob. Butrig. Bart. & DD. & Ias. num. 22. ff. de offic. prætor. l. 3. ff. ad SC. Maced. l. 3. & ibi Bart. ff. de supellect. legat. l. Zenodorus. & ibi Salic. 11. C. ad SC. Maced. tit. 2. & ibi Bald. C. de sentent. & interloc. om. iud. l. 1. & ibi Bald. Fulgos. & DD. & Ias. num. 1. C. de testam. Cynus. l. decernimus, C. de SS. Eccles. Anton. de Butr. c. consultationibus, ext. de iur. patron. Ioan. Andr. c. cum dilectus, ext. de consuet. DD. c. ad probandum. ext. de re iudic. Aug. §. sed cum aliquis. Inst. de testam.*

Sed in specie facti, mihi propositâ, narratur, in totâ P. ab omnibus omninò Theologis, communiter doceri, & reputari, quòd Ius patronatus quarumlibet ecclesiarum, siue Ius vocandi, nominandi, præsentandi & conducendi concionatores ad quamlibet ecclesiam, siue parochianos cuiuslibet ecclesiæ indistinctè pertineat. Igitur & ex hoc sequitur, illam communem sententiam, & opinionem Theologorum pro iure, & veritate haberi, & vt ius publicum seruandum, & secundum illam etiam Ius patronatus Ecclesiarum ciuitatis S. ad senatũ populumq; S. pertinere.

Decimoquartò, clari Iuris est, nec non etiam Dd. communiter tradunt, ius patronatus etiam à Laicis præscribi posse. *Ioan. Andr. Anton. de Butr. & DD. c. querelam, extr. de elect. Ioan. Andr. c. quod alicui, de R. I. lib. 6. Ioan. Andr. Petr. de Anch. Domi. & Philip. Franc. c. 1. de I. patro. lib. 6. Card. Clem. 2. quæst. 5. ext. de elect. Panorm. c. sanè, ext. de priuilegiis. Panorm. cons. 66. lib. 2. Roma. con. 368. Alex. cons. 75. col. 2. & 3. lib. 4. Cæsar. Lambert. in tract. de Iur. patron. part. 2. lib. 1. quæst. 11. art. 1. Roch. Curt. in tract. de Iur. patron. verb. ipse, vel is. quæst. 36. n. 86. Felin. in tract. quando lite Apost. noc. patron. Ecclesia. Gemi. cons. 123. Felin. c. in nostra. nu. 39. ext. de rescript. Corn. cons. 47. col. 2. lib. 3. Decius, c. cùm venera-*

venerabilis. col. 17. ext. de except. Dec. cons. 117. cons. 124. cons. 126. & cons. 134. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. par. prin. quæst. 9. Cardin. Paris. cons. 47. n. 32. lib. 1. Couar. c. possessor. part. §. 10. n. 8. de R. I. in 6. Ang. Bero. cons. 6. n. 9. lib. 1. Illamq; opinionem communiter receptam, & approbatam esse, attestantur Dd. locis præallegatis.

Et hoc vsq; adeò verum est, vt in præscriptione Iuris patronatus, secundum veriorem, & receptiorem Dd. sententiam, titulus non requiratur. *Frid. de Sen. cons. 234. Corn. cons. 47. lib. 3. Dec. cons. 134. Cæsar Lambert. in tract. de Iur patron. lib. 1. part. 2. quæst. 11. Paul. de Citadin. in tract. de Iure pat. part. 7. art. 3. quæst. 17. Alex. cons. 75. lib. 4. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princ. q. 9. n. 6. & 7. Couarr. repetit. c. possessor. part. 2. §. 10. n. 8. de R. I. lib. 6. Rol. à Vall. cons. 47. n. 41. lib. 1.* Et licet aliqui Dd. velint, ad præscribendum Ius patron. titulum requiri; Attamen præcedens opinio meo iudicio verior est. Et insuper illi Dd., qui concludunt, ad præscriptionem Iuris patronatus titulum requiri, decidunt, titulum etiam, minus legitimum, & inualidum ad præscriptionem Iuris patronatus sufficere, *prout hoc expressè tradit Panorm. cons. 106. in prin. lib. 2.* Et confirmatur. Namq; regulariter titulus etiam inualidus, siue illegitimus ad præscriptionem causandam sufficit. *Paul. Cast. l. seruitutes. col. 4. ff. de seruit. Felin. c. de quarta. col. penult. vers. item fallit. ext. de præscript. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princ. q. 12. n. 4.* Et hoc potissimum procedit, quando quis Ius patronatus non aduersus Ecclesiam, sed aduersus Laicum præscribere vult, *prout hoc expressè tradit Ioan. And. Ant. de Bur. & Dd. c. querelam. ext. de elect. Card. Clem. 2. q. 5. ext. de Iure Patron. Alex. cons. 75. col. 2. lib. 4. Roch. Curt. in tract. de Iur. pat. verbo ipse vel is. n. 86. & 87. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part 5. part. princ. q. 9. Franc. Ripa. rub. nu. 79. ext. de Iud. Benedict. de Vad. in add. ad Felin. c. quanto. ext. de Iud. Rol. à Valle. cons. 47. n. 33. lib. 1.* Et Ius patronatus, nemine penitus refragante, præscribi potest, spacio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat. *Panor. cons. 106. col. 2. lib. 2. Alex. cons. 75. col. 3. lib. 4. Felin. c. causam. col. 3. ext. de præscript. Ang. Bero. cons. 6. n. 9. lib. 1.*

Præterea Dd. communiter tradunt, Ius patronatus præscribi spatio 40 annorũ. *Bald. l. 2. col. 2. [illegible] de seruit. & aqua. Rom. cons. 348. Alex. cons. 75. lib. 4. [illegible] cons. 47. n. 5. lib. 3. Frider. de Sen. cons. 234. De[illegible] cons. 134. Cæsar Lambert. in tract. de Iur. pat. lib. 1. part. 2. quæst. 11. Paul. de Citadin. in tract. de Iur. patron. part. 6. art. 3. qu. 17. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princ. q. 9. n. 4. Couarr. repetit. c. possessor. §. 2. §. 10. n. 8. de R. I. lib. 6.* In quibus locis Franc. Balb. & Couarr. attestantur, hanc opinionem communiter receptam, aliqui etiam lapsum 30. annorum ad præscriptionem Iuris patronatus sufficere concludunt. *Rol. à Vall. cons. 47. n. 41. lib. 1. allegans, ad hoc Frid. de Sen. cons. 224. col. 2. in fin.* Quinimo verior est illorum Dd. opinio, qui volunt Ius patronatus spatio longi temporis 10. nempe vel 20 annorum præscribi, *prout hoc tradunt Ioan. Andr. Domin. Pet. de Anchor. & Philip. Francis. c. 1. ad fin. de Iur. pat. lib. 6. Goffred. quæst. 18. Flor. a l. seruitutes. la. grande. in pr. de seruitut. Roch. Curt. in tract. de Iur. pat. verbo ipse vel is. quæst. 36. n. 92. Rol. à Vall. cons. 47. nu. 44. lib. 1.* Illaq; sententia comprobatur *per text. l. monumentorum. C. de relig. & sumpt. fun.* In quo textu Imper. expressè dicit, Ius funerandi, siue Ius sepulturæ, præscriptione longi temporis acquiri, prout etiam consuetudine 10 annorum Ius funerandi, siue sepeliendi acquiri potest, *Oldrad. cons. 223. Philip. Franc. c. licet. in pr. nu. 2. de sepult. lib. 6.* Sed certum est Ius patronatus, in omnibus, & per omnia æquiparari Iuri funerandi, siue sepeliendi. *Decius c. quanto. nu. 8. ext. de Iudic. Et idem est de mente Innoc. d. c. quanto. Hostiens. & Dd. c. abolendæ. ext. de sepult. Panor. c. 1. n. 1. notab. 4. ext. eod. tit.*

Similiter clari Iuris est, quòd dispositum de vno ex æquiparatis, etiam ad aliud æquiparatorum extendatur. *gl. Bart. & Dd. l. si quis seruo. arg. ill. text. C. de furt. Ias. auth. quas actiones. col. 5. C. de SS. Eccles. Ias. l. transigere. col. 5. vers. secundo moueor. C. de transact. Ias. l. si arrogator. col. antepen. vers. sed redeundo ad principalem quæst. ff. de adopt. Ias. l. 1. col. 5. & 7. ff. de leg. 1. Ias. §. ex maleficiis. col. 8. n. 39. Instit. de Action. Abbas. c. de multa. ext. de præbend. Dec. c. causam. col. 3. ext. de Iudic. Dec. c. secundo requiris. col. fin. ext. de appellat. Panorm. cons. 75. col. 3. lib. 1. Roch. Curt. repetit. c. si. Char. 34. col. 2. vers. tertio limitatur in parua impressione. ext. de consuetud. Grauet. de antiq. temp. part. 4. §. transeo nunc ad quartam. n. 98.* Igitur sequitur, similiter & Ius patronatus spatio longi temporis 10 nempe annorum præscribi. Et cùm hæc opinio textum pro se habeat expressum, illa absq; omni dubio in iudicando, & consulendo sequenda, cùm sit clari, & indubitati Iuris, quòd illa opinio, quæ textu expresso nititur, absq; omni dubio in iudicando sequenda sit, etiamsi contraria opinio communis esset. *l. 1. §. sed neq. C. de vet. Iur. enuc. c. Cappellanus. & ibi Abbas. ext. de fer. Ioan. Andr. Abb. Felin. Dec. & Dd. c. 1. ext. de constitut. Alex. & Ias. l. cum prolatis. ff. de Iud. Neuizan. sylu. nupt. lib. 5. n. 67.* Et cùm Iure Canonico expressè contrarium decisum non reperiatur, hæc decisio non tantùm secundum Ius Ciuile, sed etiam secundum Ius Canonicum seruari debet, *iuxta text. c. 1. & ibi Abb. & Dd. ext. de oper. nou. nuntiat.*

Sed in specie facti, mihi propositâ, narratur, quòd Duces P. in Ecclesijs ciuitatis S. vltra omnium hominum memoriam nullum penitus Ius vsurpauerint, præterquam quòd ipsi Pastorem Ecclesiæ Im W. præsentauerint, & Ius patronatus in Ecclesia Im W. habuerint.

Similiter narratur, quòd Pastor Ecclesiæ Im W. in Ecclesijs ciuitatis S. neq; diuina celebrauerit, neque illis Ecclesijs aliter inseruierit, neque etiam vllum Ius in Ecclesijs ciuitatis S. vsurpauerit, præter hoc, quod ipse tantùm certos quosdam Cappellanos Ecclesiæ S. ex oblationibus fidelium alimentauerit.

Deinde etiam narratur, quòd Senatus, atq; Ciues S. vltra omnium hominum memoriam habuerint, & vsurpauerint Ius patronatus, respectu omnium omninò Clericorum ciuitatis S. qui vel ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ à Senatu, vel ciuibus S. fundata fuêre, aut alioquin sumptibus Senatus, vel ciuium S. sustentati fuêre.

Præterea etiam in figuratione casus narratur, quòd Senatus S. vltra 40. annos fuerit in quasi possessione vocandi, nominandi, & præsentandi, non tantùm reliquos concionatores, sed etiam primarium concionatorem, siue Superintendentem.

Igitur sequitur, Senatum atq; ciues S. saltem præscriptione acquisiuisse Ius patronatus, siue ius vocandi, nominandi & præsentâdi omnes illos Clericos, & concionatores, ciuitatis S. qui vel ex reditibus beneficiorum, à Senatu, vel ciuibus S. fundatorum, vel alioquin sumptibus Senatus, & ciuium S. aluntur, & sustentantur.

Et per consequens ex hoc infertur, cùm hodiè & primarius concionator, nec non & omnes alij concionatores ciuitatis S. alantur, & sustententur stipendijs, & sumptibus partim Senatus & ciuium, partim verò ex reditibus redactis ex beneficijs, à Senatu & ciuibus S fundatis, Senatum populumq; S. hodiè habere Ius patron. siue ius vocandi, nominandi, & præsentandi primarium concionatorem, & omnes alios concionatores ciuitatis S.

Rursus ex hoc colligitur, & infertur, Senatum, ac populum ciuitatis S. saltem præscriptione acquisiuisse Ius vocandi, nominandi, & præsentandi supremum concionatorem ciuitatis S. etiamsi ponatur, hoc Ius ipsis antea non competisse, quod tamen reuera ipsis antea competijt.

Decimoquintò. Præscriptio immemorialis nunquã sublata, remota, vel exclusa censetur. *Bal. & Ang. l. 1. C. ne rei dom. vel temp. Bald. & Ang. l. omnes in f. C. de praescript. 30. vel 40. an. Bald. & Ang. l. 1. col. 1. annal except. Ang. l. 1 ff. de concussio Ang. l. si quis decurio. la 3. C. de decurionibus. lib. 10. Ang. §. 1. arg: illius text. verb. praescriptionis. Auth. vt de cat. non fiat commutatio. Panorm. c. fin. col. 3 vers. quaro quid si statuto. & ibi Felin. col: 6. vers. dum subdit: ext: de praescript. Panorm. consil. 94. col. 2. lib. 1. Florian. l. an vsusfruct. arg. ill. text. ff. de vsufr. Roma. & Franc. Aret. l. cum stipulatus sim à Proculo. ff. de verb. ob. Rom. l. 1. ff. de vsucap. Franc. Aret. cons. 15. col. pen. vers. circa tertium. Alex. l. nemo potest. col. fi: vers: & tene mente. & ibi Franc. Ripa, n. 115. ff. de leg. 1. Alex: consil: 60. nn: 2. lib. 1. consil. 16. col. 7. lib. 5. Prapos. c. 1. §. praeterea. col. fi. de capitul. Conrads. Felin. rub. col. fin. ext. de praescrip. Ias. consil. 92. ad fin: lib. 3 Dec. cons. 496. col. 2. Franc. Balb: in tract: de praescript. 2. part. 1. part. princip. quaest: 6. & 5. part. 5. part. princip. quaest. 9. col. 1. Matt. de Afflict. decis. 254. Steph. Bertrand. consil. 66. nn: 5. & cons. 98. in f. lib. 1. Curt. Inn. in tract: feud: part: 3. quaest. 3. Pet. Gerhards. sing. 18. Carol. Molin. in consuet. Paris: §. 7. n. 12 Tyraq: in tract: de vtroq; retract: part. 2. §. 1. gl. 2. nu: 23.* Illudque quod quis vltra tempus immemoriale possedit, vel quasi, præsumitur à prædecessoribus iustè, & bonâ fide possessum, & acquisitum, *prout hoc expressè notabiliter tradit Bald. c. si diligenti. n. 23. ext: de praescrip. Rol. à Val. cons. 3. n. 96. lib. 1.* Et ex possessione illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, & titulus & bona fides præsumitur, etiamsi non allegetur. *Bald: d. c. si diligenti. n. 23. ext. de praescript. GodZad. consil. 8. num: 57. Franc. Balb. repet. l. Celsus. part: 3. nn. 7. ff. de vsucap.* vsque adeò, vt in præscriptione illius temporis, allegatio tituli necessaria non sit. *gloss. c. super quibusdam. §. praeterea. verb: non extat. ext. de verb. sig. Fred. de Sen: consil. 234. col: 2. Socin. consil. 227. col: penult. in fin: lib: 1. & consil. 181. lib: 2. Abb: consil. 7. col. 4. lib: 2. Dd. c. 1. de praescript: lib: 2. Cald: consil. 1. tit. tit. de libell. oblat. Ioan: Fab. §. aequè. Inst: de action. Guid: Pap. quaest. 480. circ. fin: Ias. l. si certis annis. col. fin: limit. 10. C. de pactis. GodZad. consil. 8. n. 37.* vtque in tali præscriptione non requiratur titulus, etiamsi præsumptio Iuris, vel facti possidendi refragetur. *c. 1. & ibi Dd. de praescript: lib: 2. Card. consil. 214. Felin. c. si diligenti. col. 7. restrict: 9. ext. de praescript.*

Prætereà quòq; possessio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, habet vim contractus. *Bald. consil. 31. col. 1. lib. 3. Granet: consil. 10. nn. 11. Rol. à Vall. consil. 66. n. 40. lib. 2. Franc. Balb. in tracta de praescript. 5. part. 5. part. princip quaest. 6. n. 6. Socin. consil. 86. col: fin. lib. 1.* Et quidem specialiter cum Principe initi. *Barbat. consil. 9. in princ. lib. 1. Rol. à Vall. consil: 66. n. 59. lib 2.* Et obtinet vigorem constituti, siue concessionis. *l. hoc Iure. §. ductus. de aqua quot. & aestiu. c. contra morem. dist. 100. c. seruitium. 18 quaest.*

13. qu. fin. Alex. consil. 24. col. 3. & consil. 52. nu. 3. lib. 5. Bald. consil. 349. col. 4. lib. 3. Socin. consil. 181. col. pen. lib. 2. Card. Paris. consil. 13. nu. 15. lib. 4. Aymon. Grauet. in tract. de antiq. temp. part. 4. §. absolutus nu. 9. Rol. à Vall consil. 66. nu. 40. & cons. 89. nu. 11. lib. 2. Et quidem factæ à Principe. *Bald: consil. 439. col. 4. lib. 3. Panorm. consil. 94. col. 1. in fin. lib. 1. Grauet. consil. 10. nu. 11. Rol. à Vall. consil. 66. n. 40. & cons. 89. n. 11. lib. 2. fac. tex. c. duo. ext. de off. ordin:* Item ab illo, qui potestatem concedendi habet. *Ioan. Hannib. repet. l. nemo potest. n. 592. ff. de legat. 1. Rol. à Vall. cons. 66. n: 42. lib. 2.*

Similiter possessio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, habet vim pacti expressi. *Bal. consil. 185. lib. 1. cons. 215. cons. 328. cons. 430. lib. 3. cons. 20. colum. 1. lib. 4. Ias. l. quo minus. colum. 19. & ibi Rip. nu. 41. ff. de fluminibus. Dec. cons. 588. nu. 6. & cons. 680. colum. 2. Card. Paris. cons. 112. num: 20. lib. 1. Grauet. cons 10. nu: 11. Roland. à Vall. cons. 66. nu. 45. & cons. 89. nu. 12. lib. 2. Matth. de Afflict. c. 1. §. si quis per triginta. notab. 2. nu: 5. si de feud. defunct. controu. Bald. l. 1. C. de seruit. & aqua. Balb. in tracta: de præscript. 1. part. quæst: 6. nu: 6.* Imò plus operatur præscriptio immemorialis, quam pactum, *gloss. l. 1. verb. coheredibus. in fin. ff. Famil. ercisc. Balb. in tracta. de præscript. 5. part. 5. part. princ: quæst. 6. nu. 6.* Et possessio, vel quasi immemorialis habet vim tituli, legitimè constituti *Innoc. c. 2. ext. de restit. in integ. Felin. c. accedentes. col. 7. ext. de præscript: Ioan. Igne. l. necessarios. §. non alias. verb. nouissimè. n. 7. ff. ad SC. Syl. Card. Paris. cons. 26. n. 27. lib. 1. cons. 25. n. 12. cons. 112. n. 49. & 214. lib. 4. Grauet. de antiq. temp. part. 4. §. absolutus. nu. 9. Laur: Sylua. consil. 59. n. 9. Ant. Natta cons. 446. n. 12. Rol. à Vall. cons. 66. nu. 44. & cons: 89. n. 9. lib. 2.* Mandati etiam vigorem obtinere lapsum illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, tradit Barbat. *cons. 9. lib. 1. in pr: Roland. à Vall. cons 66. n. 44. lib. 2.* Et vim decreti habere tradit Bald. *l. 1. col. 5. & 6. C. de seru. fug. Franc. Balb. in tract. de præscript. 3. part. 5. part. princi. qu. 4. nu. 4.* ¶ Eodem modo possessio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, habet vim instrumenti publici, idemq; in omnibus, & per omnia operatur. *Innoc. c. nonit. ext. de Iudic. Bald. l. 1. C. de emanc. liber. Matt. de Afflic. decis. 239. in fin. Rol. à Vall. cons. 3. n. 97. lib. 1.* Nec non etiam obtinet vigorem, & autoritatem legis scriptæ. *Cardinal. cons* [illegible] *Ant. Natt. cons. 446. n. 12. Laur Sylu. cons. 59. n. 9. arg. l. 1. §. fi. & l in summa. in pr. ff. de aqua & aq. plu. arc.* Et constitutionis, factæ cũ consensu partium. *Socin. cons. 297. n. 3. lib. 2. Rol. à Vall. cons. 66. n. 43. & 61. lib. 2.* Deinde etiam possessio illius temporis cuius in contrarium memoria non extat, vigorem priuilegij obtinet. *c. super quibusdam. §. præterea. ext. de V.S. Oldrad. cons. 172. Ias. l. iis, qui putat. n. 10. ff. de acq. hered. Grauet. de antiq. temp. par. 4. §. absolutus n. 9. Natt. cons. 446. n. 12. Card: Paris. cons. 13. n. 15. lib. 4. Laur. Syln. cons. 59. n. 9. Rol. à Valle. cons. 89. n. 9. lib. 2. Franc. Balb. in tract: de præscript: par. 1. q. 6. n. 7. & part. 1. part. 5. princ. q. 7. n. 16.* Non quidem simplicis, sed expresse, & ex certâ scientiâ à Principe concessi. *Bald. c. 1. col. 2. quæ sunt reg. Dec. cons. 496. col. 2. Ias. l. de quibus. col 13. ff. de ll. Alex. cons. 6. lib. 1. & cons. 47. col. 2. lib. 4. GodZad. cons. 8. n. 37. Rol. à Vall. cons. 66. n. 6. lib. 2. Grau. de antiq. tem. par. 4. §. absolutus. n. 9.* Et possessio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, habetur pro veritate. *Bald: cons. 24. lib: 4. Laur. Sylu. cons. 59. n. 9. Natt. cons. 446. n. 12. Grau: cons. 10. n. 11. arg. gloss: l. 1. C. de seru. & aqua.* Imò pro veritate simul, & solenni priuilegio, *Bald: cons: 237. lib: 2. Grau. de antiq. temp: par. 4. §. absolutus. n. 9.* & tantum potest, quantum potest Imperator, cum causâ. *And: de Isern. c. 1. verbo flumina. col. 3 quæ sunt reg. Ias. repet. l. quò minus col. 8. ff. de fluminib. GodZad. cons. 8. nu. 37. Ruin: cons: 118. n. 20. lib. 4. Rol. à Vall. cons: 66. n: 47. cons. 89. n. 17. lib. 2. Laur: Syluan: cons 59. num. 9. Natt. cons. 446. n. 12.*

Præsumptio etiam tam tituli, siue initij iusti, & legitimi, quàm bonæ fidei, nec non & omnis alia, descendens ex lapsu illius temporis, cuius in contrariũ memoria non extat, secundum aliquorum Dd. sententiam, est præsumptio Iuris, & de Iure probationem contrariam non admittens. *Felin. c. cùm à nobis. col. 3. ext. de præscrip. Alex. Rube. cons. 13. col. 3. GodZad. cons: 8. n. 37.* Quod tamen vltimum, cùm sit cõmuniter reprobatũ, ego nõ pono pro constãti.

Præscriptio etiam, præsertim immemorialis, id, quod alioquin ipso Iure irritum est, vel non valet, firmat, & validũ efficit. *Bald. l. 1. C. ne stat. defunct. Fr. Balb. in tr: de præscrip. 1. part. q. 6. n. 5.* Et lapsus illius temporis, cuius in contrarium memoria nõ extat, id, quod alioquin præscriptibile est, siue præscribi non potest, præscriptibile efficit. *Panor. cons 26. incip. in quæst. quæ ad præsens. &c. lib. 2. Ant. Natta cons. 446. n. 12. Laur. Syln. cons. 59. Rol. à Vall. cons: 3. n. 51. lib. 1.* Et idem est de mente illorum Dd. qui concludunt, ea, quæ Iure gent. omnibus communia sunt, quæq; regulariter præscribi nequeunt, spatio illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat acquiri, & præscribi. *Ang. & Innoc. l. fi. ff. de vsucap. Ang. cons. 289. Ioan. Fab. Ang & Ioann. de Plat. §. flumina. Inst. de rer. diuis. Fr. Rip. l. quò minus. nu. 49. Franc. Balb. in tracta. de præscript: 4. part. 5. part. princip. q. 6. n. 5 & 8. vbi ipse attestatur hanc opinionẽ communiter receptam.* Et hoc potissimum, & absq; omni dubio procedit eo casu, quando quis non solo, neque nudo lapsu temporis, sed allegatione tituli, ex lapsu temporis & præsumpti, & probati nititur: tunc enim absque dubio omni illud, quod alioquin impræscriptibile est, per lapsũ ill

temp-

temporis, cuius in contrarium memoria non extat, præscriptibile efficitur. *Felin c.accedentes. nu.6. lim. 3. ext. de præscript. Rip. l. quo minus. n.102. ff. de flumin. Balb.in tract. de præscript.4.par. 5. part. princ. quæst.6. n.8.*

Et hoc vsque adeò verum est, vt per lapsum illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, etiam regalia, & reseruata Principis præscribantur. *c.super quibusdam. §. præterea. ext. de verb.sig. Innoc. c. cum P. Tabellio. ext. de fid. Instrum. Bart. l.si Publicanus. §.fin. ff. de publ.c. Bald. cons. 468. nu.4. lib.3. & cons. 340. col.2. lib. 5. Bart: l. 1. §. fin: de aqua plu. arcend. Alex. l. more. col. 2. ff de acquir: hered. Alex: cons: 6. col: 2. lib:1. Franc: Aret: cons 30. incip. viso themate. 3. dubio. Dec. cons: 341. col: pen: cons: 496. col. 2. Ias: l. de quibus. col.12. ff. de ll. Ias. l imperium. col: 9. ff. de Iurisdict. om. Iud. Ias. l. is qui putat. col:2. ff. de acquir: hered. Granet: de antiq: temp: 4 part. §. absolutis. n.13. Balb. de præscript: 2. part: 6. part: princip: quæst:1. n.2. Corset. sing. 281. Laur: Sylu.cons:96. nu: 4. Couar. repetit. c. possessor. part: 2. §. 8 nu: 8. vers: tertia species. de R. I. lib.6. Rol: à Vall. cons: 3. nu: 82. lib. 1.* Etiamsi in tali præscriptione non interuenit scientia Principis. *Alex. cons:6. col: 3. lib. 1. cons: 24. col. 5. lib: 5. Felin. c. de quarta. col. fin. ext. de præscriptio. Felin. c. cum nobis. col. ... ext. eod. tit. Dec. cons. 85. col. 2. cons. 241. cons. 271. & cons. 496. col: 2. l. Imperium. col 9. ff. de Iurisdict. om. Iud: Carr. Inn: cons. 61. col. 2. Alex Rub. cons. 21. col. 3. Franc. Balb. de præscript. 1. part. 5. part. princ. col. 8. Granet. de antiq temp. par. 4. §. absolutis n.14. Laur Sylu. cons: 96. nu: 5.*

Cum itaque in casu præsenti Senatus S. vltra omnium hominum memoriam fuerit in quasi possess. Iuris patronatus siue Iuris præsentandi omnes omninò Clericos ciuitatis S. exceptis tantùm illis Cappellanis, qui antiquitus à Pastore Im W. ex oblatione fidelium alimentati fuere: Sequitur, perinde habendum, atque si illud Ius ipsis à Principe supremo Ecclesiastico, vel seculari, interuenientibus omnibus legitimis requisitis, concessum fuisset.

Decimosextò. Dubio omni caret, quòd ciuitati, etiam superiorem recognoscenti, per confessionem, vel aliter læsæ, contra istam læsionem restitutio in integrum concedatur. *l. resp. & ibi Bart. Bald. Salic & Dd. C. ex quib. caus. maior. l. rempub. C: de Iure reipub. lib. 11. Ang: Abb: Bero: & Dd c. 1. ext. de restit. in integ. Ioan: Fab: §. rursus. & ibi Ias. nu. 35. & Anton. Vsill. n. 46. & 50. Instit: de Act. Dec: cons. 42. n. 13.* Et licet ista restitutio in integrum peti debeat intra quadriennium à die læsionis, *prout hoc in quintâ ratione dubitandi comprobatum est*; Attamen illud quadriennium non labitur, quamdiu viuit aliquis, siue aliqui ex illis consulibus, siue senatoribus, per quorum factum ista læsio ciuitati contigit, vel illata fuit. *c. si sacerdotes. 16. quæst: 3. gloss. fin. c. 1. de restit. in integ. in 6. Innoc. l. cum ex literis. ext de restit. in integ. Bart. l. qui fundum. §. si tutor. ff. pro emptore. Rom. sing. 271. Abb. c. 1. & ibi Ang. Bero n. 18. vsq; ad nu: 28. & Mar. Mant: nu: 11. ext. de restit. in integ. Alex. cons: 9. n. 10. lib.3. Ang. Aret. §. 1. Instit: quib. alien: lic. vel non. Ang. §. res fisci nostri. Inst. de vsucap. Bald: l. 1. C. de bon. mat. Balb. de præscript 1. part. 5. part: princip. quæst. 1. n. 5. Felin: c. 1. ext. de præscrip. Idemq; tenent & alij Dd. sup. citati.* Et sic liquet, hanc opinionē communem esse, prout, quòd illa communis sit, attestatur Corn. Mantua. *in loco præallegato.* Et restitutio in integrum, post quadriennium elapsum, ab Ecclesiâ, & ciuitate indistinctè peti potest, eo casu, quãdo læsio est enormissima, siue tendit in præiudicium grauissimum Ecclesiæ, vel ciuitatis. *gl. fi. c. 1. & ibi Gemi. & Dd. de restit. in integ. lib. 6. Ant. de But. & Imol. c. 1. & ibi Panorm. n. 3. Ang. Bero. n. 11. & Mant. n. 10. ext. de rest. in integ. Ias. cons. 55. n. 2. lib. 1 Alb: Brun: cons: 41. n. 37. Corn. cons. 181. lib. 2. Soc. Inn. cons. 84. n. 10. lib. 2.*

Sed ex prædictis satis liquet, quòd Ducibus P. in Ecclesijs, atque Clericis ciuitatis S. nullum aliud Ius competat, nisi tantùm Ius patronatus, siue Ius præsentandi Pastorem Ecclesiæ Im W. quodque pastor Ecclesiæ Im W. exceptis tantùm illis Cappellanis, quos illi antiquitus ex oblationibus fidelium alimentauit in Ecclesijs, atq; Clericis ciuitatis S. nullum penitus Ius habeat.

Deinde etiam ex prædictis liquet, quod Senatui, atque Populo S. ab antiquo competierit Ius patronatus, respectu omnium omninò illorum Clericorum ciuitatis S. qui sumptibus senatus, vel ciuium S. aut etiam ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à Senatu, & ciuibus S. fundatorum, sustentati fuêre. Et per consequens, cùm hodie & primarius concionator, & omnes alij concionatores ciuitatis S. sumptibus, & stipendijs senatus & ciuium, & partim ex reditibus beneficiorum, quæ à senatu, & ciuibus fundata sunt sustententur, quòd senatui, populoq; S. hodiè competat Ius patronatus, siue præsentandi & primarium, & omnes alios concionatores.

Si itaque Ius patronatus competens senatui S. per ordinationem Ecclesiasticam, factam à primâ visitatione, aut etiam per emissionem, aut receptionem epistolarum, quarum copia mihi sub litera C. & D. transmissa est, in aliquo diminutum esset; Ex prædictis liquet, senatui populoq; S. non obstante lapsu quadriennij, contra læsionem, siue diminutionem, restitutionem in integrum concedendam,

dendam, si aliqui ex istis senatoribus qui isti ordinationi, siue emissioni, aut receptioni epistolarum consenserunt, adhuc in viuis sint, vel intra quadriennium, proxime praeteritû, in viuis fuêre, vel si illa laesio, aut diminutio, cum graui damno ciuitatis S. coniuncta esset.

Decimoseptimò. Pax publica admodum fauorabilis est, atq; propter pacem publicam retinendam, ac conseruandam, ab omnibus omnino regulis Iuris communis receditur, illudque permittitur, quod alioqui prohibitum est. *c. his quae sibi, pro bono pacis. ext. de arbit. c. nisi. ext. de praebend. c. 2. ext. de Sponsf. impub. c. 1. §. nos Romanorum. circ: fin: & ibi glo. verb: pro bono pacis. de pac. constant. Alb: de Ros: l. 1 in pr: n. 4. & 5. C. de Caduc. toll. Andr. Barbat. cons. 41. n. 12. lib. 1. cons: 11. nu. 2. lib: 2. cons: 1. nu: 1. lib: 3. Socin: Iun: cons. 60. nu: 39. & 40. lib. 3. Iacob. Nouell. in pract: & Theor. caus: crim. §. fin.*

Sed experientia quotidiana, quae est efficax rerum magistra. *c. quam sit. & ibi gloss. & Dd. de Elect: lib. 6.* abundè testatur, quietem, ac pacem publicam in ciuitatibus non posse conseruari, sed saepius perturbari, si homines diuersae professionis, siue diuersis dominis subiecti in vnâ eademque ciuitate degant. Ideoq; legibus cautum est, quod homines diuersae professionis in vno, eodemq; collegio, siue vnâ eademq; ciuitate coniungi non debeant. *c. in nouâ actione. & ibi glo. & Dd. 16. quaest: 7. Clem: 1. in princ: & ibi Cardin: Zabar: ... de Imo: Pet. de Anchor: de elect: Dec: cons 604. nu. 14. ... Curt. rep. c. fin. ext. de consuet.*

Igitur etiam ex hoc sequitur, quòd nullo modo permitti, aut admitti debeat, vt primarius concionator, vel alij concionatores ciuitatis S. ab alio, quàm à Senatu S. vocentur, nominentur, & praesententur, ne, si contrarium admittatur, occasio rixae, seditionis, & turbarum oriatur, ex eo, quòd primarius, vel alij concionatores senatum S. tanquam superiorem, siue patronum non recognoscunt.

Decimooctauò. In constitutione, factâ Augustae Anno 1555. fol. 90. & 91. §. Dieweil aber/ expressè cautum est, daß die eingezogene Geystliche Güter bey der Verordnung / wie es ein jeder Standt damit gemacht / gelassen werden / vnd dieselben Stende derenthalben in / oder ausserhalb Rechtens / zu erhaltung eines bestendigen ewigen Friedens nicht besprochen / noch angefochten / Auch darauff keine citatio, Mandat / oder Proceß erkandt / vnd decerniret werden sol. Vnd ist ferner in derselben Constitution fol. 92. §. Vnd sol alles etc. vnd jedes / so darwider fürgenommen wird / cassiert / vnd vernichtiget. Ca-

terùm multùm dubitari posset, vtrum ista constitutio in casu praesenti locum haberet? Ego super istâ constitutione non iacio magnum fundamentum, & nihilominus ex alijs rationibus adductis liquet, hanc nostram conclusionem veram esse.

Et sic per praedicta satis superquè comprobatum est, hanc nostram conclusionem superius formatam, verissimam esse, & Iure aperto niti.

Nec obstant huic verissimae decisioni rationes dubitandi, namque ad illas omnes facilis est responsio. Et ad primam rationem dubitandi responsio patet ex ijs, quae in primâ ratione decidendi adduximus. Namque verior est illorum Dd sententia, qui volunt, Reges, & Principes, non praesumi, esse patronos in Ecclesijs, in eorum territorio sitis. Praetereà etiam Dd. citati, in primâ ratione dubitandi, volentes, Reges, & Principes pro se habere praesumptionem, quòd Ius patronatus ad illos spectet, loquuntur tantùm in Iure patronatus Ecclesiarum Cathedralium; Et sic illorum DD. opinio, etiamsi ponamus, illam veram esse, in casu praesenti minimè locum habere potest. Et licet reges & principes habeant pro se illam praesumptionem, quòd Iurisdictio in toto territorio ipsorum, nec non & in omnibus locis, intra limites sui territorij sitis, ad ipsos spectet, attamen hoc tantùm procedit, quò ad Iurisdictionem vniuersalem, secus autem est, quoad Iurisdictionem particularem, siue dominium rerum particularium, nullâ factâ distinctione, vtrum illae res sint corporales, an verò incorporales, *prout haec omnia in prima ratione decidendi docui.*

Ad secundam rationem dubitandi ego respondeo, licet is, qui habet Ius patronatus in Ecclesiâ principali, siue matrice, etiam in omnibus Ecclesijs, siue Capellis, illi subiectis, siue incorporatis Ius patronatus habere praesumatur, illam tamen non esse praesumptionem Iuris, & de Iure, sed Iuris tantùm, ideoque & contrariâ probatione tolli, *l. fin: in princ: ff. quod met. caus. l. nuptura. in fin. ff. de Iure Dotium. l. si Chirographum. & l. cum de indebito. §. 1. ff. de probatio. Aym. Grauet. cons. 6. nu. 70. cons. 146. num. 7.* Nec non etiam contrariâ praesumptione fortiore elidi. *l. Diuus. ff. de restitut. in integr. l. non solùm. ff. de rit. nupt. l. 1. in fin: C. qui & aduers. quos. l quia autem. §. non simpliciter. ff. si quis omis. caus. testam. c. literas. ext. de praesumpt. c. accedens. ext. de fals. c. transmissa. ext. qui fil. sint legit.* Nec etiam tarum, vel insuetum est, quòd vnus habeat Ius patronatus in Ecclesiâ principali, alius verò habeat Ius Patronatus in Capellis, siue

Ecclesijs subiectis, *Abb. cons. 58 cons. 89. lib. 2. Calder. cons. fin. tit. de iure patronat. Card. cons. 8. Roch. Curt. in tractat. de iur. patronat. verb. construxit. nu. 8. & 11.*

Similiter & illa quoq; præsumptio, quòd membra sequantur caput,& secundum caput regulentur, non est præsumptio Iuris, & de Iure, sed Iuris tantum, Eamq; ob causam & per probationem, item & per præsumptionē contrariam tollitur,& elliditur. *Socin. cons. 7. n. 6. lib. 1.* Eodem modo & ista præsumptio, quæ vult,quòd concesso castro omnia ipsius membra, atq; totum territorium,ad illud castrum spectans, concessum intelligatur, & per probationem, & præsumptionem contrarium tollitur,& eliditur, *prout hoc patet ex traditis per Bald. in c. 1. in princ. nu. 10. de capit. qui Cur. vend. Card. Paris. cons. 20. nu. 57. lib. 1.* Et illud, quod dicitur, quòd Ecclesiæ inferiores secundum Ius, & consuetudinem Ecclesiæ superioris, atque loca subdita, secundum Ius, atq; statuta loci superioris regi debeant, non est generaliter verum, nec habet locum eo casu, quãdo Ecclesiæ inferiores, vel loca subdita habent specialia iura, statuta, vel consuetudines, *prout hoc expressè tradit Bart. l. 2. nu. 41. C. quæ sit longa consuetudo, & idem volunt omnes Dd. citati in secundâ ratione dubitandi.*

Deinde quoq; & illud, quòd accessorium sequatur naturam principalis, præsumptione tantùm fieri intelligitur. Ideoq; contrarium tam verè, quàm præsumptiuè probari potest, & inter cætera contrarium probatur eo ipso, quòd fides fit, rationem diuersitatis inter accessorium, & principale militare. *l. ex placito. C. de rerum permut. l. si is à quo. C. de præd. minor. Bart. l. ita stipulatus. oppos. 12. ff. de verb. obligat. Bald. l. non dubium oppos. 14. C. de legib. Alex. cons. 4. col. penult. lib. 1. Dec. l. cùm principalis. nu. 2. ff. de R. I. Hipp. de Marsil. sing. 17. n. 3.*

Sed in casu præsenti, etiamsi ponatur Ecclesiam in V. esse caput, & matrem omnium Ecclesiarum ciuitatis S. attamen ex ijs, quæ in rationibus decidendi adducta sunt, liquet atque patet, quòd Princpes P. in Ecclesijs S. nullum Ius patronatus habeant, quodque etiam pastor, siue parochus Ecclesiæ in V. exceptis illis tantùm Cappellanis, quos ipse ex oblationibus fidelium alimentauit, nullum penitus Ius in Ecclesijs, vel Clericis S. vsurpauerit, quodqne senatus atq; ciues S. tanquam patroni, omnes alios Clericos ciuitatis S. vltra omnium hominum memoriam præsentauerint.

Igitur sequitur, ea, quæ in secundâ ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni nihil obstare, sed in casu præsenti tàm per præsumptionem, quàm per probationem contrariam tolli, & elidi.

Ad tertiam rationem dubitandi respondeo, licet præsumptiones Iuris præsertim duæ, vel plures coniunctæ admodum fortes, & efficaces sint, vsq; adeò, vt in multis casibus ad victoriam reportandam sufficiant, attamen nullam præsumptionem vsque adeò fortem esse, quin & contraria & fortiori elidatur, & per probationem contrariam tollatur, *sicut hoc ex ijs quæ in responsione ad præcedentem rationem dubitandi adduci liquet.*

Sed in casu præsenti ex vsu, obseruantiâ, consuetudine, & præscriptione immemoriali, quæ vim, atque vigorem priuilegij, & concessionis obtinet, satis probatur, quòd Ius patronatus, respectu omnium Clericorum Ciuitatis S. qui sumptibus, atque stipendijs senatus,& ciuium, vel ex reditibus beneficiorum, quæ à senatu, vel ciuibus S. fundata sunt, ad senatum S. pertineat. Igitur sequitur, per istam probationem contrariam illas præsumptiones, de quibus fit mentio in tertiâ ratione dubitandi, penitus tolli,& elidi.

Ad quartam rationem dubitandi respondeo, licet confessio contra confitentem plenam fidem faciat, confitenti tamen permitti, confessionem suam interpretari,& declarare, illiq; declarationi, à confitente factæ, standum est, *l. si quis intentione. & ibi Bart. & Dd. ff. de Iudic. c. cum dilecti. ext. de accusat. Bart. l. interstipulantem. §. 1. nu. 6 ff. de verb. oblig. Dyn. c. contra eum. de R. I. lib. 6.* Sed Senatus S. suas confessiones prætensas ità interpretari potest, quòd Ius patronatus in Ecclesijs S. ad principes P. non absolutè sed tantùm limitato modo pertineat, respectu videlicet tantùm pastoris in V. & illorum Cappellanorum, quos iste pastor ex oblationibus fidelium alimentauit, quodque quò ad reliquos omnes concionatores, & Clericos qui sumptibus senatus, vel ciuium S. aut etiam ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, qui à senatu, vel ciuibus S. fundata sunt, sustentantur, Ius patronatus ad senatum populumq; S. pertineat.

Et posito, sed tamen non concesso, illam conclusionem senatus S. prædictam interpretationem non recipere, cùm tamen Senatus, atque Ciues S. respectu omnium omninò Clericorum Ciuitatis S. præter pastorem in V. & Cappellanos, ab illo pastore antiquitus alimentatos, vltra omnium hominum memoriam Ius patronatus habuerint: Sequitur, ex hoc liquere,& probari, senatum S. istam confessionem per errorem fecisse, eamq; ob causam, illam confessionem reuocari posse; cùm sit clari Iuris, quòd confessio erronea, probato errore, semper, & quandocunq; reuocari possit, *l. error. & ibi Bart. Bald. Ias. & DD. C. de Iur.*

Iur. & fac. ignor. l. regula. ff. eod. tit. l. non fatetur, & ibi Bartol. ff. de confess. Lanfran. repet. c. quoniam contra. verb. confessiones. ext. de probatio: Cassel: Cott: memor: incip. confessio potest. Etiamsi illa confessio sit vel geminata, vel tertata. *Bald. & DD. l. 1. arg. ill. text. C. de erro. calcu. Alexand. consil. 102. col. penult. lib. 1. Ias. l. error. num. 29. ff. de Iur. & fac. ignor. Cassel. Cott. memor. incip. confessio potest.* vel iurata. *Bald. d. l. error. col. penult. & ibi Ias. num. 30. C. de Iur. & fac. ignor. Bald. l. de tutelâ. col. 2. C. de in integr. restitut: Anton. de Butr. c. fin. col. 13. ext. de confess. Roma. l. si verò. §. de viro. fallent. 13. ff. solut. matri.* Similiter clari iuris est, quòd error probetur eo ipso, quòd probatur, rem aliter se habere. *l. si post. & ibi Bart. & Dd. & Ias. n. 3. C. de iur. & fac. ignor. l. sed etsi me putem. ff. de cond: indeb: gl: l. de aetate. §. si. ff. de interrogat. Actio: gl. l. cùm de indebito. ff. de probatio. gl. l. non fatetur. & ibi Bart. n. 10. ff. de confess. Bart. l. error n. 14. C. de Iur. & fac. ignor. Anton. de Butr. c. fin. ext. de confess.* Prætcrea etiam senatui S. contra illam confessionem, si in illâ læsus esset restitutio in integrum concedi deberet, *prout hoc liqueo ex traditis in quinta ratione dubitandi. Item & in 16. ratione decidendi.*

Ad quintam rationem dubitandi patet responsio ex ijs, quæ in 16. ratione decidendi adduxi. Namque certi Iuris est, quòd tempus quadriennij, concessum ciuitati, ad petendam restitutionem in integrum, contra confessionem factam, vel aliam læsionem, non incipiat labi, nisi ab eo demum tempore, quo omnes illi consules, & senatores, qui talem confessionem fecêre, vel actum istum celebrauêre, mortui sunt, vtque ciuitati, contra læsionem valdè enormem ex confessione, vel alio actu descendentem, non tantùm intra quadriennium, sed semper, & quandocunque restitutio in integrum concedi debeat.

Ad sextam rationem dubitandi respondeo, licet præsentatio sit fructus patronatus, Attamen præsentatio est fructus patronatus, non totalis, sed tantùm particularis: nec etiam inconueniens est, quod Ius præsentandi ad vnum, & reliqua, quæ Iuris patronatus sunt, ad alium pertineant. *Vincent. c. ex insinuatione, ext. de Iure patronatus, Calder. consil. 9. tit. de Iur. patronat. Roch. Curt. in tractat. de Iur. patronat. verb. ipse vel ii, num. 35.* Præterea quoque ex ijs, quæ in rationibus decidendi adduximus, liquet, atque patet, quòd Ius patronatus, respectu omnium Clericorum, & concionatorum ciuitatis S. qui sumptibus senatus, vel ciuium aut ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ à senatu, vel ciuibus S. fundata sunt, sustentantur, ad senatum, populumq; S. ab antiquo, & vltra omnium hominum memoriam pertinuerit & adhuc pertineat.

Cum itaque hodierno die Senatus S. & primarium concionatorem, & omnes alios concionatores ciuitatis S. suis sumptibus, atque stipendijs, & partim ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, quæ ab ipso senatu, atque ciuibus S. fundata sunt, sustineat: Sequitur, senatum, populumque S. habere Ius patronatus & respectu Superintendentis, siue primarij concionatoris, nec non & omnium aliorum concionatorum, ciuitatis S eosq; instituendos Superintendenti generali præsentare posse.

Ad septimam rationem dubitandi respondeo ex ijs, quæ in rationibus decidendi dicta sunt, liquere, ac manifestum esse, senatum, populumq; S. vltra omnium hominum memoriam habuisse ius patronatus, & ius præsentandi, respectu omnium clericorum ciuitatis S. qui sumptibus, vel stipendijs senatus, aut ciuium, vel etiam ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, vel ciuibus S. fundatorum, sustentati fuere, prout hodiè & Superintendens, siue primarius concionator, nec non & omnes alij concionatores ciuitatis S. partim ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, atq; ciuibus S. fundatorum, partim verò sumptibus senatus, atq; ciuium sustentantur.

Et sic liquet, per ordinationem Ecclesiasticam, factam in primâ visitatione, nec senatui S. ius aliquod nouum acquisitum, & per consequens, ea, quæ in primâ ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni, superius factæ, nihil astare vel refragari. Præterea etiam ex Copiâ, siue exemplo literarum, sub num: D. mihi transmisso, satis liquet, quòd Illustris princeps, & Dominus, Dominus P. Dux P. illam ordinationem, factam in primâ visitatione, quò ad Ius vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi primarium concionatorem, siue Superintendentem expressè approbauerit: Deinde etiam ex ijs, quæ in 7. ratione decidendi docui, liquet, senatum S. hanc præsumptionem pro se habere, quòd Consiliarij Ducum P. qui ordinationi Ecclesiasticæ, factæ in primâ visitatione interfuêre, ad hoc faciendum mandatum à Ducibus P. habuerint, quòdq; Duces P. illam ordinationem & tacitè, & expressè approbauerint.

Ad octauam rationem dubitandi respondeo, licet mandatum ex lapsu temporis non præsumatur, hoc tamen non habere locum in nostro, & similibus casibus, quando vel actus celebratus talis est, ad quem celebrans talem actum verisimiliter absq; mandato non

P accessit,

accessit, vel quando ex parte illius, de cuius fauore agitur, possessio, vel quasi, & ex parte illius, de cuius præiudicio agitur, scientiâ, & patientia interuenit, vel quando aliæ coniecturæ concurrunt, *prout hoc in 7. ratione decidendi docui.*

Ad nonam rationem dubitandi ego respondeo, ex rationibus decidendi liquere, quòd senatus, atq; populus S. vltra omnium hominum memoriam habuerit ius patronatus, atq; ius præsentandi, respectu omnium omnino Clericorum ciuitatis S. qui sumptibus senatus, vel ciuium, aut ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, vel ciuibus S. fundatorum sustentati fuêre. Præterea etiam in ordinatione Ecclesiasticâ, factâ in primâ visitatione, quam de mandato, & consensu Ducum P. factam esse, in rationibus decidendi docui, expressè, & manifestè liquet, atq; colligitur, senatui S. concessum esse Ius vocandi, nominandi, commendandi, & præsentandi primarium concionatorem quæ ordinatio multos annos istam Epistolam Ducis P. antecessit. Et sic liquet, per istam Epistolam Ducis P. nullum nouum ius in senatum S. translatum, eamq; ob causam illa, quæ in nonâ ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni nihil refragari. Deinde etiam in rationibus decidendi docuimus, clausulam generalem reseruatoriam iuris patronatus, istæ Epistolæ insertam, ità accipiendam, vt non extendatur ad ius vocandi, nominandi, præsentandi, & commendandi primarium concionatorem, quod ius senatui S. in istâ Epistola expressè permissum, & concessum est.

Et cùm in casu præsenti clarum, & manifestum sit, senatui S. competere, inque senatum S. translatum esse ius vocandi, nominandi, atque præsentandi supremum concionatorem, nec non & reliquos omnes concionatores, hoc casu nulli coniecturæ, vel præsumptioni locus esse debet, cùm in rebus certis, atq; claris nulla præsumptio, vel coniectura admittatur *l. continuus §. cum ità & ibi glos. ff. de verb. oblig. §. fin. auth. de restitut. & ea, quæ per glos. c. ad audientiam. verb. in ambiguu. ext. de homicid. gloss. c. fin. 30. quæst. 5.*

Ad decimam rationem dubitandi respondeo, Senatui, atque populo S. Ius patronatus, respectu omnium omninò Clericorum, qui sumptibus senatus, aut ciuium S. vel ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, vel ciuibus S. fundatorum, sustentati fuêre, etiam ante illam ordinationem Ecclesiasticam, & emissionem Epistolæ Ducis P. antiquitus, & vltra omnium hominum memoriam competijsse, & sic neque per illam ordinationem, neque per Epistolam Ducis P. nouum aliquod Ius in senatum, vel populum S. translatum, eamque ob causam ea, quæ in decimâ ratione dubitandi adducta sunt, in casu præsenti locum non habere.

Deinde ad ea, quæ in decimâ ratione dubitandi adducta sunt, patet responsio ex ijs, quæ in 8. 9. 10. & 11. ratione decidendi dixi. Namque ea, quæ in decimâ ratione dubitandi adducta sunt, non habent locum in nostro, vel similibus casibus, quando vel Ius patronatus est translatum simul in laicum, & clericum, siue Ecclesiam, vel quando ille Episcopus, cuius consensus requirebatur, aut absens, aut inhabilis fuit. Et cùm illa ordinatio fuerit facta non modò ante decem, sed etiam ante 30. annos, ex lapsu illius temporis præsumitur, in istâ ordinatione interuenisse consensum omnium illorum, quorum consensus requisitus, siue necessarius fuit, nec non & omnes omninò solennitates legitimas.

Insuper etiam in rationibus decidendi comprobauimus, istam translationem Iuris patronatus, etiamsi illa de nouo facta fuisset, in præiudicium Ducum P. atque successorum, ratam esse, etiamsi constaret, & in illâ translatione necessario requisitum consensum Episcopi, illumque non interuenisse.

Ad vndecimam rationem dubitandi respondeo, senatui, atq; ciuibus S. vltra omnium hominum memoriam competijsse, & adhuc competere Ius patronatus, siue Ius præsentandi, respectu omnium omninò clericorum, & concionatorum ciuitatis S. exceptis tantùm illis Cappellanis, quos pastor Ecclesiæ in V. antiquitus ex oblationibus fidelium alimentauit, & sic neque per ordinationem Ecclesiasticam, factam in primâ visitatione, neque etiam per Epistolam Ducis P. nouum aliquod Ius in senatum S. translatum, Eamq; ob causam ea, quæ in tr. ratione dubitandi adducta sunt, nostro proposito non conuenire.

Præterea DD. magis communiter volunt, quòd concessio, siue translatio Iuris patronatus non tantùm in præiudicium concedentis valeat, sed etiam successoribus ipsius noceat, ac præiudicet. Et cùm hæc opinio à pluribus Dd. teneatur, *prout hoc liquet ex ijs quæ in 12. ratione decidẽdi adduxi,* dubio omni caret, hanc opinionẽ communẽ esse, cùm illa opinio

quæ

quæ à pluribus DD. tenetur, communis esse censeatur. *Felin. c. 1. num. 54. & ibi à DD. ad Abbat. ext. de constitut. Ias. l. si quis mihi bona. §. iussum. num. 14. ff. de acquirend. hered. Ias. l. re coniuncti. num. 142. ff. de leg. 3. Ias. l. si is, qui pro emptore. num. 247. ff. de vsucap. Ias. auth. si qua mulier, num. 18. C. de SS. Eccl. arg. c. in canonicis, distin. 19. §. verum illa sententia. de pœnitent. dist.* Et cum hæc opinio sit communis, illa absque omni dubio in iudicando sequenda est, per iura [illegible], superius allegata.

Et licet aliqui DD. citati in vndecima ratione dubitandi, hanc communem, & receptam DD. sententiam limitare videantur, vt tantum procedat in Iure patronatus, acquisito ab ipso remittente, renunciante, vel donante, vtq; non habeat locum in Iure patronatus, acquisito à maioribus ipsius: Attamen hæc limitatio vera non est, eam ob causam, quia Ius patronatus est res absolutè hereditaria, ad omnes omnino heredes, etiam extraneos transiens, *prout hoc inferius docebimus*, & clari, & indubitati Iuris est, quòd in rebus absolutè hereditarijs factum vnius successoribus illius indistinctè noceat, atq; præiudicet, nullá facta distinctione: Vtrum illa res ab ipso faciente, siue à maioribus ipsius acquisita fuerit, *l. cùm à matre. & ibi DD. C. de rei vend. l. si ab eo, C. de liberal. cau. l. si vxor. C. de bon. autorit. iud. possid. l. si ab eo. C. de negot. gest. l. ea quæ à patre. C. de restit. milit. l. ex quâ personâ l. heredem. l. qui in Ius, & l. non debeo ff. de reg. Iur. cum similibus vulgaribus.* Et confirmatur exemplo, Namq; & de feudo absolutè hereditario idem Ius statuitur, quod de reliquis rebus hereditarijs statui solet, *Dec. cons. 178. Ias. in prælud. feud. num. 128.* Et tale feudum absolute hereditarium perinde, vt aliæ quælibet res hereditariæ in præiudicium successorum alienari potest, nullá factâ distinctione, vtrum illud feudum ab ipso alienante, an vero à maioribus suis acquisitum fuerit, *Dec. cons. 185. num. 2. cons. 208. num. 8. & cons. 395. Cardinal. Paris. cons. 2. num. 19. cons. 23. num. 70. cum. 3. seqq. lib. 1. cons. 65. lib. 3. Socin. Iun. cons. 72. lib. 1. cons. 102. lib. 2.* In quibus locis præallegati DD. attestantur hanc opinionem communiter receptam.

Præterea; licet aliqui DD. relati in vndecima ratione dubitandi nitantur, illam communem, & receptam DD. sententiam, quòd alienatio, donatio, concessio, siue translatio iuris patronatus non tantùm ipsi alienatori, sed etiam successoribus ipsius noceat, atque præiudicet, ità restringere, vt non habeat locum in iure patronatus, acquisito pro ipso acquirente, filijs, & descendentibus ipsius, Attamen in dubio præsumitur, Ius patronatus, acquisitum non pro filijs, ac descendentibus, sed pro ipsius heredibus, & in dubio tale Ius censetur esse merè hereditarium, transiens ad omnes omninò heredes, etiam extraneos, *gloss. Clem. plures. verb. heredes, & ibi Archid. Iohan. Andre. Petr. de Anchor. Gemi. Philip. Fra. & DD. de Iure patronat. gloss. c. considerandum, 16. quæst. 7. gloss. c. præ mentis, eadem causa. & quæst. Inno. rub. & ibi Card. quæst. 7. & 8. ext. de Iur. patronat. Frider. de Sen. cons. 112. col. penult. Card. Zarabel. cons. 112. Abb. & DD. c. 1. ext. de Iur. patronat. Abb. c. cum seculum, & ibi Bartol. de Bellencinus. ext. eod. tit. Abb. in [illegible] incip. Augerio. col. 3. Abb. cons. 54. lib. 1. Card. Paris. cons. 48. num. 4. lib. 4. Paul. Castrens. l. Si sepulchrum. C. de relig. & sumpt. funer. Alex. cons. 3. col. 2. lib. 7. Dec. l. venia. num. 3. C. de in ius vocand. Dec. cons. 149. col. 1. Roch. Curt. in tractat. de Iur. patronat. verb. ipse vel ij. quæst. 2. & quæst. 8. nu. 18. Roland. à Vall. cons. 47. num. 6. & num. 36. lib. 1.* vel fœminam. *c. 1. & ibi Innoc. Abb. & DD. ext. de Iur. patron. Clem. 1. eod. tit. Dec. l. fœmina. col. 6. ff. de regul. Iur. Dec. l. venia. nu. 2. C. de in Ius vocand. Dec. cons. 127. col. fin. gloss. c. quoniam inuestituras. 16. qu. 7. Iohan. Andr. Abb. & DD. c. nobis. ext. de Iur. patron. Anton. de Butr. Imo. & Abb. c. fin. arg. illa sexti. ext. de concess. prebend. Panor. cons. 54. lib. 2. Card. cons. 4. tit. de Iur. patronat. Barbat. c. quanto. in fin. ext. de Iudic. Chassador. decis. 2. tit. de iur. patronat. Rochus Curtius in tractatu de Iure patronatus verb. competens, quæst. 2. num. 1. vsq. ad num. 6. & verb. ipse, vel ij. quæst. 6. n. 15. Card. Paris. cons. 48. n. 5. lib. 4. Roland. à Valle. cons. 47. num. 7. lib. 1.*

Et generaliter Ius patronatus ad omnes omninò illos transit, ad quos hereditas, patroni transit, *Inno. & DD. rub. ext. de Iur patron. Abbas, & Dd. c. 1. ext. eod. tit. Abbas, & Dd. c. cùm secundum. ext. de Iure patron. Dd. Clem. plures. & ibi Card. in princip. quæst. 6 & 7 eod. tit. Roch. Curt. in tractat. de Iur. patron. verb. ipse vel ij. num. 15.* Et is, qui ab hereditate, siue successione hereditariâ excluditur, etiam à Iure patronatus remouetur. *Frid. de Sen. cons. 11. incip. quæstio talis est. col. penult. Panorm. c. cùm seculum. ext. de Iure patronat. Panorm. cons. 58. lib. 1. Petr. de Anchor. c. ex insinuatione, ext. de iure patronat. Card. rub. quæst. 8. ext. eod. tit. Laurent. de Pallatijs in tractat. super statuto, quòd extantibus masculis filiæ non succedant. colum. final. Roch. Curt. in tractat. de iure patronat. verb. ipse vel is, quæst. 6. num. 15.* Et huic præsumptioni standum est, donec contrarium probetur, *sicut hoc patet ex allegatis in 3. ratione dubitandi.*

Deinde etiam illa limitatio posito, illam veram esse, non procederet generaliter, & indistinctè, & inter cætera non haberet locum, quando vel filij, vel descendentes heredi-

tatem illius; qui ius patronatus alienauit, non confecto inuentario adierunt, vel quando hereditas alienantis soluendo est; ijs enim casibus factum illius, qui Ius patronatus donationis vel alio titulo in alium transtulit, filijs, & successoribus ipsius indistinctè nocet, & præiudicat, etiamsi illud Ius patronatus ab initio, pro filijs, & descendentibus acquisitum fuerit, *sicut hoc satis probatur per id, quod inferius de feudo ex pacto & prouidentia dicemus.*

Cum itaq; hactenus fides facta non fit, illud ius patronatus, quod Duces P. in Ecclesijs S. scilicet habere prætendunt, esse acquisitum pro filijs, & descendentibus, & sic illud prætensum ius absq; omni dubio hereditariũ reputari, & de eo idem, quod de reliquis rebus hereditarijs iudicium fieri debeat, & insuper & Dux P. P. hereditatem locupletem reliquerit, atq; moderni Duces suæ illustris Celsitudinis filij, & successores illam hereditatem non confecto inuentario adierint: Sequitur, illam restrictionem, etiam posito, illam per se veram esse, in casu nostro locum non habere.

Et licet DD. citati in vndecimá ratione dubitandi, velint, in dubio quodlibet feudum præsumendum esse feudum ex pacto & prouidentia: Attamen plurimi alij Dd. non inferioris nominis, vel authoritatis concludunt, Quodlibet feudum in dubio præsumi non feudum ex pacto, & prouidentiá, sed feudum hereditarium, *prout hoc expressè tradit Andre. de Isern. c. 1. in princ. & ibi Aluar. n. 8. Præpos. n. 3. Matth. de Afflict. num. 15. de alie. feud. pater. Andr. de Isern. Bald. & Iacob. de Beluis. c. 1. in agnatus. Andre. de Isern. c. 1. in fin. qui success. teneant. Alex. consi. 18. n. 7. & cons. 26. nu. 3. lib. 5. Zas. in tractat. feud. part. 8. n. 6.*

Á DD. quoq; traditum est, factum defuncti etiam in feudo, ex pacto, & prouidentiá acquisito, nempe pro ipso acquirente, & filijs, ac descendentibus ipsius, filijs, & descendentibus indistinctè nocere, si illi, non conscripto inuentario, hereditatem defuncti adierint. *Andr. de Isern. c. 1. in princ. num. 8. & ibi Aluar. num. 8. Præpos. nu. 3. Matth. de Afflict. & Frider.* Schenck. *de al. feud. pater. Andr. de Isern. c. 1. num. 18. qui success. teneant. Andr. de Isern. c. 1. §. hoc quoq. num. 6. & 7. & ibi Matth. de Afflict. nu. 59. de success. feud. Martin. Laudens. c. 1. §. Titius. & ibi DD. si de feud. defuncti content. Bald. l. qui se patris. num. 11. C. de bon. quæ liber. Matth. de Afflict. c. 1. num. 8. & ibi DD.* non agnatis. *Alex. consil. 10. num. 10. lib. 3. cons. 13. num. 3. & cons. 29. nu. 14. lib. 5. Iacob. de S. Georg. in tractat. feud. verb. & cum pacto, col. 2. num. 35. Curt. in tractat. feud. parte. 4. num. 145. & 150. Card. Paris. consil. 16. num. 41. lib. 1. Zas. in tractat. feud. parte. 9. num. 28. Rutn. consil. 28. num. 10. lib. 2.*

Similiter multi DD. tradunt, quòd in feudo ex pacto, & prouidentiá, quod videlicet acquisiuit quis pro se, & filijs suis, siue descendentibus, factum defuncti successoribus indistinctè noceat, & præiudicet, eo casu, quando illius hereditas est locuples, & soluendo, etiamsi filij, vel descendentes hereditatem defuncti, inuentario conscripto, adijssent *prout hoc expressè tradit Iacob. de Beluis. §. si verò absint, auth. de hered. & falc. Alb. de Rosat. in 2. part. statutor. quæst. 194. Alex. cons. 206. num. 8. lib. 5. consil. 30. num. 2. lib. 6. Ias. cons. 136. num. 5. lib. 4. Dec. l. debitori. num. 19. C. de pactis, Matth. de Afflict. c. 1. num. 30. An agnatus: Collegium Iurisconsultorum Ingolstad: int: consil: Henningi. cons. 16. quæst. 5. lib. 2. Socin. Iun: cons: 108. nu: 24. lib. 2.*

Sed in casu præsenti hactenus probatum non est, Ducatum P. esse feudum ex pacto, & prouidentiá. Itaq; ille Ducatus potius præsumendus est feudum hereditarium, quam feudum ex pacto & prouidentia. Dubio quoque omni caret Illustrem principem, & Dominum, Dominum P. Ducem P. locupletem, & opulentam hereditatem reliquisse, nec hactenus probatum est, quòd moderni principes filij, & successores suæ Illustris Celsitudinis adeuntes hereditatem paternam, inuentarium legitimè conscripserint.

Igitur ex hoc sequitur, etiam posito, sed tamen non concesso, Ducatum P. esse feudum ex pacto, & prouidentiá, & eodem iure censendum esse ius patronatus, de quo in casu præsenti agitur, nihilominus tamen factum Ducis P. piæ memoriæ, modernis Ducibus, suæ Illustris celsitudinis successoribus abesse, & nocere.

Deinde quoq; & illa regula, quòd dispositum de aliquo etiam extendatur ad connexa, & accessoria, non habet locum eo casu, quando inter principale, & connexum, siue accessorium ratio diuersitatis militat, siue connexa, vel accessoria sunt diuersæ naturæ, & qualitatis. *l. ex placito, ff. de rer. permutat. l. si is, à quo, C. de prædijs minor: Bart. l. ità stipulatus. oppos. 12. ff. de verb. oblig at: Dec. l. cùm principalis. nu: 2. ff. de reg. Iur: cum similibus allegatis in responsione ad secundam rationem dubitandi.* Et in specie, quòd de connexis feudo, siue de accessorijs feudi non statuitur eo casu, quando illa connexa, siue annexa, & accessoria sunt diuersæ naturæ & qualitatis, allodialia nempe, *expressè probat text. c. 1. §. ex contrario, & ibi Iacob. de Beluis. Andr. de Isern. Præpos. & Matth. de Afflict. de inuest. de re al. fac. Bald. l. 1. nu. 6. quæst. 6. ff. de rer. diuis. Guilhelm. Benedic. rep. c. Raynutius. verb. horsum. nu. 16. ext.*

tet. de testam. Tyraquel. in tractat. de vtroq. retract. part. 1. §. 32. gl. 1. num. 77. Auger. Bero. quaest. 96. Car. Molin. in consuet. Paris. part. 1. §. 1. gloss. 5. nu. 20. & n. 108. Sed certum est, quod ius patronatus, item & Ius praesentandi, quod Ius praesentandi fructus, & pars Iuris patronatus censetur, sit allodiale & merè hereditarium.

Ex quo infertur, etiamsi illud Ius esset annexum, vel connexum feudo ex pacto, & prouidentiâ, vel illius accessorium, de illo tamen idem Iudicium, quod de feudo, faciendum non esse. Et per consequens, licet in feudo ex pacto, & prouidentiâ in aliquibus casibus factum defuncti successoribus non noceat, in iure tamen patronatus, feudo connexo, vel annexo factum defuncti successoribus indistinctè nocere & praeiudicare.

Ad Duodecimam rationem dubitandi respondeo primò, dubio omni carere, ex lapsu temporis, praesertim immemorialis, iunctâ quasi possessione praesumi, aliquem Ius patronatus ab initio titulo legitimo acquisiuisse.

Secundò respondeo, opinionem illorum DD. qui volunt, ius patronatus, praesertim à Laicis, praescribi non posse, communiter reprobatum *pro vt hoc liquet ex ijs, quae in 14. ratione decidendi adduxi,* ideoq; illa contraria opinio nullo modo tenenda, vel sequenda est. Et absq; omni dubio illa opinio non procedit in nostro, & similibus casibus, quando agitur de praescribendo Iure patronatus aduersus patronum Laicum: talis enim praescriptio citra omnem controuersiam procedit, *Iohan. Andr. c. quod alicui. de regul. iuris lib. 6. Anton. de Butrio & DD. c. querelam, ext. de electio. Cardin. Zarabell. Clem. plures. quaest. 5. de iure patron: Alexand: consil. 75. col. 2. lib. 4. Roch. Curt. in tractat. de iur. patronat. verb. ipse vel is. quaest. 36. Franc. Balb. in tractat. de praescript. prima parte princip. quaest. 9. Rip. Rub. num. 79. ext. de Iudic. Bened. de Vad. in add. ad Felin. c. quanto, ext. eod. tit. Roland. à Valle. cons. 47. num. 33. lib. 1. vbi ipse attestatur hanc opinionem communiter receptam.*

Ad Decimamtertiam rationem dubitandi responsio patet ex ijs, quae in rationibus decidendi dixi: Namq; ex adductis in rationibus decidendi liquet, quod senatus, populusq; S. ab ipsis primordijs ciuitatis, & Ecclesiarum S. habuerint Ius patronatus, & Ius praesentandi, respectu omnium omninò Clericorum ciuitatis S. qui vel ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, vel ciuibus S. fundatorum, vel alioquin sumptibus senatus, vel ciuium S. sustentati fuêre, & sic, quòd hoc casu senatus S. exceptione praescriptionis non indigeat.

Deinde etiam ex figuratione casus liquet, senatum S. fidem facere posse, quòd ipsi non tantùm vltra tempus, ad praescriptionem requisitum, verùm etiam vltra omnium hominum memoriam fuerint in quasi possessione praedicti Iuris patronatus, per quae de praescriptione, etiam posito, eam hoc casu necessariam esse, satis liquet, & patet, ea, quae in 13. ratione dubitandi adducta sunt, nostrae decisioni nihil refragari.

Ad Decimamquartam rationem dubitandi Ego respondeo primò, quod in casu praesenti senatus, atq; populus S. inde à primo initio & conditae ciuitatis S. & ibidem fundatarum Ecclesiarum habuerit Ius patronatus, siue Ius praesentandi, respectu omnium Clericorum ciuitatis S. qui vel sumptibus senatus, vel ciuium S. aut ex reditibus Beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu vel ciuibus S. fundatorum, sustentati fuêre, quòdq; illud ius senatui, atq; populo S. per priuilegium praesumptum & probatum concessum fuerit. Eamq; ob causam in casu praesenti de praescriptione, item & de bonâ fide, in praescriptione requisitâ, disputare necessarium non esse, cùm illud, quod meum est, amplius meum fieri nequeat.

Secundò respondeo, quòd in dubio quilibet possessor praesumatur esse possessor bonae fidei, quòdq; qualibet possessio praesumatur iusta, & legitima. *Bart. & Alexand. l. communi diuidundo. §. inter praedones. ff. communi diuidund. Alex. cons. 33. lib. 4. Corn. cons. 185. in fin. lib. 2. Aym. Granet. cons. 150. nu. 5. lib. 1.* Et bona fide continuata, *Bart. l. Celsus & ibi Franc. Balb. in repet. part. 3. num. 9. ff. de vsucap. Anton. de Butr. Abb. & Felin. c. si diligenti. ext. de praescript.* Quod generaliter quidem procedit, potissimum autem locum habet, si ista possessio sit possessio longi temporis, 10. annorum nempe, *Innoc. c. 2. ext. de restit: in integrum. Abb. & DD. c. consultationibus. ext. de Iure patronat. Alex. cons. 142. in princ. lib. 1. cons. 200. lib. 2. cons. 24. & cons. 69. lib. 5. Dec. cons. 267. n. 5.* Absq; dubio verò hoc procedit in possessione 30. annorum. Namq; in illâ bona fides indistinctè praesumitur. *Bart. l. fin. nu. 17. C. vnde vi. Alexand. cons. 6. lib. 1. cons. 151. col. 2. lib. 2. Abb. cons. 89. & cons. 102. lib. 1. Roman. cons. 107. Aretin. cons. 57. cons. 102. cons. 111. cons. 154. Ias. §. sed ista. num. 100. Institut: de Actionibus. Ias. cons. 57. & cons. 72. col. 2. lib. 1. cons. 209. col. 2. lib. 2. Dec. consil. 267. & cons. 272.* etiamsi probetur de antiquiore possessione aduersarij. *Bart. l. fin. nu. 17. C. vnde vi. Bald. & Angel. l. super longi. C. de long. temp. praescript. Alexand. cons. 71. circa princip. cons. 100. col. final. lib. 1. cons. 76. col. final. cons. 151. col. 2. lib. 2. cons. 86. col. 6. & cons. 24. circa fin. lib. 5.* Vsq; adeò, vt

 possessio

possessio 30. annorum præsumatur, pro se habere Iusticiam præmanentem. *Cyn. l. solemnibus. C. de rei vendicat. Bald. c. 1. §. cùm autem. de controuer. in inuest. Matth. de Afflict. decis. 277. nu. 6. Cardinal. Paris. cons. 23. nu. 858. lib. 1.* Vtq; secundum aliquorum DD. sententiam, post lapsum 30. annorum malam fidem allegare non permittatur. *Bart. l. fin. num. 17. C. unde vi. Paul. Castrens. cons. 169. col. 2. lib. 1. Fernand. Vasq. in tractat. quæst. Illustrium c. 81. num. 8.*

Multò verò magis hoc locum habet in præscriptione, siue lapsu temporis immemorialis. Namq; illud, quod quis vltra tempus immemoriale possidet, præsumitur, a prædecessoribus iusta, & bonâ fide acquisitum, possessum, & continuatum. *Bald. c. fin. cùm diligenti, nu. 23. ext. de præscript. Roland. à Vall. cons. 3. nu. 96. lib. 1.* Et hæc præsumptio, ex lapsu temporis immemorialis descendens, secundum multorum DD. sententiam, est præsumptio iuris, & de iure, probationem contrariam non admittens. *Felin. c. cùm à nobis. col. 3. ext. de præscription. Alex. Rubr. cons. 13. col. 3. Gozad. cons. 8. nu. 37. Cephal. cons. 129. n. 3.* Ideoq; a multis DD. traditum est, quod in præscriptione illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, nihil curetur, neq; de bonâ, neq; de malâ fide, & quod talis præscriptio etiam cum malâ fide procedat, *Salic. l. 2. C. de seruit. & aqua. Dec. l. traditionibus. num. 12. C. de pactis. Dec. cons. 496. num. 5. & cons. 638. num. 4. Bald. cons. 370. circ. fin. lib. 3. Boer. decis. 39. num. 7.*

Præterea quoq; bona fides causatur non solùm ex iustis, sed etiam iniustis, & temerarijs rationibus, & causis, *Bald. l. 1. Curt. l. fin. C. vbi causa status. Barbat. cons. 18. cons. 87. lib. 2. cons. 41. col. 8. & cons. 51. col. 2. lib. 4. Ias. l. si quis id, quod. col. 8. num. 8. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Ias. l. si quis maior. post. princ. C. de transactio. Paul. Castrens. cons. 98. ante fin. Socin. cons. 11. col. fin. cons. 30. col. 2. cons. 66. col. 5. lib. 3. Grauet. cons. 119. Tyraq. in tractat. de pœn. caus. 43. num. 3.* Nec etiam illa theorica, quæ vult, eum, qui habet scientiam rei, vel Iuris alieni, præsumi possessorem malæ fidei, generaliter, & indistinctè vera est, sed aliquas limitationes, & declarationes patitur, *prout hoc tradit Angel. l. 1. num. 3. C. de Iudic. Fernand. Vasq. in tractat. quæst. Illustrium.*

Sed in casu præsenti senatus S. vltra tempus non modò longum, & longissimum, sed vltra omnium hominum memoriam fuit in possessione, vel quasi, iuris præsentandi, siue iuris patronatus, respectu omnium omninò Clericorum ciuitatis S. qui sumptibus senatus, vel ciuium, siue ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, vel ciuibus fundatorum, sustentati fuere. Similiter & senatus S. à tempore primæ visitationis vsque ad hunc diem vltra 30. annos fuit in possessione vel quasi vocandi, nominandi, & præsentandi primarium concionatorem ciuitatis S.

Igitur sequitur, ex lapsu huius temporis immemorialis, & longissimi præsumi, & probari, senatum S. istam quasi possessionem iuris præsentandi, siue iuris patronatus, respectu clericorum, quos senatus, vel ciues S. suis sumptibus, & ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, vel ciuibus fundatorum, sustentauit & inter cætera etiam Superintendentis, quo ipsi hodierno tempore vtuntur, à senatu S. bonâ fide, & acquisitam & continuatam, præsertim cùm ipsi non modò iustas, verùm etiam iustissimas causas pro se habeant, & inter cætera concessionem, titulum, & priuilegium, præsumptum ex lapsu temporis, nec non & ordinationem Ecclesiasticam, factam in primâ visitatione, Item & communem opinionem omnium Theologorum Ducatus P.

Ad decimamquintam rationem dubitandi respondeo, In allodialibus absque omni dubio præscriptionem lapsam, vel completam, contra prædecessorem, successoribus nocere, & obesse. *Roland. à Valle consil. 3. nu. 89. lib. 1.* Quod procedit etiamsi illa allodialia feudis annexa sint, siue sint accessoria ad feudum. Namque certi Iuris est, quòd de allodialibus annexis, vel accessorijs feudi idem Iuris, quod de alijs allodialibus statuatur, quódque talia connexa, vel accessoria naturam feudi non sortiantur, *prout hoc in responsione ad 11. rationem dubitandi docui.* Deinde etiam illud, quod in 15. ratione dubitandi adductum est, in feudis præscriptionem lapsam, vel completam contra prædecessorem successoribus non nocere, non procedit in feudo hereditario: In illo enim præscriptio lapsa contra prædecessores successoribus indistinctè præiudicat, *Andr. de Isern. c. 1. §. præterea Ducatus. num. 38. & ibi Matth. de Afflict. num. 45. de prohib. feud. al. per Frideric. Paul. Castrens. consil. 44. lib. 2.* Similiter quoque & in feudo ex pacto, & prouidentiâ præscriptio lapsa, vel completa contra prædecessorem successoribus indistinctè nocet, atque præiudicat in omnibus omninò casibus, in quibus contractus prædecessoris successori nocet. *Roland. à Valle. consil. 3. num. 89. lib. 1. Arr. Pinel. repet. auth. nisi triennale. num. 16. C. de bon. mater.* Eodem

dem quoque modò ex supradictis liquet, etiam in feudo ex pacto, & prouidentiâ factum, siue contractum prædecessoris successoribus nocere, & præiudicare, vel quando successor hereditatem prædecessoris, non confecto inuentario, adiuit, vel quando hereditas prædecessoris, quam successor, etiam confecto legitimo inuentario, est soluendo.

Sed certum est, nec non etiam superius legibus, & authoritatibus comprobatum, quòd Ius patronatus sit Ius mere hereditarium, siue allodiale: Et cùm hactenus probatum non sit Ducatum P. esse feudum ex pacto, & prouidentiâ, illo Ducatus præsumendus est feudum hereditarium. Insuper etiam & moderni Duces P. sunt heredes, atque successores prædecessorum suorum, quorum hereditas absque omni dubio fuit, & locuples & soluendo, nec constat modernos Duces hereditatem prædecessorum, inuentario legitimè conscripto, adiuisse.

Igitur sequitur, ea, quæ in 15 ratione dubitandi adducta sunt, nostræ decisioni nihil obstare, nec refragari: Illudque multò magis eam ob causam tenendum, & dicendum est, cùm in casu præsenti Senatus S. non modò præscriptione, sed etiam priuilegio, titulo, & concessione per lapsum temporis non modò longissimi, sed immemorialis præsumptâ, & probatâ tutus sit.

Ad decimamsextam rationem dubitandi respondeo, Cùm, *vt ex supradictis liquet*, Senatui S. Ius patronatus, respectu omnium Clericorum, qui sumptibus Senatus, atque ciuium S. aut ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, & ciuibus S. fundatorum, sustentantur, ex priuilegio, titulo, & concessione legitimâ, per lapsum temporis probatâ, competat, in casu nostro superuacuum esse disputare de interruptione præscriptionis, item & de perpetuatione actionis.

Secundò respondeo, præscriptionem iam completam, neque per citationem, neque per litis contestationem, neque per vllum alium modum interrumpi posse, *c. audita. & ibi Panorm. vlt. notab: ext. de præscript. gloss. & DD. c. vigilanti. ext. ead. tit. Felin. c. illud. colum. penult. conclus. 5. ext. de præscript. Franc. Balb. in tractat. de præscript. 3. part. 6. part. principal. nu: 52.*

Sed Senatus, atque populus S. ante illam litem, motam à Parocho in V. non modò vltra tempus longissimum, sed etiam vltra omnium hominum memoriam fuit in possessione, vel quasi, iuris præsentandi illos Clericos, qui sumptibus senatus, atque ciuium, siue ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à senatu, atque ciuibus S. fundatorum, sustentati fuêre: Et sic senatus, & populus S. etiamsi ipsi niterentur solâ præscriptione, istam præscriptionem compleuerunt, Eaque ante istam litem motam nullo modo interrumpi potuit.

Tertiò. Respondeo DD. magis communiter velle, præscriptionem aduersus bonæ fidei possessorem nunquam interrumpi per citationem, sed semper requiri litis contestationem, etiamsi illa præscriptio non sit longi sed longissimi temporis, item etiamsi possessor titulo careat. *Panorm. & Felin. c. illud. ext. de præscript. Franc. Balb. in tractat. de præscript. 3. part. 6. part. princ. quæst. 4. princ. nu. 7. Couarr. rep. c. possessor. part. 2. §. 12. nu: 4. conclu. 3. de reg. Iur. lib. 6. fac. tex. c. placuit. §. potest. 16. qu.* Illudque penitus indubitatum est, contra possessorem, bonæ fidei titulum habentem, nunquam per citationem solam præscriptionem interrumpi. *l. mora. C. de rei vend. c. placuit. §. potest. 16. quæst. 3. Bart: Alex. Ias. & DD. l. fin. in princ. ff. de eo per quem fac. fu. Bart. & DD. l. naturaliter. ff. de vsucap. Abb: Felin. & DD. c. illud. ext. de præscript. Franc. Balb. in tract. de præscript. 3. part. 6. part. principal. quæst. 4. princ. nu. 32. Couar. rep. c. possessor. part. 2. §. 12. n. 4 conclus. 2. de reg. Iur. lib. 6.* Præterea etiam multi DD. tradunt, per litis contestationem, neque præscriptionem interrumpi, neq; actionem perpetuari, eo casu, quando post litem contestatam actor, nullum impedimentum habens, à lite desistit, ac litem prosequi negligit. *gloss. c. placuit. el. 2. §. potest. 16. quæst. 3. Roman. l. si verò. §. de Iure fall. 23. ff. solut. matr. Roman. l. fin. in princ. ff. de eo per quem fact. fuit. Capit. decis. 12. Felin. c. illud. n. 10. ext. de præscript.*

Sed certum est, quòd in casu præsenti senatus populusq; S. quò ad ius patronatus, siue ius præsentandi primarium concionatorem, omnesq; alios concionatores, qui sumptibus Senatus, atque ciuium, vel ex reditibus beneficiorum Ecclesiasticorum, à Ciuibus, atque Senatu S. fundatorum sustentantur, habeant & titulum, & bonam fidem, & hactenus probatum non est, in hâc lite, siue causâ, motâ à pastore, siue parocho in V. contra Senatum S. coram Iudicio Cameræ Imperialis litem contestatam; Et insuper in casus figuratione narratur, quòd proximus successor illius Parochi, qui istam litem mouit, nullo impedimento ductus, ab illâ lite destiterit, eamq; prosequi omiserit.

Igitur etiam ex hoc capite sequitur, per istam litem motam præscriptionem Senatus, respectu Iuris patronatus, item & Iuris præsentandi non interruptam, multò verò minùs actionem perpetuatam.

Quartò, Respondeo, licet in aliquibus casibus per citationem, in alijs vero per litis contestationem præscriptio interrumpatur, Attamen dubio omni caret, si actor litem cœptam prosequi negligit, ab eo tempore rursus præscriptionem cursum suum incohoare, & legitimo tempore complere. *l. fin. C. de præscript. longi temp. §. præscriptionis. 16. quæst. 3. gl. l. cùm notissimi. verb. solam. C. de præscript. 30. vel 40. annorum. Inno. Host. Panor. & Felin. c. illud. ext. de præscript. Bart. l. fin. in princ. ff. de eo, per quem fact. fuit. Ias. l. 1. C. quando libell. princip. oblat. Franc. Balb. in tractat de præscript. 3. part. 6. part. princ. quæst: 4. princ. nu. 42. & 14 part. 6. part. princ. nu. 1. & 2.* Cùm itaque Ius patronatus, secundum veriorem Dd. sententiam præscribatur lapsu 10. annorum, siue spatio longi temporis, Sequitur, etiamsi per istam litem motam præscriptio Senatus S. interrupta fuisset, si tamen ab eo tempore, quo parochus in V. litem prosequi omisit, plus quàm decem anni elapsi fuissent, senatum S. istâ interruptione non obstante, præscriptionem Iuris patronatus compleuisse.

Quintò, Respondeo, quòd interruptio præscriptionis, & perpetuatio actionis per citationem, vel litis contestationem factam, nulli alij, nisi illi, qui istam litem mouit, non autem tertio patrocinetur. *gloss. l. cùm notissimi. § sed etsi quis. verb. innouata. C. de præscript. 30. vel 40. annor. gl. c. placuit. el. 2. §. potest. verb. interrupta. 16. quæst. 3. Bart. & DD. l. naturaliter. ff. de vsucap. Franc. Balb. in tract: de præscript. 3. part. 6. part. princ. §. nunc capio quartam. fac. text. l. intra quatuor, ff. de diuers. & temporal. præscript. l. 2. §. final. ff. de statu defunct. Illamq; opinionem communem esse attestatur Francis. Balb. in loco prælegato.* Præterea per hoc, quòd actor sine is, qui se ex actoris facto iuuare nititur, tacitè, vel expresè instantiæ, & liti motæ renunciat, hoc efficitur, ne per litem motam, vel etiam contestatam præscriptio interrumpatur, vel actio perpetuetur. *Felin. c. illud. col. 6. vers: & scias. ext. de præscript. Claud. Aquensis. l. naturaliter. col. 6. ff. de vsucap. Franc. Balb. in tractat. de præscript. 3. part. 6. part. princ. vers: capio nunc quartam n. 64.*

Sed in casu præsenti non Duces P. sed parochus, siue pastor Ecclesiæ in V. istam litem contra senatum populumque S. mouit. Igitur videtur dicendum, etiamsi ponamus, per istam litem motam præscriptionem Senatus S. interruptam, illam tamen interruptionem Ducibus P. nihil prodesse. Et cùm Duces P. ordinationem Ecclesiasticam, factam in primâ visitatione, in quâ ordinatione expresè cautum est, quòd Senatus S. vnà cum æadituis, & reliquis concionatoribus S. debeant habere Ius, atque facultatem vocandi, nominandi, & præsentandi primarium concionatorem, expresè approbauerint, Sequitur, suas Illustres Celsitudines liti, motæ a parocho in V. etiamsi suæ Illustres Celsitudines se illâ lite motâ iuuare possent, penitus renunciasse, & per consequens, suis Illustribus Celsitudinibus istam litem etiam ex hoc capite nihil prodesse.

Ad decimamseptimam rationem dubitandi respondeo primò negando, quòd Senatus & populus S. pastorem Ecclesiæ in V. spoliauerint: Namque Senatus, & populus S. pastorem Ecclesiæ in V. suo iure non spoliauerunt, sed tantùm possessionem suâ, vel quasi, Iuris patronatus, respectu illorum Clericorum, & concionatorum, quos ipsi suis sumptibus, & ex redditibus, ab ipsis fundatis, sustentauêre, quam antiquitus, & vltra omnium hominum memoriam habuêre, continuauerunt, ideoq; nullam pœnam meruêre, cùm cuilibet licitum, atque permissum sit, possessionem suam continuare, siue in possessione suâ persistere.

Præterea quoque clari Iuris est, quòd à delicto, & pœnâ excuset quælibet causa, non modò iusta, verùm etiam iniusta. *l. igitur. vers & generaliter. ff. de liberal. caus. l. inter omnes. §. rectè. ff. de furt. gloss: l. plagij. la. 2. & ibi Ang. C. ad l. Flau. de plagiar. Bart: l. 1. §. non autem. col fin. vers. assessores. ff. si quis testam. liber esse iuss. fuer. Bart. & Ias. l. iustè possidet. ff. de acquir. possess. Fr. Aretin. & Ias. l. clam possidere. in princ. ff. eod. tit.* leuis. *Bald. l. si qui. col. 1. C. de testib.* Bestialis *Inno. l. si insulam. ff. de verb. oblig. Socin. cons. 108. col. 9. lib. 1. Aym. Grauet. cons. 6. nu. 89.* Temeraria. *Ang: l. plagij. la. 2. C. ad l. Flau. de plag.* & fatua. *Ang. l. 1. in princ. ff. de eo per quem fact. fuit. Franc. Aret. cons. 80.* Deinde etiam neq; interdicto vnde vi, neque remedio Canonis redintegrandæ, neque remedio. *l. si quis in tantam*, agere permittitur spoliato, quando post spoliationem factam dominium rei, vel Iuris spoliatori acquisitum fuit. *Inno. c. super hoc. ext. de renunciat. Ant. de Butr. c. sollicitè. ext. de resti. spoliat. Iacob. Nouell. in practic. & theor. caus. crim. §. vulgaris est quæstio. n. 22.* Similiter & illi possessorio remedio experiri denegatur, qui post actionem natam, nempe post spolium prætensum commissum, Iuri suo renunciauit. *c. accepta. ext. de rest: spoliat.* Quod absque omni dubio procedit, quando constat, illam renunciationem spontè factam. *Panorm. c. sollicitè. n. 10. ext: de restit: spoliat.* vel quando illa renunciatio est facta non simpliciter sed interueniente pacto, *Inno. c. super hoc. ext. de renunciat. gloss. c. ex insinuatione. ext. de procurat. Panorm. c. sollicitè. n. 16. ext. de restit. spoliat. arg. l. si vnus. §. pacta.*

pacta. vers. item ne experiar. & ibi gloss. verb. quatenus. ff. de pact.

Sed in casu præsenti Senatus S. facti sui non iniustam, temerariam, bestialem, vel leuem, sed iustissimam causam, & rationem habuit: Et insuper in ordinatione Ecclesiasticâ, factâ in primâ visitatione à Doctore B. & consiliarijs Ducum P. expressè cautum est, quod Senatus S. vnà cum æditiuis, & reliquis concionatoribus S. debeat Ius, & facultatem habere Superintendentem vocandi, nominandi, & præsentandi Ducibus, illamq; ordinationem factam esse ex mandato Ducum, vel saltem ab ipsis approbatam, superius docuimus.

Et sic liquet, Duces P. per illam ordinationem, quæ post illud prætensum spolium facta est, omni Iuri suo, quò ad Ius vocandi, & nominandi primarium concionatorem, renunciasse, Eamque ob causam suas illustres Celsitudines neque remedio recuperandæ, vel redintegrandæ possessionis, neque ex condictione *l. si quis in tantam*, neque vllo alio remedio possessorio experiri posse, ad hoc, quò minus Senatui, atq; populo S. permitti debeat, Superintendentem, siue primarium concionatorem vocandi, nominandi, & Ducibus commendandi.

Tota quoque vis libelli consistit in conclusione. *Ias. l. si prius. num. 33. ff. de oper. nou. nunc. Bald. l. si Oleum. §. meritò. ff. de dolo. Corn. cons. 8. nu. 10. cons. 141. nu. 13. lib. 1. cons. 91. nu. 5. lib. 4.* Eaque conclusio semper inspicienda est. *Felin. c. examinata. n. 12. ext. de Iudic. Alex. cons. 121. n. 2. lib. 1. Card. Paris. 125. n. 3. lib. 1. Socin. cons. 134. colum. 2. lib. 1.* vsq; adeò, vt non consideretur, quid, quale, & quantum narretur, sed qualiter, & quomodo ex narratis concludatur, *Bald. l. edita. C. de edend. Pract. Papiens. in for. libel. in act. real. verb. quare. Abb. c. ex parte B. n. 3. ext. de for. compet. Abb. & Felin. c. 1. ext. de lit. contest. Socin. cons. 39. n. 18. lib. 1. Lanfran. c. quoniam contra. verb. petitiones. n. 2. ext. de probat. Abb. c. litera, ext. de dilatio.* Vtq; conclusio narrata restringat ad ea, quæ conclusiuè petuntur; *Bald. l. nec quicquam. §. vbi decretum. ff. de offic. procons.* Legibus etiam expressè cautum est, quòd sententia debeat esse conformis libello *l. fin. C. de fideicommiss. libertat. l. vt fundus. ff. communi diuid. c. qualiter. el. 2. circ. fin. ext. de accusat. c. licet. Hely. ext. de Simon.* Quodque sententiâ, non conformis libello, lata nempe super aliâ re, vel ex diuersâ causâ, aut per alium modum, quàm quo fuit actum, per se, & ipso iure nulla fit. *Bald. l. 1. col. 2. vers. extra oppono. in fin. C. si plur. vna sent. Bald. l. 1. C. de fideicomm. libert. Alex. cons. 51. col. 2. in fin. lib. 6.* Etiamsi actor probasset, se ex aliâ causâ, quàm illâ, quæ in conclusione libelli expressa est, ius fouere. *l. habebat. ff. de institut. actio. l. Bebius Marcellus. ff. de pact. dotal. cum simil.*

Sed in casu præsenti, prout ex figuratione casus liquet, Duces P. quò ad Ius patronatus non egerunt remedio recuperandæ, vel redintegrandæ possessionis, nec etiam ex condictione. *l. si quis in tantam, C. vnde vi,* sed tantùm instituêre petitorium. Et licet in libello narretur, senatum, populumq; S. parochum Ecclesiæ in V. spoliasse, Attamen in conclusione illius petitionis, siue libelli nulla fit mentio spolij, nec restitutio petitur, multò verò minus ad poenam *l. si quis in tantam*, agitur.

Igitur sequitur, Iudicem neq; super remedio recuperandæ, vel redintegrandæ possessionis, quòd videlicet Duces P. ante omnia ad possessionem iuris patronatus, siue præsentandi restituendi sint, neque etiam super poenâ *l. si quis in tantam*, cognoscere vel quid statuere posse.

Ad decimamoctauam, & vltimam rationem dubitandi patet responsio ex ijs, quæ diximus in responsione ad præcedentem rationem dubitandi. Et sic ex prædictis liquet, quòd, non obstantibus rationibus dubitandi, nostra conclusio, superius facta, verissima sit.

Zum andern / erachte ich / weil die æditui, vnd prouisores der Kirchen zu S. auch im Pabstumb / vnd für anfang des Euangelij vber 100. vnd mehr Jahr / die Administration der Kirchen / vnd derselben Gütter in verwaltung gehabt / daß dieselben mit allem Recht / vnd fug berührte Administration biß dahero auff gegenwertige zeit continuiret / auch dabey nochmals billich zu schützen / vnd zuerhalten sein / vnd dieses aus nachfolgenden vrsachen.

Namq; primò certi, & Indubitati iuris est, quòd possessio, vel quasi illius temporis, cuius in contrarium memoria nõ extat, habeat vim tituli, concessionis & priuilegij, *prout hoc in 15. ratione decidendi ad primam conclusionem supra comprobauimus.* Secundò legibus expressè cautum est, quòd quilibet possessor, etiã iniustus, in possessione suâ vsq; ad exitum causæ tueri, nec in illâ absq; processu iudiciario turbari, vel ex illâ expelli debeat. *l. 1. §. quia me & ibi gl. ff. de vi. & vi armat. l. 2. & ibi gl. ff. vti possidet. l. 1. & ibi Bart: notab. C. si propter publ. pensitat. l. fi. & ibi Bald. C. si per vim. & alio modo. l. meminerint. & ibi Bald. C. vnde vi. l. fi. C. de bon. vacant. lib. 10. l. cùm miles. §. 1. ff. ex quib. caus. maior. l. à Diuo. §. si super rebus & ibi DD. ff. de re vindicat.* Terriò clari Iuris est, quòd quilibet, etiam pendente lite, vel appellatione, possessionem suam continuare possit. *c. volumus. & ibi gloss. verb. possessum. 16. quæst. 4.*

Zum dritten / erachte ich es dafür / daß die Hertzogen zu P. wegen desselben Closters / so vor der Stadt S. gelegen / und im Auffruhr destruiret / wider den Rath unnd die gemeine Stadt S. zuklagen nicht befugt / Insonderheit weil ein Erbar Rath / und gemeine der Stadt S. dass lebe Closter fundiret / dotiret / und die Conseruation / und gantze verwaltung in ihren Henden gehalten / und nicht erweißlich / daß die Hertzogen zu P. etwas darzu gegeben / oder contribuiret / und uber das J. F. G. viel felde: und andere Clöster / Kirchen / und Clausen nidergerissen / unnd dero Gütter an sich genommen

Namque primo clari, & indubitati Iuris est, quòd is, cuius n[illegible] interest, ab agendo repellatur, nec vllo modo [a]udiri, vel admitti debeat. *l. 1. in pr. ff. quor. appell. non recip. l. ille, à quo. §. si de testam. ff. ad [illegible] rebell. l. loci corpus. §. competit. ff. si serui. [vi]ndic. l. posthumus. §. si quis ex his, & ibi Bart. & D[D.] ff. de inoffic. testam. l. Fulcinius. §. si n[illegible] em. [illegible] q[illegible] cau[s.] in poss[e]ss. eatur. [illegible] cu[m] inter [illegible] ext. de el[illegible] c. [illegible] entens. el. 2. ext: de test. Roman. cons. 34 [illegible] consil. 499. Corn. cons. 6. col. 1. lib. 2. cons. 2. [illegible] 3. lib: 4. Bald. l. si vnus decem. §. in his. ff. de pact. Aym. Grauet. cons. 45. nu. 7. cons: 182. nu. 8. & cons 191. nu: 7.* Et hoc vsque adeo verum est, vt ista exceptio, TVA NON INTEREST, siue defectum interesse respiciens, etiam ante litem contestatam, ad impe[d]iendum litis in[gr]essum, opponi possit. *Bart. l. [si] vnus. §. ante omnia. ff. de pact. Bart. l. si pupilli. §. videamus. arg: ill. text: ff. de negot. gest. Bart: & Ang: l. Papinianus. §. si quis impuberi. ff. de inoffic: testam: Alex: l. ille, à quo. §. si de Testam: n. 3. ff. ad SC. Trebell. Felin: c. ex parte. nu: 5. ext. de rescriptis. Corn. cons. 6. col. 1. lib: 4. Grauet: cons: 195. nu: 7. Roland. à Vall: cons: 3. nu: 78. lib. 1.*

Sed ex figuratione casus liquet, quòd Illustres principes, & Domini, Duces P. in casu præsenti contra Senatum S. egerint actione ciuili & ratione interesse, suis illustribus Celsitudinibus applicandi. Cùm itaque Duces P. in isto monasterio destructo nullum Ius habuerint, & sic illorum non intersit, illud monasterium destructum esse: Sequitur, suas illustres Celsitudines nullam actionem eam ob causam habere contra senatum S. quodque ipsis obstet exceptio: TVA NON INTEREST, eaque suas Illustres Celsitudines à Iudiciorum limine repellat.

Secundò, Illud, quod alioquin illicitum est, consuetudo licitum reddit. *Roman. l. certi condic[tio]. §. si nummos. & ibi Ias. nu. 27. ff. si cert. petat. Cat: Cott: memor. incip. consuetudo facit licitum*, & [con]suetudo de prohibito permissum, & è co[n]uerso de permisso prohibitum facere potest. *c. cum. olim. ext. de Cler. coniug. c. super eo. ext: de cognat. Spiritual: Oldra: cons. 209. Grauet. cons. 228. nu: 6. fac: text: l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. ff. de aedilit. edi[ct]. l. 1. pr[inc]. C. de p[æ]nis. act.* Ideoque traditum est, eum contractum, qui in reg[i]one aliquâ a bonis viris celebrari consueuit licitum & permi[ss]um censeri, licet ille contractus reuerâ sapiat vsurariam prauitatem. *Bart: l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem. arg: ill: text: ff. de aed. edict: Oldradus cons. 209. Bald: l. vnica. quæst: 3. C. de his, qui pœn. no. Abb. cons: 1[illegible]. col. 1. ad fin. vers: qui vltra lib. 1 Dec. cons. 170. col. penult. circa fin. Card. cons: 4. in fine. tit. de [v]sur. Ias. l. 1. colum. antepenult. quæst: 4. C. de sum. Trin. & fide cath. Ias: cons: 135. col. 4. in fin: lib. 4. Cepol. in tractat. de simul. contract. lib. in pr: col. 3. & iterum in §. casu princ. colum. fin. Cepol. cauf. crim. cons: 13. col. penult. Bertrand: cons: 62. col. 1. lib: 1. Grauet: cons: 145. nu: 12. Roland: à Vall. cons: 75. nu: 42. lib. 1. Tyraq. in tract: de vtroq. retract: part 2. in fin: n. 127.* Et is, qui consuetudine permittente aliquid facit, caret & dolo, *l. si pignore. §. fin: & ibi gloss: Bart: & DD. ff. de pign. act: Ias: l. certi condictio. §. si nummos. notab. 3. ff. si cert. petat.* Et culpa, *l. pignus, & ibi gl. Bart. Bald: Sal. Paul. Castr: & DD. C. de pignor. act. Petr. de Anchor. cons. 348. Catel. Cott. memor. incip. consuetudo facit licitum*, & in bonâ fide esse censetur: *Bald. cons: 370. incip: verba rescripti, lib 3. Catell. Cotta memor. incip. Consuetudo facit licitum*, nec vllo modo reprahendendus, *Bald: l. obseruare. §. profic[i]sci. quæst. 33. ff. de offic. procons.* vel puniendus est, *Bald: l. 1. col. 3. vers. sed quid si custos. C. de ad. edict.* Præterea consuetudo, etiam praua, & iniqua, excusat à pœna. *gl. 1. cùm venerabilis. vers: ingressi. & ibi Card. Florent. Petr. de Anchor. Ant. de Butr. & Abb. ext. de consuet. gl. c. denique. distinct: 4. Oldrad: cons: 9. in fin. & cons. 56. Petr: de Anchor. cons. 51. & cons. 283. Paul. Castrens. cons. 289. in fin. Roman. cons. 466. & singul. 79. Bart. l. 1. in fin. princ. & ibi Ias. col. 1. ff. quod quisq; Iur. Abb. a fin. ext. de constit. Alex. in addit. ad Bart. l. de quibus. col. 2. & ibi Ias. col. 3. ff. de ll. Alex. cons. 70. lib. 1. cons. 107. col. fin. lib. 2. cons. 39. cons. 65. lib. 3. cons. 41. lib. 4. cons. 233. & cons. 240. lib. 6. Socin. cons. 209. colum. penult. lib. 2. Ang. in tract. de malefic. verb. falsario. col. 2. Felin. c. ex tenore. nu: 12. ext. de rescript. Felin. c. non satis. & c. ea quæ. ext. de Symo. Ias. l. singularia. col. penult. ff. si cert. petat. Ias. l. ait prætor. §. iurari. col. penult. & l. qui iurasse. col. 2. ff. de iureiurand: Dec. cons. 9. cons. 170. & cons. 175. Dec. c. non concupiscentiam. lect. 1. n. 3. & lect. 2. colum. penult. ext. de constitut. Tyraquel. in tract. de pœn. caus. 42. Aymon. Grauet. cons. 6. nu. 103. lib. 1. Catel. Cotta memor. incip. Consuetudo facit licitum. arg. l. quis sit fugitiuus. §. apud Labeonem, & ibi Bart. ff. de ad: edict. l. 3. ff. ad SC. Maced.*

Sed in totâ Germaniâ inter omnes illos, qui Augustanæ Confessioni addicti sunt, iam

vltra

vltra 40. annos vsitatum, & consuetum fuit, monasteria destruere: Igitur sequitur, hanc consuetudinem, etiamsi & illa esset iniusta, & temeraria, nihilominus tamen Senatum atque ciues S. excusare.

Tertiò, ciuitas ex delicto ciuium conueniri nequit, nisi illud delictum solenniter, conuocatis omnibus ciuibus, atque communicato consilio, nec non & præhabitâ deliberatione, cum omnibus ciuibus commissum fuerit, *glos. l. aliud. §. refertur, & ibi DD. ff. de R. I. gloss. l. sed etsi ex dolo. ff. de dolo. Iohan. Andr. c. felicis. §. fin. & ibi Gem. de pœn. lib. 6. Bart. l. aut facta. §. fin. num. 9. ff. de pœn. Panorm. Iohan. de Anan. & Felin. c. dilectus. el. 2. ext. de Symo. Cardinal. Florent. Clem. 1. verb. Ciuitas & ibi Iohan. de Imo. col. 2. de pœn. Ang. cons 163. Felin. c. cùm omnes, & ibi DD. ext. de constitut. Corn. cons. 224. lib. 4. Oldrad. cons. 214. Paul. Castrens. cons. 104. nu. 1. lib. 2. Bald. cons. 283. lib. 1. Ias. l. ciuitas. n. 2. & 3. & ibi DD. ff. si cert. petat. Ias. cons. 139. n. 1. lib. 4. Aym. Grauet. consil. 21. num. 8. Iohan. Plot. repet. l. si quis. §. 50. nu. 9. C. vnde vi. Alexand. cons. 47. nu. 10. lib. 6. Ruin. consil. 107. nu. 4. lib. 5. Card. Paris. consil. 27. nu. 102. lib. 1. Dec. cons. 221. nu. 1. & 2. Roland. à Vall. cons. 66. nu. 64. cum 3. seqq. lib. 2.* Et hoc vsque adeò verum est, vt procedat, etiamsi constet, atque liqueat, ab omnibus ciuibus alicuius ciuitatis, siue præsentibus omnibus ciuibus ciuitatis tale delictum perpetratum. Namque similiter ciuitas, vel Senatus ex tali delicto conueniri nequit, nisi probetur, atque fides fiat, ad tale delictum perpetrandũ & solenniter omnes ciues conuocatos, & cum ijs consilium communicatum, nec non & deliberatio habita fuerit de tali delicto committendo. *Paul. Castrens. cons. 86. Iohan. de Ligna. Clem. 1. & ibi Iohan. de Imo. col. 2. Cardinal. Florent. quæst. 2. de pœn. Francis. Aretin. cons. 169. nu. 7. Ias. l. ciuitas. nu. 3. ff. si cert. petat. Rol. à Vall. cons. 66. nu. 64. lib. 2.* Similiter hoc locum habet, etiamsi illud à ciuibus fuerit commissum, leuato vexillo, & campanâ pulsatâ. Namq; eodem modo ex tali delicto ciuitas conueniri nequit, nisi probetur, atq; fides fiat, ad tale delictum committendum omnes omninò Ciues conuocatos, & cum ijs consilium communicatum, nec non & deliberationem habitam. *Bart. l. aut facta. §. fin. ff. de pœn. Roland. à Vall. cons. 66. n. 65. lib. 2.*

Sed in casu præsenti hactenus probatum non est, nec etiam probari poterit, illud monasterium fuisse destructũ, solenniter conuocatis omnibus ciuibus S. & cum ijs habito cõsilio, & deliberatione. Igitur sequitur, Senatum atque ciuitatem S. propter tale monasterium destructum, conueniri non posse, etiamsi probetur, isti destructioni præsentes fuisse omnes omninò Ciues Ciuitatis S.

Quartò, nemo in alio repræhendere, vel culpare potest id, in quo ipse repræhensibilis, siue culpabilis est, siue, quod ab ipso similiter commissum est. *l. si duo. & ibi gloss. & DD. ff. de dolo. l. viro, atq; vxore. & ibi Alexand. & Bart. ff. solut. matr. l. cum mulier. & ibi Bart. & Alexand. ff. eod. tit. l. auxilium. & ibi DD. ff. de minor. l. fin. §. si verò postquam. C. de Iur. deliber. c. constitutus. el. 1. & ibi Doc. nu. 8. ext. de appellat. c. quia frustra. & ibi gl. Panorm. & DD. ext. de vsur. l. in arenam. & ibi Bart. Bald. & DD. & Ias. nu. 3. 4. & 5. C. de inoffic. testam. gloss. l. quoniam. C. de hæreticis. gl. c. contra Christianos. de hæret. lib. 6. Aym. Grauet cons. 73. n. 22. lib. 1.* Sed in casus figuratione narratur, quòd similiter Duces P. multa monasteria, & Ecclesias destruxerint, atque solo adæquauerint: Igitur etiam ex hoc capite sequitur, Ducibus P. non permitti, propter hoc monasterium destructum, contra senatum populumque S. experiri, sed senatum, populumque S. etiam ex hâc causâ ab institutâ actione absoluendum.

Zum vierdten erachte ich / daß ein Erbar Rahe zum S. wol befugt gewest / das einkommen / so zu berührtem destruirten Closter von Alters hero gehört / ad alios pios vsus zu transferiren / vnnd dahin zuwenden / daß davon Jungfrawen / so in der Stadt gebohrn / vnd zum Ehestande nicht dienlich / an einẽ bequemlichen / vñ vnuerschlossenen orte / ehrlich vñ Christlich vnterhalten.

Gleicher weiß erachte ich / daß ein Erbar Rath der Stadt S. wol befugt / die zwey Clöster / so in der Stadtmauren belegen / ad alios pios vsus zu transferiren / vnd aus dem einen ein Hospital für die Armen Leute / aus dem andern aber ein Particularschule zumachen / vnd zu dem Hospital die reditus beneficiorũ, die man hat erforschen / vnd außfragen können / zulegen. Vnnd sein / meines erachtens / die Hertzogen zu P. nicht befugt / einen Erbarn Rath der Stadt S. derenthalben zubesprechen.

Namq; primò clari, & indubitati Iuris est, quòd relictum, siue destinatum ad vnum vsum pium ad alios pios vsus transferri possit, eo casu, quando ille vsus, ad quem quid relictum, vel destinatum est, euanuit, *l. legatum. & ibi Bart. & DD. ff. de vsufr. legat. l. legata. ff. de admin. rer. ad ciuit. pertinentium l. fi. & ibi Bart. ff. de oper. pub. c. nos quidẽ. & ibi Inno. Panor. Ant. de Butr. Conar & DD. ext. de testam. Paul. Castrens. Alex. & Vincent. l. 1. § fi. ff. ad l. Falcid. Bart. l. 1. n. 8. & 9. ff. de condit. institut. Bart. l. pater. §. Tusculanus. ff. de legat. 3. Bald. l. si quis ad declinandam. in pr. n. 10. C. de Episc. & Cler. Panor. c. tua. ext. de testam. Paul. Castrens. l. 1. §. 1. n. 3. C. de Caduc. tollend. Ant. de Butr. c. fin. ext. de testam. Petr. de Ancher. & DD. Cle-*

de

de relig. domib. Roch. Curt: in tractat. de Iur. patronat. verb. pro eo. quæst. 15. nu. 33. & 34. Tyraq. in tractat. de priuileg. piæ cauſ. priuileg. 38. facit text. l. in teſtamento. ff. de cond. & demonſtra. l. cùm verò. §. ſi non pro ſcripto. ff. de fideicommiſſ. libert. §. ſi quis in nomine magni Dei. Auth. de Eccleſiaſt. Canonib. & priuilegijs. Et licet in hac tranſlatione rei deſtinatæ ad vnum pium vſum in alium vſum in aliquibus caſibus authoritas Epiſcopi requiratur, Attamen cùm apud illos, qui Auguſtanæ confeſſioni addicti ſunt, Epiſcoporum authoritas penitus euanuerit, illiſq́; quò ad Eccleſias, ſiue ſpiritualem Iuriſdictionem, omnis poteſtas abrogata ſit, dubio omni caret, in ijs locis, in quibus confeſſio Auguſtaná viget, tales actus expediri poſſe, etiam conſenſu Epiſcopi non adhibito *prout hoc liquet ex ijs, quæ tradidimus ſuprà in nonâ ratione decidendi, ad primam concluſionem.* Præterea hoc quoq́ue ex ijs, quæ in 10. ratione decidendi ad primam concluſionem diximus, liquet, hoc caſu ſufficere conſenſum Epiſcopi tacitum, item & præſumptum, quodq́; ex lapſu temporis longi, vel longiſſimi præſumatur, atq́ue probetur, in actu aliquo interueniſſe conſenſum Epiſcopi, omniumq́; illorum, quorum conſenſus in ipſo actu requiſitus fuit, & omnes omninò ſolennitates tàm intrinſecas, quàm extrinſecas.

Deinde quoq́; certi Iuris eſt, quòd deſtinatum ad ſuſtentationem perſonarum miſerabilium, ad pium vſum, ſiue ad piam cauſam deſtinatum cenſeatur, *Spec. in tractat. de inſtru. edit. §. nunc verò aliqua. verſ. & ſcias, quod inter relicta. Bald. auth. Similiter, C. ad l. Falcid. gloſ. c. fin. verb. pietas. ext. de ferijs. Petr. Peruſin. in tractat. Canonica. c. 10. Firmia. in tract. de Epiſcop. lib: 4. part. 4. quæſt. 31. verſ. congruenter hîc dicendum. Franciſ. Aretin. l. 1. in fin. C. de SS. Eccleſ.* Hoſpitalia quoq́; cenſentur eſſe loca pia, & deſtinatum hoſpitalibus ad pium vſum deſtinatum cenſetur. *Archidiac. c. ſi ex Laicis. 10. quæſt. 1. Spec. in tit. de Inſtru. edit. §. nunc verò aliqua. verſ. & ſcias. Iohan. Andr. c. Ioannes. col. 2. ext. de teſtam. Bald. auth. ſimiliter. C. ad l. Falcid. Bald. l. Orphanotrophos. in fin. C. de Epiſcop. & Cler. Bald. conſ. 465. lib. 1. & conſ: 5. lib. 3. Panorm. c. cùm ſit generale. not. 2. ext. de for. compet. Ang. conſ: 117. col. 2. & conſ: 384. col. 1. Petr. de Anchor. conſ. 129. col. 1. & conſ: 337. col. 3. Paul. Caſtrenſ. conſ: 4. & conſ: 167. lib. 2. Roman. conſ. 455. Panorm. conſ. 55. lib. 2. Cardinal. Florent. conſ: 121. in princ. Alexan: conſ: 210. in princ. lib. 2. & conſ: 190. col. 4. lib. 6. Felin. c. de quartâ. col. 2. & col. 4. ext. de præſcript. Dec. conſ: 273. in princ. Curt. Iun. conſ. 20.* Eodem modo & deſtinata ad vſum, ſuſtentationem, ſiue alimentationem pauperum, ad piam cauſam, ſiue ad pium vſum deſtinata cenſentur. *Spec. in tit. de inſtru. edit. §. nunc verò aliqua. verſ. & ſcias. Bald. auth. Similiter, & ibi Roman. in rep. col. 1. C. ad l. Falcid. Bald. l. illud. col. 14. & ibi Paul. Caſtrenſ. C. de SS. Eccleſ.* Illud quoq́;, quod ad ſcholas, ſiue ſtudia deſtinatum eſt, ad pium vſum, ſiue ad piam cauſam deſtinatum eſſe intelligitur *Panorm. conſ. 63. col. 3. & 4. lib. 2. Alex. in addit. ad Bart. l. Stichus liber eſto. ff. de legat. 3. ext. in addit. ad Bart. l. ſi cui annuum. ff. de annuis legat.*

Sed certum eſt, quòd profeſſio monaſtica apud illos, qui Auguſtanæ confeſſioni addicti ſunt, penitus euanuerit, & in deſuetudinem abierit. Igitur ſequitur, quòd Senatus S. iure permittēte reditus monaſterij, quod quondam extra ciuitatem S. extitit, & iam penitus deſtructum eſt, ad ſuſtentationem puellarum miſerabilium tranſtulerit, deſtinauerit, & ex vno monaſterio, intra ciuitatem exiſtente, hoſpitale pro ſuſtentatione pauperum, ex altero verò ſcholam liberalium artium effecerit, atq́ue hoſpitali omnes reditus beneficiorum applicuerit, eamq́; ob cauſam Senatum atq́ue ciuitatem S. propter hoc factum, ſiue præſumptum à Ducibus P. conueniri nō poſſe, cùm legis authoritas, atq́ue permiſſio Senatum S. ſatis ſuperq́ue excuſet.

Secundò, vt opinor, Ducum P. nihil intereſt, quòd reditus Monaſterij deſtructi ad alium pium vſum tranſlati ſint, quodq́; ex vno monaſterio hoſpitale, ex altero verò ſchola effecta, & hoſpitali reditus beneficiorum applicati ſint. Igitur ſequitur, principes P. quo ad hoc punctum, etiam ex hoc capite ab agendo repellendos, cùm ſit clari, & indubitati Iuris, quòd eius, cuius nihil intereſt, neq́ue actio, neq́ue querela audiri, ſed ipſe à Iudiciorum limine repelli, & remoueri debeat, prout hoc circa comprobationem præcedentis concluſionis docui.

Tertiò, apud omnes omninò illos, qui Auguſtanæ confeſſioni addicti ſunt, increbuit, & iam vltra 40. annos ſolitum, & vſitatum fuit, quòd ipſi monaſteria, & reditus monaſteriorum, ad alios vſus, non tantùm pios, ſed etiam prophanos, non requiſito conſenſu Epiſcopi, vel alterius ſuperioris, tranſtulerint, & adhuc hodiè transferant, illudq́ue apud omnes illos, qui Auguſtanæ confeſſioni addicti, communiter licitum, & permiſſum reputatur. Et forſan etiam ipſi Duces P. non vnum, atq́; alterum ſed plurima monaſteria, in illorum Ducatu ſita, vnà cum reditibus illorum, etiam non adhibito, neq́; requiſito conſenſu Epiſcopi, vel alterius, partim ad alios pios vſus, partim ad vſus prophanos tranſtulēre. Igitur ex hoc capite ſequitur, quòd Duces P. quò ad hoc punctum, ab agendo repelli debeant,

debeant, cùm consuetudo, & communis opinio regulariter quem & excuset, & illud, quod alioquin illicitum est, licitum reddat, atque nemo in alio improbare possit id, quod ipse fecit.

Quartò, Senatui S. etiam quò ad hoc punctum, patrocinatur constitutio sacri Romani Imperij, facta Augustæ Anno 1555. *fol. 90. 91. & 92. §.* Dieweil aber etliche Stende/ vbi generaliter deciditur, quòd bona Ecclesiastica, translata ad alium vsum, in eo statu permitti debeant, quodq; nemini concedi debeat, eam obcausam, siue ob talia bona, in alium vsum translata, actionem aliquam instituere, aut alicui in Iudicio, atq; extra Iudicium, controuersiam aliquam mouere, quodque super tali actione, de facto motâ, vel præsumptâ, neq; citatio, neq; mandatum, neque processus decerni debeat.

Zum fünfften halte ich es dafür/ daß ein Erbar Raht der Stadt S. wol befugt gewest/ die zwo Glocken/ so zerbrochen/ vnd zum leuten vntüchtig gewesen/ aus den Kirchen Türmen zunemen/ vnnd daraus geschütze/ der Stadt/ vnnd im fall der noth/ dem gantzen Lande zu gute giessen zulassen/ Insonderheit weil dieselben Glocken von deme gemacht/ so ein Erbar Rath vnnd die Einwohner der Stadt darzu gegeben/ vnd bey der Kirchen ohne das mehr Glocken/ dann von nöten/ vorblieben/ Auch ein Rath alles/ was der Kirchen mangelt/ darzu verschaffen/ zudeme sich auch erbotten/ da es der Kirchen von nöten/ jhr so viel Glockenspeise widerumb zugeben/ vnd sein/ meines erachtens/ die Hertzogen zu P derohalben den Rath/ sonderlich J. F. G. zu gut zu besprechen nicht befugt/ vnd dieses aus nachfolgenden vrsachen.

Namque primò, licet legibus, & Canonibus cautum sit, quòd res sacræ, etiam mobiles, inter quas & campanæ referri possunt, alienari, vel ad alios vsus transferri nequeât. *§. sacræ. & ibi Iohan. Fab. Ang. & DD. Instit. de rer. diuis. l. Sancimus. la. 1. & ibi Cyn. Bart. Bald. & DD. C. de SS. Eccles. c. 1. & ibi Ant. de Butr. Panorm. & DD. ext. de pignor.* Quodq; aliæ res mobiles, ad Ecclesiam pertinentes. licet illæ non sint sacræ, si modò seruando seruari possint, absq; solennitate, in alienatione rerum Ecclesiasticarum requisitâ, alienari nequeant. *gl. c. tua nuper. vers. tract. ext. de his, quæ fi: à prælat. sine consens. Capitu. gloss. c. 2. verb. immobilia. de reb. Eccles. non alie. lib. 6. Panorm. c. nulla. num. 8. & ibi Ang. Bero. nu. 12. ext. eod. tit. Panorm. c. 1. num. 4. ext. de pignorib. Aug. Bero. rub. num. 23. de reb. Eccles. non alie.* Vsq; adeò, vt tales res nec in illos quidem, qui res Ecclesiæ ab initio concessêre, alienari, vel transferri possint, vtque illi, qui tales res Ecclesiæ concessêre, in talibus nullum penitus Ius vendicare, vel vsurpare possint. *c. nouerint. 10. quæst. 1. c. possessionis. 16. quæst. 1. Petr. Rebuff. in tractat. de decimis. quæst. 10. num. 49.* Attamen illud penitus indubitatum est, res etiam sacras, & ad pium vsum destinatas, si illæ ad istum vsum, ad quem destinatæ sunt, sint inutiles, vel superuacuæ, ad alium pium vsum licitè transferri, sicut hoc patet ex ijs, quæ ad comprobationem præcedentis decisionis adduxi.

Similiter clari, & Indubitati Iuris est, quòd illud, quod respicit munitionem, custodiam, vel defensionem ciuitatis, vel religionis, pia causa dicatur, eâ ob causam, quia his custodiuntur Ecclesiæ, viduæ, orphani, & aliæ miserabiles personæ. *Spec. in tit. de instrument. editione. §. nunc verò aliqua. nu. 62. Bald. auth. Similiter. C. ad l. Falcid. Tyraq. in tractat. de priuileg. pia causa. in præfat. fac. text. c. 2. ext. de munit. Eccles.* Quinimò omne id, quod vtilitatem publicam respicit, pium esse dicitur. *Paul. Castrens. cons. 194. col. 2. lib. 2. arg. l. 1. §. fin. C. de caduc. toll. l. ad instructionem. C. de SS. Eccles.*

Sed in figuratione casus narratur, illas campanas, de quibus in casu præsenti agitur, ad istum vsum, ad quem illæ destinatæ fuêre, inutiles fuisse, atque ex illis, adiectâ aliâ massâ cupri, Bombardas pro defensione & ciuitatis S. & totius Ducatus P. conflatas, & sic illas campanas ad alium pium vsum translatas. Igitur sequitur, hoc licitè, & Iure permittente factum, camque ob causam principibus P. quò ad hoc factum, nullam actionem contra Senatum populumq; S. competere & Senatum, populumque S. ab institutâ actione absoluendum.

Secundò, res mobiles Ecclesiarum, etiam sacræ, quæ alioquin alienari prohibitæ sunt, causâ pietatis, iure permittente, alienari possunt. *l. Sancimus. la. 1. & ibi gloss. Cyn. Bart. Bald. Alb. de Rosat. & DD. C. de SS. Eccles. c. aurum. 12. quæst. 2. §. sacræ. & ibi gloss. Iohan. Fab. & Ang. Instit. de rer. diuis. gloss. in sum. 12. quæst. 2. gl. c. 1. & ibi Panorm. ext. de pignor.* Cùm itaque illud, quod respicit defensionem ciuitatis, siue Reipublicæ, pium, siue cum pietate coniunctum esse censeatur, vsq; adeò, vt maior pietas debeatur patriæ siue illi Reipub. in qua quis degit, quàm parentibus, liberis, vel vxori. *l. minimè. & ibi Iohan. Bapt. Asin. ff. de relig. & sumpt. fune. gl. c. 1. & ibi Abb. ext. de conuersio. infidelium. Bart. Bald. & DD. l. velut. ff. de Iust. & Iur. Ias. l. 2. §. huius studij. ff. eod. tit. Socin. cons. 38. nu. 12.*

nu. 12. lib. 1. Matth. de Afflict. c. 2. §. contra omnes. num. 3. hic finitur lex. Sequitur res mobiles Ecclesiarum, etiam sacras, ad eum vsum, qui defensionem illius ciuitatis, vel Reipub. in qua illæ Ecclesiæ sitæ sunt, respicit, transferri, & pro defensione illius Ciuitatis, siue Reip. licitè alienari posse: & per consequens, cùm ex istis duabus campanis inutilibus bombardæ, pro defensione ciuitatis, & totius Ducatus P. conflatæ sint, omninò dicendum, & concludendum est, hoc licitè factum.

Tertiò, Campanæ ruptæ non referuntur amplius in numerum rerum sacrarum, sed censentur res prophanæ, sicut hoc satis probatur ex eo, quod in simili traditur, calicem ruptum, vel fractum amplius non censendum sacrum, sed prophanum. *gloss. authent. præterea. verb. conflata. & ibi Bart. & Alb. de Ros. C. de SS. Eccles.* Legibus etiam cautum est, res mobiles Ecclesiarum, quæ seruando seruari non possunt, indistinctè, etiam non interueniente solennitate, legitime alienari posse. *c. benè quidem. vers. planè quacunq. dist. 96. gloss. c. nulli. verb. immobilem, & ibi Panorm. num. 8. & Aug. Bero. num. 65. ext. de reb. Eccles. non alie. gloss. c. 2. verb. immobilia eod. tit. lib. 6. gloss. c. tua. verb. contractu. ext. de his, quæ fi. à prælatis sine consensu Capit. gloss. c. alienationis. 12. quæst. 2. Aug. Bero. c. consensus. nu. 12. ext. de reb. Eccles. non alie. Petr. Rebuff. in tractat. de alie. rer. Eccles. num. 23. facit text. l. lex, quæ tutores, circ. fin. C. de administ. tutor. l. final. C. quando decret. opus non est.* Et idem quoque iuris est in ijs rebus mobilibus, quæ quidem seruando seruari possunt, sed sunt superfluæ, corruptæ, inutiles, vel fractæ. Namque & illæ, etiam absque causa aliqua, & nulla interueniente, vel adhibita solennitate, alienari possunt, *prout hoc tradit Aug. Bero. c. consensus. num. 12. ext. de reb. Eccles. non alie. Bero. rub. nu. 23. ibi, & alia res non superuacua. ext. eod. tit. Et idem est de mente gloss. c. tua. verb. tractatu. ibi de mobilibus pretiosis. Ext. de his, quæ fi. à prælatis sine consens. Capit. Panorm. c. nulli. num. 8. ibi, mobilis pretiosa. & ibi Aug. Bero. num. 65. ibi, mobilia pretiosa. Ext. de reb. Eccles. non alie. Et satis probatur per text. c. benè quidem. vers. planè quacunq. dist. 96.* Et confirmatur; namque mobilia superflua, item & fracta, corrupta, vel inutilia, licet illa seruando seruari possint, quò ad alienationem, nempe quò ad hoc, quod talia, non adhibita solennitate aliqua, alienari possint, æquiparantur illis rebus mobilibus, quæ seruando seruari nequeunt. *l. lex quæ tutores circa fin. ibi, animalia quoq. superuacua. C. de administr. tutor. l. fin. ibi, & superuacua animalia. C. quando decret. opus non est.* Similiter clari iuris est, quòd dispositum de vno ex æquiparatis etiam ad aliud æquiparatorum extendatur. *gloss. final. l. si seruo. & ibi Bartol. Bald. & DD. C. de furt. cum simil. alleg. suprà in 14. ratione dubitandi pro confirmatione primæ conclusionis adductis.*

Igitur sequitur, quòd res mobiles Ecclesiarum, quæ seruando seruari possunt, si illæ sint corruptæ, vel superuacuæ, etiam nulla existente causa, & absque solennitate aliqua alienari, & ad alios vsus transferri possint. Et per consequens ex hoc infertur, cùm illæ duæ campanæ, de quibus in casu præsenti agitur, fuerint & inutiles, siue corruptæ, & superuacuæ, illas licitè ad alios vsus translatas, & ex ijs bombardas confectas. Nec non & illas campanas eo ipso, quòd fractæ fuere, res sacras esse desijsse.

Quartò, is, ad quem onus refectionis, item substitutionis in locum inutilium pertinet, res fractas, corruptas & inutiles lucratur *iuxta text. clarũ & expressum l. agri. ff. de vsufr.* in quo textu Iurisconsultus expresse inquit, agri vsufructu legato, in locum demortuarum arborum aliæ substituendæ sunt, & priores ad fructuarium pertinent. *Idem etiam probat text. l. vel inutilium, iuncta gloss. verb. fiunt. ff. de vsufruct.* Et confirmatur ex eo. Namq. regulariter is, qui onera, siue incommoda sustinet, etiam lucrum, siue commodum sentire, & percipere debet. *l. secundum naturam. & ibi Dec. & Cagnol. ff. de reg. Iur. c. qui sentit onus. & ibi Dyn. Iohan. Andr. & DD. de reg. Iur. lib. 6.*

Sed in figoratione casus narratur, quòd omnia onera Ecclesiarum ciuitatis S. Senatui S. incumbant, quodque Senatus S. in locum eorum, quæ ad diuina spectant, si illa fuerint inutilia, detrita, vel corrupta, alia surroget, atque substituat. Igitur sequitur, quòd & res Ecclesiarum sacræ, siue ad vsus diuinos destinatæ, aliæuè vetustate, aut aliter corruptæ, detritæ, aut inutiles factæ lucro Senatus cedant, quodq; Senatui licitum sit, illas res pro suo arbitratu in alios vsus transferre: Et per consequens, Senatum S. iure permittente, ex illis duabus campanis, factis inutilibus, & superuacaneis, bombardas conflasse, & sic illas ad alium vsum transtulisse.

Quintò, Dominium Campanarum, reliquarumq; rerum mobilium, vel immobilium non ad patronum Ecclesiæ, sed ad ipsam Ecclesiã spe-

spectat, ac pertinet. *Ioban. Fab. §. sacra, nu. 3. & ibi Ang. nu. 4. Institut. de rer. diuis. arg. c. cùm dilectus. vers. verum ibi proprietatem, ext. de ord. cognitio. C. Abbate sanè. de sent. & re iudic. lib. 6. c. 1. & 2. de reb. Eccles. non al. lib. 6. c. requisiuisti. ext. de testam.* Nec patronus in illis rebus quicquam iuris habet, vsque adeò, vt nec de fructibus, vel de rediribus quid capere possit. *Panorm. c. de monachis. nu. 6. ext. de præbend. Panorm. c. præterea arg. ill. text. ext. de Iure patronat. Roch. Curt. in tractat. de Iur. patronat. verb. & vtile, quæst. 2. nu. 7. fac. text. c. nouerint 10. quæst. 1, tua nos, & ibi Alb. ext. de Iuretur. c. cùm dilectus. ext. de consuet.* Et licet Canonibus cautum sit, quòd patroni possint exigere rationem de temporalibus Ecclesiæ, quodq; patronis petentibus ratio administrationis de temporalibus Ecclesiæ reddenda sit. *c. in Lateranensi. & ibi Abbas. nu. 3. ext. de præbend. c. ex literis. & ibi Abb. ext. de Iure patronat. c. cùm & plantare. §. in Ecclesijs. ext. de priuileg. Roch. Curt. in tractat: de Iure patronat. verb. honorificum. quæst. 03. nu 99. & verb. vtile, quæst. 2. nu. 7.* Attamen hoc tantùm procedit in patronis Ecclesiasticis, secus autem est in patronis Laicis. Namque illi quidem nec rationem administrationis de temporalibus Ecclesiæ exigere possunt. *Imò. c. cùm & plantare. §. in Ecclesijs, ext. de priuileg. Ant. de Butr. & Panorm. c. de Monachis. nu. 6. ext. de præbend. Panorm. c. in Lateranensi. nu. 3. ext. eod. tit. Panorm. c. ex literis, nu. 3. ex. de Iure patronat. Roch. Curt. in tractat. de Iure patronat. verb. vtile, quæst. 2. num. 7. fac. text. c. nouerint. 10. quæst. 1.*

Deinde quoque prædicta decisio, quòd patroni Ecclesiastici rationem administrationis de temporalibus petere possint, non generaliter, neque indistinctè vera est, sed tantùm procedit in eo patrono, qui habet Ius patronatus generale, secus autem est in eo, qui habet Ius patronatus secundum quid, siue limitato modo: Tùm quia is, qui non simpliciter, sed secundum quid, siue limitato modo ius patronatus habet, propriè patronus dici nequit; Cùm id, quod secundum quid tale est, propriè tale non sit, nec dici possit. *Bald. l. si non speciali. C. de testam.* Et clari Iuris est, quòd in qualibet dispositione verba propriè intelligi, nec ad significationem impropriam detorqueri debeant. *Alex. in sum. C. ne fideiusso. dot. dent. Alb. de Rosat. l. 1. ff. si cert. petat. Bald. in schismatis posito sub Rub. C. si quis aliquem testari prohibuerit. §. in contrarium, num. 12. Soc. reg. 441. Socin. cons. 4. num. 8. lib. 4. Grauet, cons. 440. num. 7. lib. 1.* Tùm quia is, qui Ius ciuitatis habet non simpliciter, sed quò ad quid, siue limitato modo, propriè ciuis dici nequit, nec sub dispositione, de ciuibus loquente, compræhenditur. *Bart. l. si is, qui pro emptore. in princ. num. 35. ff. de vsucapio.* Tùm quia is, qui ad quid tantùm, & non simpliciter legitimatus est, propriè legitimatus dici, vel censeri nequit, nec etiam sub dispositione, de legitimis, vel de legitimatis loquente, compræhenditur, *Paul. Castrens. l. sed si hac. §. patronum. & ibi Ias. num. 6. ff. de in Ius voc. Ant. de Butr. c. per venerabilem. quæst. vlt. ext. qui fil. sint legit. Ias. l. cum acutissimi. num. 6. C. de fideicommiss.*

Præterea ista conclusio etiam non habet locum, si Ecclesia, vel administratores Ecclesiæ aduersus patronum Ecclesiasticum illud Ius præscripsissent, ne ipsi patrono rationem administrationis de temporalibus reddere teneantur, Illamque præscriptionem valere dubio omni caret: Tùm quia, sicut per pactum iuri patronatus, siue illis, quæ ad Ius patronatus spectant, derogari potest, *Calder. cons. 19. tit. de Iur. patronat. Vincent. c. ex insinuatione. ext. de Iure patronat. Roch. Curt. in tractat. de Iur. patronat. verb. ipse vel is. quæst. 18. num. 35.* Ita quoque & per præscriptionem Ius patronatus diminui, & restringi posse, dubio omni caret, cùm omne id, quod per pactum fieri potest, etiam per præscriptionem fieri possit. *l. alienationis. ff. de verb. signif. Bald. cons. 94. lib. 3. Franc. Balb. in tractat. de præscript. part. c. quæst. 6.* Tùm quia etiam aduersus Ius petendi redditionem rationis præscribi potest, sicut hoc satis liquet ex eo, quod traditur, etiamsi propter errorem calculi possit peti, vt ratio, semel reddita, iteratò reddatur, hoc tamen ius præscriptione extingui, *glos. l. Calculi. ff. de admi. rer. ad ciui. pertinent. glos. l. 2. & ibi Bart. & Bald. C. de Iur. Fisci lib. 10. Alex. & Iason l. 1. C. de error. calculi. Ias. cons. 210. lib. 2.* Illamque præscriptionem triginta, vel quadraginta annis compleri statuo, eam ob causam, quia & Ius petendi redditionem rationis regulariter præscriptione 30. annorum extinguitur, *glos. d. l. Calculi. ff. de admin. rer. ad ciui. pertinent: cum simil. allegat. suprà*, sicut & quodlibet aliud ius regulariter præscriptione illius temporis tollitur, & eliditur. *l. sicut. & l. fin. C. de præscript. 30. & 40. ann. l. 2. C. de constit. pecun. Tyraq. in tractat. de vtroque retract. part. 1. §. 36. glos. 2. num. 36. vsque ad num. 42.*

Sed Duces P. etiamsi ponamus, citra tamen præiudicium veritatis, suas illustres Celsitudines in Ecclesijs S. aliquod ius pa-

tronatus habere, non sunt patroni Ecclesiastici, sed sunt patroni Laici, illudque Ius patronatus, quod prætenditur Duces P. in Ecclesijs S. habere, non est Ius simplex, sed est Ius limitatum, & forsan administratores rerum secularium, spectantium ad Ecclesias S. siue æditui Ducib. P. non modò intra triginta annos, sed nec intra illud tempus, cuius in contrarium memoria non extat, rationem administrationis suæ reddiderunt.

Igitur sequitur, Duces P. in illis campanis, reliquisque rebus mobilibus, vel immobilibus, pertinentibus ad Ecclesias S. nullum penitus Ius habere, vsque adeò, vt suæ Illustres Celsitudines nec rationem quidem administrationis respectu illarum rerum petere, vel exigere possint. Et per consequens ex hoc infertur, Ducum P. nihil interesse, quòd istæ campanæ ad alios vsus translatæ, & ex illis bombardæ conflatæ fuerint. Eamque ob causam suas illustres Celsitudines etiam ex hoc capite repellendas, cùm ei agere permitti non debeat, cuius non interest, *sicut hoc superiùs docuimus.*

Sexto in figuratione casus narratur, Duces P. plurimas Campanas ad alios vsus transtulisse, & ex illis bombardas conflari curasse, illudque omnes illi, qui Augustanæ confessioni addicti sunt, iam vltra 40. annos assueuère, & ab omnibus licitè fieri communiter reputatur. Igitur ex hoc capite sequitur, Duces P. propter hoc, quòd Senatus S. ex illis duabus Campanis bombardas fieri, & conflari iussit, contra Senatum, populumq; S. nullam actionem habere, *sicut hoc per supradicta comprobatur.*

Septimò, pro comprobandâ hâc nostrâ conclusione adduci potest constitutio sacri Imperij Romani, facta Augustæ Anno 1555. *quæ superiùs allegata est.*

Zum sechsten / halte ich es dafür / daß die Bürger / vnnd Einwohner zu S. beydt vermöge der Stadt Priuilegien / vnd weil ein Erbar Rath über 40. Jahr / ohne einige hinderung / vnd interruption / sich der Jurisdiction in allen Geistlichen sachen gebraucht / vor dem Consistorio ausserhalb der Stadt / zum G. angerichtet / zu compariren nicht schuldig / Daß auch ein Erbar Rath die gemeine Stadt / vnnd derselben Einwohner bey ihren Priuilegien / vnnd vorwerten gebrauch billich schütze / Vnnd derwegen die von hochgedachten J. F. G. dieses falles wieder den Rath zu S. angestalte Clage nicht statt habe / noch darüber procediret werden möge. Vnnd dieses aus nachfolgenden Rechtsgründen.

Primò namque, licet Laici sint incapaces rerum spiritualium. *c. decernimus. & ibi Panorm. Dec. & DD. Petr. Rebuff. in tractat. de decim. quæst. 13. nu. 28.* Atque Laici de rebus spiritualibus nihil disponere possint. *c. Ecclesia S. Mariæ, & ibi Panorm. Felin. Dec. & DD. ext. de constitut. c. cum Laicis. & ibi DD. ext. de reb. Eccles. non alie. c. benè quidem. distinct. 96. gloss. c. decernimus. verb. Laici. & ibi Dec. num. 27. ext. de Iudic. Bart. l. priuilegijs. C. de SS. Eccles.* Attamen hoc non habet locum, si illa dispositio, vel ordinatio de rebus Ecclesiasticis fuerit facta à Laicis, eum consensu Papæ, siue Romani Pontificis; tunc enim talis ordinatio, siue dispositio valet, & rata est, consensu Pontificis, vel ab initio, vel ex post facto accedente. *c. Ecclesia S. Mariæ, & ibi Abb. & Felin. nu. 3. Dec. n. 16. ext. de constitut. c. benè quidem. & ibi gloss. verb. præter Romanum Pontificem, & Archidiac. dist 96.* Et confirmatur ex eo. Namque per priuilegium, siue consensum Papæ, vel Romani Pontificis Laicus potest effici capax spiritualium. *gloss. c. cum imperium. dist. 10. gloss. in sum. caus. 25. quæst. 7. Iohan. Andr. in addit. ad Spec. tit. de legat. §. nunc tractemus. vers. sed nunquid legatus. & in tit de præbend. §. penult. gloss. c Laicus. 16. quæst. 7. Inno. c. quod sicut. ext. de Elect. Bart. l. rescript. col. penult. C. de precibus Imp. offer Petr. de Anchor. c. per literas. de præbend. Anton. de Butr. c. Massana. ext. de Elect. Ant. de Butr. c. dilecto. in princ. ext. de testibus. Ant. de Butr. c. nobis. ext. de Iure patronat. Panorm. c. causam. & ibi Felin. nu. 6. ext. de præscript.* Et ex lapsu temporis, præsertim immemorialis præsumitur, & in actu aliquo consensum Papæ interuenisse. *Dec. cons. 152. col. fin. cons. 409. col. 1. Franc. Aretin. cons. 36. Ias. l. sciendum. num. 16. circ. fin. ff. de verb. oblig. Aym. Grauet. in tractat. de antiq. temp. part. 3. §. vidimus in genere. nu. 27. & 31.*

Sed in figuratione casus narratur, Duces P. ante 270. annos Ciuitati S. tale priuilegium concessisse, illudque & ab omnibus ducibus, qui pro tempore fuêre, vsque ad hunc diem confirmatum, ne quis Burgensium, siue Ciuium S. cuiuscunque conditionis fuerit, ad aliquod Ius Canonicum, ciuile, vel vasallagium extra ciuitatem S. euocari debeat. Et cùm illud priuilegium Senatui, populoq; S. ante 200. annos concessum, atque ab omnibus principibus vsque in hunc diem renouatum fuerit, sequitur, ex lapsu illius temporis & præsumi, & probari, Papam, siue Pontificem Romanum illud priuilegium approbasse, Eamque ob causam tale priuilegium valere, & ratum esse. Et per consequens, Senatum populumque S. se, vigore

vigore illius priuilegij, tueri, & defendere posse, quò minus Ciues S. coram consistorio, à Ducibus P. in Ciuitate G. nouiter constituto, comparere, vel iuri stare cogantur.

Secundò, nemo contra factum suum venire potest, etiamsi illud factum per se, & ipso Iure nullum sit. *l. post mortem, & ibi Bart. ff. de adopt. l. per fundum. ff. de seruit. rust. prad. l. venditor. C. communia pradio. c. veniens. & ibi Panorm. ext. de filijs presbytero. c. diuersis fallacijs. & ibi Panorm. & DD. ext. de Cler. coniug. c. monemus. 12. quast: 2. Bald. cons. 43. nu. 8. lib. 3. Tyroq. rep. l. si vnquam. verb. donotione largitus. nu. 96. C. de reuoc. donat.* Et confirmatur ex eo, quòd traditur, nemini permitti, factum, vel contractum suum, tanquam simulatum, impugnare. *Bart. l. post contractum. col. 6. ff. de donat. Bart. cons. 65. in princ. & consil. 81. colum. final. l. emptionis. circ. med. C. plus valere, quod agitur. Card. Zab. c. illo nos, ext. de pignor.* Quodque, licet confessio mariti de dote datâ non præiudicet Creditoribus, illa tamen marito confitenti præiudicium pariat. *Bart. & Franc. Tigrini authent. sed tam necesse. C. de donat. ante nupt. Paul. Castrens. cons. 353. col. 1. lib. 2.* Huc accedit illud, quod traditur, licet Ius patronatus à patrono alteri absque consensu Episcopi concedi nequeat, illam tamen concessionem in præiudicium ipsius concedentis ratam esse, *Rota. decis. vlt. tit. de Iure potronat. in antiquis. Roch. Curt. in tractat. de Iure patronat. verb. ipse vel ii. nu. 33.* Quodque alienatio rei dotalis, à marito facta, quæ alioquin rata nô est, saltem in præiudicium mariti alienatoris valeat, & teneat. *Cuma. l. cùm vir. ff. de vsucapio. Igneus l. 1. §. si vir aut vxor. nu. 111. ff. ad SC. Syll.* Et idem quoque Iuris est, quò ad personam heredum, & successorum, cùm heres, & defunctus vna, eademque persona reputetur. *§. 1. authent. de Iureiur. à morient. præstit. Dec. & Cagnol. l. heredum. ff. de Reg. Iur.* Atque heredi non permittatur, factum defuncti impugnare. *l. si ab eo. C. de negot. gest. l. cùm à matre. C. de rei vend. l. si vxor. C. de bon. autor. iudic. possidend.*

Et licet DD. velint, cuilibet permitti, factum suum prohibitum propter publicam vtilitatem impugnare, & contra illud venire, *l. quemadmodum: C. de agricol. & censit. lib. 10. c. nosti. & ibi gloss. Panormit. & DD. ext. de Elect. Bald. cons. 375. nu. 2. lib. 5. gloss. in princ. verb. interdicto. & ibi Hipp. Reminal. nu. 333. Instit. quibus alie. licet, vel non. Bart. l. post mortem. ff. de adopt. Fred. de Sen. cons. 172. Imo. c. cùm contingat. Char. 57. ext. de Iureiur. Alex. l. si donatione, & ibi Ias. nu. 7. C. de collatio.* Attamen illud non procedit in Ducibus, & principibus. Illis enim factum suum, etiam de Iure prohibitum, improbatum, nullum, vel inefficax, impugnare, vel contra illud venire non permittitur, *prout hoc expressè, & notabiliter tradit Alex. cons. 8. nu. 1. lib. 6.*

Ex quo infertur, etiamsi ponatur, illud priuilegium ciuitati S. esse concessum citra consensum Papæ, eamque ob causam de Iure non sortiri effectum, illud tamen priuilegium saltem in præiudicium Ducum P. quorum maiores illud priuilegium Ciuitati S. concessêre ratum esse, nec Ducibus P. permitti, illud priuilegium impugnare.

Tertiò, dubio omni caret, Iurisdictionem, siue merum, & mixtum imperium præscribi, ac præscriptione acquiri posse, *Iacobin. de Beluiso. Guilhelm. de Cugn. Oldrad. Bart. Alber. de Rosat. Paul. Castrens. & DD. l. imperium. & ibi Bald. in rep. colum. 9. & Ias. num. 20. ff. de Iurisdict. omn. Iudic. Bart. l. Imo. & Roman. l. 1. §. denique. ff. de aqu. quot. & æsti. pet. Bald. & Cyn. l. 1. C. de Emancipat. liber. Ang. l. hac autem Iura. col. fin. ff. de seruit. vrb. prædior. Salic. l. 3. §. fin. ff. de testib. Panorm. & DD. c. cùm contingat. col. 4. ext. de for. compet. Oldrad. cons. 254. Iohan. Lup. rep. c. per vestras. notab. 2. §. 1. nu. 27. ext. de donat. int. vir. & vxor. Franc. Balb. in tractat: de præscript. 2. part: 5. part: princip. quæst: 3. Couar. rep. c. possessor. part. 2. §. 3. num. 1. de reg. Iur. lib. 6. Card. Paris. cons. 9. num. 22. lib. 1.* Et Iurisdictio, merum, & mixtum imperium contra inferiores à summo principe acquiritur præscriptione communi, præscriptione nempe longi temporis, 10. vel 20. annorum cum titulo, & absq; titulo præscriptione 30. annorum, *Bart. l. Iusto. §. non mutat. num. 4. ff. pro emptore. Bart. & DD. l. si ego. §. 1. ff. de Publ: in rem act: Bald: l. 1. num: 18. C. de emancipat. lib: Bald: cons: 439. lib: 3. Petr. de Anchor: cons: 242. num: 12. Alex. cons: 16. num: 27. lib: 5. Franc: Aret: cons: 154. col. fin. Franc: Balb: in tractat: de præscript: 2. part: 5. part: princip. quæst: 3. nu: 4. & 5. Ias: l. Imperium. num: 22. & ibi Casp. Valoscus. in repet. nu: 136. lim: 1. ff. de Iurisdict. omn. Iud. Couarr: repet: c possessor. part. 2. §. 3. nu. 5. de reg. Iur. lib: 6. Card: Paris: cons: 9. nu: 22. lib: 1. Fernand: Vasq: in tract: quæst. Illustrium. cap. 83. nu: 36.* Illudque penitus indubitatum est, Iurisdictionem, merum, & mixtum Imperium lapsu, siue cursu 10. annorum indistinctè præscribi ab eo, qui prius Iurisdictionem, merum, & mixtum imperium habuit, & agit de Iurisdictione iam habitâ prorogandâ. *Guilhel. de Cugn. Abb. & DD. l. Imperium. & ibi Bald. in rep. Ias: nu: 22. & Casp. Valasc. nu: 134. & 136. lim. 2. ff. de Iurisd. omn. Iud. Ant. de But. c. cùm contingat. ext. de for. compet.*

Sed dubio omni caret, quòd Senatus, populusque S. vltra omnium hominum memoriam

moriam habuerit Iurisdictionem, merum & mixtum imperium, & cognitionem omnium controuersiarum secularium. Similiter in figuratione casus narratur, quòd Senatus S. vltra 40. annos in continua, & quieta quasi possessione, & exercitio Iurisdictionis, siue cognitionis omnium causarum spiritualium fuerit, illamque quasi possessionem in hodiernum vsque diem continuauerit, & adhuc continuet. Igitur ex hoc sequitur, senatum, populumque S. per lapsum illius temporis Iurisdictionem spiritualem, siue cognitionem causarum spiritualiũ præscripsisse.

Quartò, licet spiritualia, siue Iurisdictio spiritualis, vel cognitio causarum spiritualium a Laicis neque possideri, neque præscribi possit, *c. causam qua. & ibi Panorm. Felin. & DD. ext. de præscript. Card. Paris. cons. 25. nu. 8. lib. 4. Francis. Balb. in tractat. de præscript. 1. par. 5. part. princip. quæst. 7. nu. 14. fac. text. c. decernimus. & c. quanto. & ibi Dec. Felin. & DD. ext. de Iudic.* Vsque adeò, vt spiritualia a laicis, ne per præscriptionem quidem illius temporis, cuius in contrarium memoria non extat, acquiri possint, *Iohan. Monach & Iohan. And. c. 2. de præbend. lib. 6. Panormit. c. fin. col. 8. Ext. de consuet. Panorm. c. nouit. col. 12. Ext. de Iudic. Panorm. c. causam, quæ. notab. 1. & ibi Fel. n. 2. Ext. de præscript. Anton. de Butr. c. peruenit. col. 6. Ext. de censibus. Franc. Balb. in tract. de præscript. 1. part. 5. part. princip. quæst. 7. nu. 14. & 15. Card. Paris. consil. 25. nu. 2. lib. 4.* Attamen hoc non procedit, quandò Laicus contra Laicum spiritualia præscribere vult. Tunc enim talia Iura spiritualia communi præscriptione, & accedentibus reliquis requisitis, præscriptione longi temporis acquiruntur. *Rapha. Cuma. cons. 83. circ. fin. Cardin. Zabarel. cons. 146. circ. fin. Fel. c. causam, qua. num. 4. Ext. de præscript. Ruin. cons. 142. lib. 5. Francisc. Balb. in tractat. de præscript. 1. part. 5. part. princip. quæst. 7. num. 22 Card. Paris. cons. 25. nu. 10. & 11. lib. 4. Petr. Rebuff. in tract. de decim. quæst. 13.*

Cum itaque in casu præsenti Senatui S. non sit lis cum Clericis, siue Ecclesiasticis personis, sed cum Ducibus P. quos principes seculares esse constat, atque Senatus S. vltra priuilegium, ipsis & ante 200. annos concessum, & sæpius renouatum, fuerit vltra 40. annos in quasi possessione, & exercitio Iurisdictionis spiritualis, siue Iuris cognoscendi de causis, & litibus spiritualibus: sequitur, quòd Senatus, populusq; S. absq; omni dubio, contra actionem, institutam à Ducibus P. respectu huius puncti, se Exceptione præscriptionis tueri, & iuuare possit; illamque exceptionem præscriptionis non tantum post litem contestatam, sed etiam antè, quàm lis contestetur, ad impediendum litis ingressum, posse opponi, certi Iuris est. *Bart. & Bald. l. si fratris. C. de transact. Bart. l. fin. arg. illius textus. C. de præscriptione 30. vel 40. annor. Alex. cons. 213. lib. 2. Felin. rub. col. 4. Extra, de præscript. Bald. l. sicut. Argum. illius text. C. de præscript. 30. vel 40. annor. Bald. l. final. opp. 13. C. de edicto D. Adr. toll. Bald. l. 2. col. 20. ff. de Iureiur. Corneus cons. 46. col. 1. lib. 1. Præpos. c. 1. §. si quis per triginta. Si de feud. defunct. contron. Franc. Balb. in tractà. de præscript. part 1. quæst. 9.*

